


A
42-183



1301



St. Louis Auto & General Insurance Company
Attn: Mr. [illegible]

27 a. f.

28

Microfilm


Over Ex

1940-1941

M.º del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada año

R. 3969

17-183



PROGYMNAS

MATA ARTIS RHETORICAE, IOANNIS

PETREII Toletani vna cum Annotationibus

in Senecæ declamationes, controversias,

& deliberações.

Proginastmata
art. ret. 13

Anno. M. D. XXXIX.

Seneca
densis 1.2. et
ct. 1. et tuus.
que officia et
sanguis



0.
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

131



child care at similar times with other mothers.

27


28

Microfilm -

M.º del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada

R. 2969

17-173



PROGYMNAS

MATA ARTIS RHETORICAE, IOANNIS

PETREII Toletani una cum Annotationibus

in Senecæ declamationes, controversias,

& deliberauias.

Proginastmata

art. xctv

Anno. M. D. XXXIX.

Seneca quatuor du
bensis 1.2. m. 4. p. 2
et i. Et u. 9. 2. v. 6. p. 6.
que officia ergualitatis
suum sit



Quæ continentur in progymnasio.

- C**lē Declamationes duæ. **I**v
- C**lē Summa totius artis.
- C**lē De ductu.
- C**lē De elocutione.
- C**lē De figuris sententiarum.
- C**lē De tropis.
- C**lē De genere elocutionis & utilitate percipienda ex declamationibus.
- C**lē De declamandi ratione.
- C**lē De diuisione & statu.
- C**lē De coloribus.
- C**lē Libri declamationum, controversiarum, deliberatiuarum.

PROGYMNASIUM

MATÆ ARTIS RHETORICÆ. **PROGYMNASIUM**

PETRÆ II. Tolosani Antwerpianæ Antwerpiorumque

et Successorum solitores, contioneris,

& orationibus.

1600. **PROGYMNASIUM**

anno M.D.XXIX.

1600. **PROGYMNASIUM**



PER QVAM

REVERENDIS, ET MAGNIFICIS VIRIS. D. RE

ctori / & collegis insignis Collegij dñi ILLE FONSI

schole COMPLVTENSIS moderatoribus

Ioannes Petricus Tolctan.

S. P. D.



VULGATVRVS HOC QVICQVID

est nostrarum elucubrationū, & in Rhetorica p̄
exercitamenta & in libros Senecę declamatorios.
R. Amplissime, Viri digniss. statui hui⁹ mei conatus
et instituti reddendam nobis esse rationem. Nam et
nōnullos scio id à me exegisse, et tametsi id non fecis-
sent, nostri certe officij est, emersuris aliquando ho-
minum iudicij p̄occupata defensione occurrere.

Equidem cum hoc anno aliquid nouæ p̄electionis querendū mibi existimarem,
qua et cum iocunditate fructum eloquentiae coniungeret, et exemplis simul et
p̄ceptis iuuentutem instrueret, fateor miki diu in ea inuestigatione sollicito,
nihil occurrisse, quod nostro desiderio magnopere satissaceret. Nam illos duos elo-
quentiae principes Ciceronem / Quintilianum satis sciebam tuncqā intermitte-
dos, neq; quicquā posse reperiri, quod cū illorū lectione conferendū esset, sed cum
et alijs locū esse oporteret, cum quærebamus, qui non prorsus indigne in illorū
societatem assumeretur. O butilit nobis sors, quod cura inuenire non potuit. Forte
cum in Senecę scriptis uersarer, incidi in eos libros, quibus ille uir rogatu filiorū
ē sui temporis declamatoribus selectissima queq; et acutissima cōgesserat,
qua ad id tempus memoria, qua ille fuit felicissima retinebat, uel cupiens eorū ui-
torum famae consulere, quorū nomina simul cum scriptis, nisi ille hoc beneficij
p̄stitisset, intercidissent, uel filiorū studia propositis uariorū ingeniorū, et uis-
tuis et uirtutibus innaturus. Diuiserat ille hoc opus in controuersias / et delibe-
rativas, ut in controuersijs themata iudicarijs similia cōtinerentur, deliberatiuis
autē, quæ eius generis essent, Quæ uero nūc declamationū nomine circūferuntur,
ea nō dubitē cōtouersijs à studioso quopiā decerpita, et in hoc ueluti cōpendiu
redacta. Qd facile intelliget, qui utrasq; cōseret inter se, uidebit enim pleraq; eadē
in controuersijs q̄ in declamationib⁹. Tū et sententias nescio quas decerpit quis

AA 7

quis ille fuit ex his quæ extra controuersiam ducebantur a Seneca, quæ in decla-
mationes translatæ non magis quadrant quām quæ sunt alienissima. Primum igit
tur ubi ea coepi lectionare, nondum deprehendebam quid magnæ lateret utilita-
tis, ubi uero altius progredi coepi, & cum lectione animum intendere, uisus est
mibi thesaurus non uulgaris delitescere, si quis effodere atq; egerere non igno-
raret. Nam cum magna pars profectus ēt uis in hac arte in exemplis atq; imi-
tatione sita sit, uidebam in tanta rerum uarietate, & imitandorum & uitans-
dorum exempla abunde suppetere, eoq; magis q; in scilicet argumentis/ ēt scho-
lasticis, ubi omnia ad laudem & ostentationem ingenij comparabantur, ars
non lateret/nec artificium occultaretur, sed omnes uelut merces eloquentiae ex-
pliarentur, cum aliis inuentionis sue, aliis elocutionis, aliis dispositionis
laudem peteret. Seria eloquentiam occultant, diuq; cum uis colluctandum est,
ut id pateat, quod qui scripsit latere noluit. Hic autē & diuisiones rerū tractan-
darum aperte proponuntur, & totius cause insigne loci in numerato babens
tur, & firmissima argumenta magis se præbent contrectanda, & colores dui-
ctusq; obliqui deprehendi gaudent, & amplificationes ultro se ostentant, omo-
niaq; proprius ad mouentur oculis nec reformidant contreclatū manus. Tum con-
ferre licet quid aliis alio aptius, accōmodatius, expressius, artificiosius, affectiu-
sius, uerisimilius, ornatus, acutius dixerit, quid melius dici potuerit, quid ui-
tandum, quid emendandum, quid imitandum, tum quæ fuerint magnorum ui-
rorum de his iudicia, quin ēt breuitas ipsa uel ad iuuandum uel oblectandum
magis est accōmodata, nam neq; latius uagandum est, ut potissima inuenias, nec
iædia longæ lectionis deuoranda, ut in amœnum locum incidas, cum hæc om-
nia ex accruo seposita & selecta sint. Et adolescentum ingenij magis fructu-
sa sunt, quæ cum quadam uoluptate non inboneſta discentis labore fallunt,
cum grauiora studia solutior etas sustinere uix possit. Ad imitationem uero
ēt exercitationem domesticam is intelliget quantum hæc ratio conducat, qui non
grauabitur experiri. Hic paratam inueniet syluam ēt amplam segetem rerum
tractandarum, si in eodem argumenito se uelit exercere, ita tamen ut ēt habeat
quod sequatur, ēt quod inueniat, in illo, alieno labore iuuabitur, in hoc gaudes-
bit suo, nam ēt magnis uiris in eodem themate olim hæc erat contentio de inge-
nij felicitate/ ēt eloquentiae laude certatibus. Hæc cū animo considerasset, intelle-
xi hunc fructū multo ueriorē futurū, si quis hæc ita annotationib; illustraret, ut
ēt precepta facilē p̄cipierentur propositis exēplis ēt hæc ipsa artis illato lumine
magis cōspicua redderetur. Itētani egomet, si qd ad hoc nostra industria opis pos-

set afferre, quam feliciter nondum scio, certe consulte parum, qui illectante com-
mentationis uoluptate longius prouelius ante in difficultates incidi, quā senti-
rem quam temere me in eas precipitasse. Primum enim id dumtaxat laboris
assumpserā, ut ea tractarē, quae ad artem pertincent, deinde ubi ē enarrationis
mibi imprudēs onus imposui, intellexi, nec liberū esse propter pudorem regredi,
nec satis tutum propter difficultatem progredi. Sustentauit tamen me uicunq;
bac spe, q; intelligerem paratam ueniam in eo opere, quod uix propter insignem
depravationem ullam enarrationem admittat. Nam si ujs mendis esset deprava-
tus quibus uel diuinatione, uel conjectura subueniri posset, damnandus utiq; es-
sem, si non memet in omnes formas ad eius interpretationem uertissim. Nunc ar-
tem ita confessus est in gentibus plagiis, ita laceri artus & absissa membra, ut
uix in toto corpore, ut ille inquit, corpus reliquerint. Quis igitur uel Chiron
uel Aesculapius ibi opem pollicatur, ubi non sit quod opem recipiat? Id autem
dico de quibusdam locis omnino deploratis. Multa alia sunt integra, multa etiā
uobis utiq; restituta, pleraq; emendata, multo autem plura interpretata, quae
propter illius seculi genus eloquentiae immodico acumine attenuata uelut euao-
muerant. In his autem hunc ordinem seruauit, ut ante enarrationem illa precede-
rent, que gr̄ci πολευόμενοι uocant, que ante legitimam tractationem p̄p̄a-
rationis uicem habent. Hic nos primum complexi sumus fere totius artis sum-
mam, propositis declamationibus, quas nos ex industria lusimus, ut ad has p̄cī-
piendi rationem accommodaremus. Deinde de diuisione ē statu, ē coloribus que-
dam p̄fati sumus, quae huic negotio, ita sunt utilia, ut sine ujs non admodū pros-
ficiendum foret. Deinde declamationibus, cōtrouersijs, ac deliberatiis scholia ad-
iccimus, non eius loquacitatis, cuius uulgo sunt cōmentaria, sed quibus satis sit
indicare ac non legentem confundere. In his p̄ter sententiæ explanationem, lo-
ci, colores, figuræ, amplificationes, sententiæ, reliquaq; ornamenta notata sunt, ē
singulis diuisionis adumbrata formula, quae similia iūstigaturos possit instrue-
re. Hęc omnia nollem meo tantum iudicio probari, nisi eo magnorum uiro-
rum testimonia accederent, ac uel uinius Seneca poteram esse contentus, qui profe-
cto manquā iam senex leuioribus hisce & iuuenilibus studijs se implicauisset, nio-
si ē filiorum institutioni, ē eiusdem rei studioſorū magnum fructum allatura
sibi persuasisset. Sed & Rhodolphus Agricola uir nostro seculo & in dialecti-
cis ē rhetoriciis doctissimus satis declarauit, quid de his libris sentiret, qui anno-
tationes reliquerit in tres, aut quatuor declamationes, qua autem causa ibi substi-
terit, mibi nō constat, certe si continuasset, labori nostro satis consuluisse. Et Eras-
mus quidem in ea p̄fatione, quam his libris p̄posuit, inter omnes, inquit, Se-

nece lucubrationes nullum opus extare integrum & inuolatum magis rese
rebat publicæ studiorum utilitatis , quam hos declamationum libros . Erant hi
testes digni , quibus in eloquentia fides adhiberetur . Sed ego meam causam ar-
gumentis etiam esse puto satis confirmatam , nolo ego principatum ei detrahi ,
cui iuflissimo omnium seculorum consensu debetur . Sit dux Cicero , sit princeps
senatus , sed patietur ille alios in suū ordinem adscribi , neq; enim ille regna-
ret , nisi haberet quibus præferretur . Paretur ex illo solida & uera eloquentia , pa-
retur facultas & copia orationis , sed in his discatur ars , exploretur artificiū ,
sistatur in illo , per hos tamen peruenitur , temperent hæc iocundiora illius
grauitatem , remittat se aliquando animus ad leniora , corroboratior inde re-
diturus ad seria . Per hæc ille creuit , in his enutritus est , & ad illam maiestas
tem eloquentiae ex humilitate declamatoria surrexit , nec tantus in foro fuisset ,
nisi eum genuisset schola . Hæ sunt cause quibus hunc meum laborem & ho-
bis & ipsi qui bene sentient probatum iri spero . Quem cui tandem potius mun-
cuparem , quam uobis , quibus esse scio gratissimum , qui hæc nostra studia
aluisitis beneficentia uestra , & ad hæc quantulacunq; sunt prouexilis . Quibus
scio me non tam immortalibus uestris beneficijs deuinctum , quamquam & his
plurimum , quam propensione & animo in me uestro multis argumentis explo-
ratisimo . Reliquit uos studiorum patronos hæros ille immortalitate dignissi-
mus FRANCISCVS XIMENEZ huius celeberrimæ Academie pa-
rens . Facite igitur , hoc est in eo quod iampridem facitis perseuerate , ut illius
uotis respondeatis . Cōmittunt se uobis studia , & fidei uestræ credunt / suscipi-
te causam publicam , causam literarum , uel uestram potius , quorum interest
illas esse florentissimas .

¶ VALETE .

Lebet hic protinus in ipso ingressu duas declamationes subiçere in hoc à
me ex industria compositas , ut intelligent studiosi iuuenes quomodo
hac arte & exercitatione proficiendum sit , adiungam ipsi breuem quandam to-
tius artificij divisionem , & uelut artis Rhetoricae summam , eo faciliorem , quo
facilius est exemplis quam præceptis artem discere certant autem hæc declama-
tiones cum prima septimi libri , cuius thema est .

¶ DECLAMATIO DE EO QVI FRA-
trem partidū damnatū ex armata nauī imposuit

Ego judicial
INTERPRETIS DECLAMATIO



VOBVS Filiis quidam superduxit nouer
cam. Alterum domi particidiū damnatum tra
didit fratri punitendum, ille eum exarmato na
vigio imposuit. Delatus adolescens ad piratas,
archipirata factus est. Peregrinantem patrem
coepit, & remisit. Reuersus pater, abdicat filii.

N Unquā credideram fore, iudices, vt hc= Benevo
mini innocentī pietas obiseretur, & in ea causa laborarem, in qua cte= lētia ab
men effet, parricidium non fecisse, verum eam esse sentio fortunā mīcæ honestas
acerbitatem, vt quo maxime sperabam me apud alienos exterorū insimula
cos cōmendatum iſi, id nunc aduersus patrem cogar defendere. Nuncq; Propo
tamen nobis paternū odīum tam erit pertimescendū, nunquā ita ab
dicationis infamiam formidabimus, vt plūm fuisse poeniteat. Minetur
ille abdicationem, minetur etiam mortem: nobis tamen diffitendū non
est, fratrem non occidisse. Necq; vero vos unquā de me tam male meriti Benevo
eritis, o iudices, vt sentiam inuisam vobis esse misericordiam, nec si me lentia à
sententiis vestris dānaueritis, unquā mihi persuadere potero, non ve
stros animos à sententiis discrepasse. Nec nunc quidem mihi credibile
videretur, patrem stare contra me, nisi domi nouercā haberem. Illa alte
rum fisto parricidio dānauit, alterū, q; parricida nō fuerit, dānare vult,
vos videritis an libidinē mulieris, vtrumq; fratrem dedi & quū sit. Necq;
enim ego unquā tantā mihi de patre immanitatē persuaserim, vt spon
te sua in eam adductū suspicionē putem. Quis enim crederet insicias fi
lium instruere, vitā petere, sanguinē concupiscere, vnde isthac suspicio
incidisset de adolescentē per totā vitā modestissimo, & patri obsequētis
fīmo. Aut si suspicatus aliquādo effet, satis ne id erat ad tam immanis &
inhumani placuli fidē? Ita ne conjecturis parricidiū deprehenditur? Et maiori
solis suspicionibus eius sceleris dānatur, cui ne testes quidem, vel apud
alienos fidē faciunt, satis appetet nouercalib⁹ odīis instigatū, his furiis
agitatū, inde transfusum & afflatū hunc furorē quo nunc in perniciē
filiorū trānsuersus agitur. Ea tamē omnia qualiacūq; sint narrare, dolor
& indignatio prohibet, infortunis autem mei rationem, & durissimū ad nar
patris imperiū, & iustiorē parēt fortunā, & liberatā diuina ope innocē
tiā audire queso ne pigeat. Filiū igitur iam ante nouercā testimonio cō
Transit⁹ ad narationē rationē

INTERPRETIS

victum, privato iudicio nullo repugnante damnatum, privato quoque ministerio punitum dare volens, fratre sibi carnificem accersit, hoc uno satis indicans, quam facile parricidium crediderit, qui me posse putauit admittere. Fratrem, inquit, hodie occisurus es, en tibi eum ligatum tradid. An non quiduis potius suspiceret quod illum ex animo loqui? Deinde ubi illa geminantis audiuit, parricidiam, culeum, mortem, tristissima omnia, & atrocissima, quid animi putatis habuisse me? haec, obstupui, & in illa mentis confusione & dolore animi, ingentes in fratrem irarum estus conceperam, quavis tunc morte, quo quis supplicio dignus videbatur. Vbi autem me repressi, & ad me redit, illa eadem, quae in fratrem animum accenderant, mitigare incipiunt, & ab iracundia in misericordia conuertere. Quid, inquam, unde ille istum furorem posset concipere? quo patris merito? Vnde tam repentina insanitas? Deinde ubi nouerca recordatio subiicit animum, tunc multo magis nostrae domus coepi misereri, & fratris innocentiam apud me deplorare, ac nostris etiam timore fortunis. Quid igitur facerem? fratrem defendere? multo magis patitur. I. trem irritarem, negarem me obsecuturum? in me suspicionem transfer addubitem. Quod unum licuit honesto consilio fratrem seruauit, ut & ille altitudo cum quando patrem seruare posset, recepi me facturum, ne nouerca faceret. ^{et propositum} Quid ego vobis nunc inter eundem exponam iudices, utriusque lachrymae sine mas, mutuos amplexus? quid non frustra imploratum numen, & inuocatio cata sydera, quid non tam querentis se ad mortem duci, quam immerito duci, obtestationem. Quid gemitus non vitam a me, sed aliud quodvis mortis genus deprecantis, nec si parricida quidem fuisset, tunc occidebam. i. re potuisse. Non credidi fateor iudices, nec de fratre parricidium, nec affectum in ea domo, ubi nouerca esset, & pater tam credulus, ut fratri fratrem occidendum daret. Seruare volui, in altum prospexit, nauem oculis inuestigauit, cui abducendum darem, sed fortuna quae illum insitato erat seruatura miraculo, non passa est innocentiam tutam communibus esse praestit. Dubius illi superi seruare volvere periculis, ut seruatus non dubiam faceret suae innocentiae fidem. Paruum erat in littore nauigium, ac potius diminutum & rimosum cymba, nullam in eo haberet nocens salutis spem, tibi autem frater, dixi, pro temis velisque innocentia erit, si tibi bene conscius es, quod satis credo, ne verere, in mentis robore submixus tanti elemosia vastitatem. Voluisse ego tutius te dimittere, sed satis tutus est, qui

DECLAMATIO

adiutores deos habet, quos ego tibi ad futuros spero. Nec vero hanc
meam spem euentus destituit. Sed narrat potius pater quid deinceps
de acciderit, exponat qualem habuit navigationis cursum ille damnatus,
qui sauerint superi illi impio, quomodo euaserit ineuitabilia aliopterito,
qui pericula, qualem expertus sit illum quem tanquam patricidam damna-
nauerit. Nec enim arbitror cum illi in mentem venerit se illi homini vi-
tam debere, à quo prius insidiis petitam dicat, non mutabit mentem aliud in-
suam, aut cum se à piratis captum & ab illo dimissum meminerit, non intelligit.
omnem animo suspicionem abitctet, Poteram ego. Inde sic aduersus pa-
trem causam meam defendere, ut dicerem me non potuisse magis obse-
qui quam obsequutus sum, nec me pepercisse fratri, sed nouū illi mor-
tis genus excogitasse. Qui enim crederet in exarmato nauigio aliquā
esse salutis spem? omnia formidant, omnibus momentis velut impen-
dentem mortem sibi intueri videntur, etiam qui instructissimis vehun-
tur nauigis. At qui dissoluto, & iam fere vidas accipiente imponitur,
is mihi desperata salutis spe, tanto acerbius morti videtur, quanto du-
cius est mortem expectare quam incurtere. Exponerem maris pa-
la, & infidi elementi semper timendas insidas, ventorum rabiem, cœli 'Stat⁹ de
ruinas, quæ omnia si abessent, certe viatico & omni ope destitutū ipsum pensionis
sponte sua collapsum erat credibile. Qui igitur hac defensione omis-
sa, si non admodum verecunda, certe tuta & patri non improbanda tur.
mauult confiteri, is certe non videretur facturus, nisi suæ confessionis Proposi-
tus tam se putaret habere rationē. Quia enim me ratione conuincet de-
buisse tam duris obsequi imperitis? Aut quomodo mihi licet facere, uersarij.
quod tibi non licebat imperare? An licet cuiquam imperare, quod pu-
blicæ leges prohibent, quod ius, quod humanitas, quod natura vetat?
Esto certissimis testibus, irrefragabilibus argumentis signisq; depre-
hendis, rem non conjectura aliqua, sed oculis manibusq; teneres, at
citram publicam potestatem, & legum autoritatem tuū non erat in quen-
quam animaduertere. Non permittit lex nec in seipsose faciliatatem, cessio.
permittet in alios? Eripit gladium contra nos ipsos, & in aliena viscera A minori
patietur destringi? Cumq; omnia nostra nostri iuris sint, vel ad abuten- gradatio
dum, vel profundendum, in corpus certe nostrum istud ius nō reliquit. xλημεξ
Quod igitur in nos non licet, licebit in alios? Quod in alios nefas est, Solutio
fas erit in filium? Nec enim quemadmodum filios licet domi eruditire, similitudis

INTERPRETIS

corripere, & in severiore disciplina continere, ita grauiorē permitti-
tur afficere supplicio, imo ignoscatur potius in alium quēuis per iracun-
diām inflictum vulnus, interrogata poena, quā in filium, quanto enim hic
magis natura impellit ad amorem, tanto cum exire & à se velut expu-
A miori gnare minus est tolerandum. Q[uod] si de compertis sceleribus & connicta-
p[ro]συνας criminib[us] nō licet nobis poenas sumere, nec suarū iniuriarū lex quenq[ue]
διοικούσσει permisit ultorem, vbi ea vel incredibilia sunt, vel per summā iniqui-
t[er] coacerat consista, protinus sententias nostras ad innocentiae damnationē p[re]a-
bationē cipitabimus, non exacte pensabimus singula, nō positis affectibus rem
cū ἐπτριψαν intuebimur, nō omnia cōferemus inter se, non verissimilitudinē,
μαφορά, non credibilitatē considerabimus: sed protinus quasi oraculū sit inuidi-
t[er] repetit[us] inimici nouercæ demū testimonīū, ita ad male sentiendū properabi-
mus: Omne excludemus rationē, omnē sedatae mentis cōsiderationē,
ἀναινεότε & solā patiemur regnare libidinē, solam iracundiam! Debuisset profecto
νωστις, i. cum ad te tantū crimen est delatum, vel ipsa atrocitas à credendo deterre
comunitate. In alienis, in exterris, in inimicis scelus nobis non persuaderemus sine
cātio- maguorū cōmedorum expectatione, nec sunt credibilita flagitia quæ
mūtamēto carent, at tibi particidiū credibile visum est deferēte multe-
re, deferente nouerca, in vtraq[ue] impotens, affectus in vtraq[ue], impotens
est odiū. Quemadmodū nec amare moderate norūt, sic in odio, in inui-
dia, nihil est illis mediocre, nihil temperatum. Nōne apud te cogitasses
A cōtinu paululū filius est qui defertur, A me genitus, apud me educatus, inclu-
gentib[us] genter habitus ad hunc diem, nihil in eo hactenus nefarium, nihil im-
p[ro]st[er] est p[ro]sum, nulla libido, nullus luxus, nulla profusio, nullæ insidia. Tam su-
dixiāt[us] bito extitit hæc impicias, tam repente hanc inhumanitatem contraxit.
Tos, ar Crede mihi si tute collegisses paululum substituisse ille impetus, atq[ue]
ticulorū ille ardor animi restinxisset. Quid cum muliebris audacia venisset in
mentem, cum nouercalis odii faces, & illæ furta insano dolore conci-
tatae occurrisserint animo, potuisses ne non damnare credulitatem tuam,
μετατ[er] & adhibite fidei à te ipso poenas exigere? Sed me miserum potuisti
voia. pater potuisti filium ad necem destinare, & hanc totam meam orati-
nem durities tua redarguit. Spectasti siccis oculis vtriusq[ue] filii lachry-
mas, & illius, innocentiam suam apud te frustra complorantis, & meas,
tam crudele ministerium reformidantis. Audisti inconcussus, inuocas-
tos matris antiquæ manes, & plus apud te valuit nouercæ libido, quā

DECLAMATIO

pristinæ coniugi debitus amor. Transiusti allegatas tibi olim in puer
o blandittias, & gestatam olim in viniis infantiam, & testatum sœpe
osculo/ sœpe complexu puerilem affectum. Illachrymandum tibi fuit
vel si parricidam crederes, videri poteras rigore isto, & immunita-
te parricidium comprobasse si alio teste, quam nouerca deprehendis-
ses. Sed quid ego hæc miror? Quid ad hæc stupeo? Cum ne diuina Ab euen-
na quidem testimonia tibi fidem faciant. An vero tu putas alia quam tu.
diuina ope seruatum, diuina prouidentia creptum? Erras / si aut viol-
entum mare casu credis dissoluto / & quassato abstinuisse nauigio, aut
ventorum furorem pepercisse fluctuantem cymbulæ, aut ipsam spons-
te sua scopulos deuitasse, aut ut hæc omnia euenire potuerint ipsum si-
ne alimento, sine viatico, ægrum aliqui & deficientem spiritum su-
stentare potuisse. Quid, nonne illud miraculi instar est cum in pira-
tas inciderit, non iugulatum, non in fluctus abiectum? Quid autem
non iugulatum, Immo vero exceptum, recreatum, ad summum inter
ipsos honorem euestum, in tam multa casus potestatem non habet,
nec fortunæ locus est in tam multiplicis euasione periculi? Ut tu aus-
tem nauigates / & instructissima naut naufragium faceres, invitante
prius celo ad nauigationem, & blandiente vento, deinde subita tem-
pestate à destinato cursu abreptus ad eum appellares, cuius aliter pie-
tatem exprimi non poteras. Quis tandem casus, quæ fors efficere pos-
tuisset, hoc uno pacto se poterat innocentia vindicare, hæc una ratio
relata erat ad pietatem probandam, ut locus illi parricidæ esset perpes-
trandi parricidii, & non perpetraret hanc vnam illi ea quæ semper inno-
centes tuerit diuina prouidentia obtulit. Quis te non creditisset, aut Spes &
mersum fluctibus, aut à piratis intersectum? Immo quis aliud suspicari laudi.
potuisset? ne ille quidem hoc aperuisset piratis te patrem suū esse. Quod A facili
si nec tuum caput ante petuisset insidiis, quod tu videri vis: tamen tan- animus
ti sceleris tibi suspectum alienato à te animo esse oportebat, dum id oc- uelut ab
curreret paternum te iam olim exulisse affectum cum de filio id suspicar- effectis
si potuisti, multo autem magis cum meminisset, per te iam, & indi- causas
gnissimæ nece potuisse interire, & extremo cum parricidis plecti sup-
plico, multoq; plus se piratis quam patri deberet. Hac cum oc-
currerent, nisi ea esset pietate & mansuetudine quam nullæ vincerent
iniuriae, nonne putas ingentes illi irarum faces hæc omnia admis-

INTERPRETIS

vere potuisse? nōne in vindictæ flāmās & incendia excitat? Si non vt
 te occideret, at saltem vt se implacabilem ostenderet, vt fūctis interim
 minis sācūret, vt exprobareret tibi sācūtiam, crudelitatem increpareret, at
 ille horum omnium, nec meminit quidem, vltro occurrit in amplexus.
Διπτον' Cumq; hic nondum agnito filio percussorem ratus supplicis habitu se-
 τωσις, se ad genua demitteret, ille contra præoccupans, & nunc, inquit, pater
 ηροσ= si filium perdere voluisti, potes, si noluisti, ignosce. Cumq; ille subito
Τριπτον' prodigio attonitus hæceret, tantoq; magis expauesceret, filii in se sus-
 pectum animum reformidans, ille non passus diutius in tanta esse men-
 tis confusione, bono animo esse tubet, omnemq; sollicitudinem depa-
 nere, consuluisse quidem sic deos venturo patris periculo, & tantis rerū
 vicibus id esse actum, vt aliquando filius patrem seruare posset. Semper
 in te plus, inquit, sui, nec istam pietatem, aut opinio de me tua, aut in-
 fortunia mea mutarū. Nec ullum arbitror tuū in illa credulitate crīmē,
 nouercæ illud fuit odium, nouercæ furor, nunc illud percōmode actū
 est, vt aliquando credas fidētores te habere liberos quā vxorem. Si te
 in patriam reduxero, inuidiosum fortasse faciam præsentia mea. Quod
 vnum possum, in patriam te incolumē cum naū remitto, tantūq; mo-
 neo, ne posthac malis nouercæ, quā filii credere, ac si per te licet nemo à
 filio seruatum sciet. Audebis ne pater cum hæc audieris redire ad obſtu-
 natam tuam suspicionē, & refricare tua vulnera? audebis coram his diu-
 tuis testificari crudelitatem tuam? & hos voles esse ministros, vel pertina-
 ciae tuæ, vel sācūtiae? At ego quanquā tu nūmī obstinate odio tuo incli-
 geas, mihi persuadere non possum te, cum primū filium intuereris, non
 istam emolluisse duritiam, non illachrymasset cum eius orationem audi-
 res, non sic ab illo discessisse, vt tuam antiquam inhumanitatem dam-
 nares, vt incusares te ipsum. At vbi in nouercæ conspectum venisti, vbi
 te solitus illa cœpit dementare beneficis, reduxisti ad ingenium tuū, conti-
 duo cum illo poculo, & filiorū odium exhibisti, transfudit illa in te suam
 impotentiam, afflavit tibi suū furorem, ignosce pater, ignosce, eisdem
 me illa veniens in rabiem egit, vt mutuis contentionibus in perniciem
 filiorum patrem exagitaret, vt spectaculum illi grauissimum nostræ stir-
 pis preberet exitium. Damnasti tu olim filium partecidit, cum ad necem
 destinasti. Ille cum tibi vitam dedit, dannauit ingrat, damnauit inhu-
 manit. Quod si nec tibi per leges licet imperare, quæ id solum puni-
 s.

Διαστον'
 Α.η.
 Αντιπτον'
 γραμ. i.
 πέσατο.
 Epilog?
 I. ptis.

DECLAMATIO

si volunt, quod sit in publica iudicia delatum, nec si maxime licet, huiusmodi erat crimen, ut vel certis testibus deprehensum, patet praesertim deberet esse credibile, quod si nullis signis, nullis indiciis, sed solo nouercae testimonio collegisti istam suspicionem, quod tametsi apud te valere debuisse, non ita tamen, ut deorum prouidentiam negligeres, nec erepta tot periculis innocentia, seipsam tibi comprobare non posset, non ita, inquam, ut antiquam tuam/vel suspicionem/vel deceptiōnem pluris quam perspectam filii pietatem deberes facere, si nihil inquam horū tibi adiumento est, si nec ineptum quidem habes imperii tui praetextum, si omnia tibi sunt aduersa, omnia infesta, puto non succensibis si dixero, ignosce pater obtemperare non debui. Tunc vero mihi sube^{Xαριτ}da fuisset tuæ damnationis inuidia, tunc ego in me transstulisse^{Tιμηδος} tuæ crucis delitatis infamiam, tunc ut iustissime tu imperares, ego iustissimam su^{simulcū} stinerem totius posteritatis execrationem, omnium odium saeculorum, tunc ego sacer essem publicis devotionibus & caput omnium parentum omnium fratrum diris impetendum. Neque enim existimes quia tibi licet imperare mihi licuisset obsequi. Quis inquam fratrem talibus adhibuit ministerios? Quis in sua crudelitate germanorum requisivit operam. Quedam sunt altoquis honesta natura, quorum tamen administrationem natura exhorrescit, ad quorum non intuitum non contressit, sed mentionem solam obstupescit animus. Quid matrem suum nomine permisum? Nonne honestum? Cur igitur non petit filia patris complexus? Cur erubescit filius matris concubitus? Seruum & liberum natura non distinxit, sed fortuna, nemo tamen seruis magistratus demandat, nec imperio presicit. Cibum potumque non solum natura permittit, sed & necessitas exigit, vescenter tamen in publico sine reprehensione non feras. Magistratibus sententiam ferre licet de nece vitaq; aliorum, nec tamen his quae ab ipsis imperantur manus admovere decorum est. Quid enim deceret eosdem & magistratus esse & carnivices. Et ut proxime ad factum tuum accedam, sceleratum cluem interfici e republica est. Nemo tamen tradit amicis, nemo cognatis, nemo filiis, nemo fratribus puniendum: nec si inuste Brutus filios proditionem molientes morte multauit, honeste eius quam imperauit cædis ministrium obiisse. Quis enim non auersaretur tacita indignatione patrem necem filiorum spectantem? quis ferre posset expedientem virgas, licet ^{πειστον} ^{πειστος}

INTERPRETIS

gantem manus, incutientem verbera, & post hoc teturum spectaculum
securim intentantem cerutibus, & filii madentem cruore? puto obris-
guissent manus. Et stupenti ferrum decidisset. Est enim intra nos violé-
tior quædam lex, potentius ius, quam quod publicis est in fixum tabu-
lis, quod quemadmodum fugere, aut excludere non licet, ita repugna-
Per si. re longe est difficillimum. Finge igitur magistratus id imperasse, vin-
ctione, & etum mihi fratrem ab his traditum, continuo ne ego ad cædem curre-
maiori. rem? protinus fraterno cruento manus respergerem? protinus vindica-
turus parricidium, & ipse admitterem? Nescis quid sit fratrem occidea-
exemplu- re, nescis quid patrem. Romani, matris sclera filiæ pietati condonau-
contrario. runt, & quāuis illa merito damnaretur, plus tamen filiæ charitas ad ab-
solutionem, quam matris peccatum ad damnationem valuit. At tu vis
meam pietatem vñā cum fraterno scelere damnare, si vñlum in fratre sce-
lus extitisset, sed auertant superi, vt vñquam id nobis de iuene innoc-
centissimo suspicari contingat, sed si id suspicarer maxime, putas, cum
præsentis os esset intuitus, cum lachrymis manantes oculos, cum ad
genua prouolutum, porrectis manib[us] vitam precanter, me mei com-
potem faturum, aut recordaturū quid tu imperasses? ipsemet mihi ex-
cidisse. Quid cum eas manus alligare coepissem, quibus cum saepe lu-
seram, an ei feras & serpentes comites adiungerem, quem saepe in lætis
sæpe in aduersis comitem habui? Iam vero cū in culeum insuetē, nōne
meminisse in eodem nos simul vtero gestatos, ex eisdē visceribus na-
tos, eodem lacte enutritos, eisdem studiis educatos, vtriq[ue] parenti aliquā
do charos, aliquando etiam alteri, simul matris interitum defeuisse, si-
mul extimuisse nouercam, simul eius crudelitatem expertos, illum, oblo-
eo, me demandato parricidio. Hæc cum meminisse nōne dicerem,
frater si tu interficere patrem potuisti, ego te non possum. Nunc demū
intelligo, etiam si destinaras, nō potuisses absoluere. Aliud est inchoare,
aliud perficere parricidium. Extorsisset tibi ferrum è manibus pietas,
& omnes furores patris conspectus debilitasset, crede mihi nunquam
interfecisses. Ego vero si id facere potuisssem, tibi etiā nunc patet formi-
dandus eram. An tu eum filium domi tuto haberet, qui gementem in-
tra culeum fratrem sustinere potuisset? Si hac me causa abdicares, tacea-
rem, nisi simul cum pietate & mens abiisset. Illi vero cur noceat fuisse
piratam, qui nisi fuisse, tu hodie non viveres, qui hac sola ratione te

Adiffici-
li, quod
adiacens
est.

refutatio.
A neces-
sitate.

DECLAMATIO

seruare poterat, cui hæc via proponebatur vitæ cōditio, nisi mallet ex-
tremæ omnia pati, seruauit se ille meliori fortunæ, nec vitam paterna
crudelitate amissam fratris misericordia seruata voluit statim apud im-
pios profundere. Set uauit se ut aliquando te seruaret. Deniq; nisi sic
seruatus esset, & nunc parricida crederetur, Quanquam obiticia sane παγομε
illi piraticam, & relictam vnam illi vitæ conditionem contumeliose λεγεται.
exprobres, vtiocq; vertas, quod necessitas coegit, modo simul probes
crudeliorem factum, modo antiquam pietatem exuisse conuincas. Non
tam in illo pietas clarnisset, nisi in eo vitæ genere retinuisset, ubi pius
esse probosum est. Sed fuerit ille fuerit, quod sors obtulit, clementia αντιτιω
tiores prædones inuenerit, quam olim patrem habuit. Parat sibi ορεσθαι.
nomen etiam in tanta feritate modestia, & æquitatis cōmendatione,
nos quoq; eius facti inuidiam sustinebimus, & alienæ culpæ poenas
immerentes dabimus. Divinandum mihi nimis futurum
piratam, quem ne vieturum quidem sperabam, aut eum ad tantas opes à miori.
& imperium peruenturum, quem vivere non eram crediturus, nisi Figura
nunciasset pater. Quanquam non tu illum piratam doles factū, quem tum.
& parricidam credi voluisti, nec te infamia filii mouet, cui nullum re- A meo
liueras infamiae locū extremæ turpitudinis nota, quem omnibus iam ri.
sæculis iudicio tuo execrandum feceras, sed odium, quod in altero tibi
saturare non licuit, in altero filio persequeris. Non eram id disturus, si παρέχον
mentem tibi tuam relictam putarein: tantum tuorum odium, tam inhu στίχον.
mana crudelitas non potest esse cum sanitate cōluncta, & tibi honestius Molit.
est furiosum credi, quam inhumanum. Furere enim vel noueræ vene-
ficiis potuisti, crudelis esse sine virtu tuo non potes. In illo aliena culpa
est, in hoc tua. Q uod enim signum in eo sancti hominis sit, qui primum
id credebat, quod natura, quod ratio, quod consuetudo dissuaderet, qđ
non conjecturis, non signis, non testibus deprehendisset? Qui deinde
id imperaret, quod non poterat, & furoris sui alterum vellet ministrum,
& in parricidio vindicando, fratrem parricidam faceret: quem nec di-
uinæ prouidentiæ terrent miracula, nec tot illustrata periculis mouet
innocentia, qui post agnitam filii pietatem, ipse nunc meum san-
guinem expedit, qui noueræ libidini turpissimum adiungit obse-
quum, qui se eius crudelitati in filii persequēdis destinauit carnificem,
qui post exceptam alteri vitam, alteri alimenta, idest vitam vult eripe-

INTERPRETIS

pere. Nam qui vitæ causas & præsidia quantum in se est admittit, is certe
quasi exponere & abdicere à se filium videtur. Neq; vero ego alimenta
moror, abdicet ille, persecutus filium, exuat paternum animum, sicut
sanguinem nostrum, nec sit contentus negatis alimentis. Excipient cer-
te piratæ quem elecerit pater, erit apud illos & parricidii defensori locus,
artis: Fouebit publica misericordia, cui priuata negabitur. Erit in hostiis
tor. clementia, quam inter meos desidero. Sed nunquid quia ille suæ crudeli-
tati nihil fecerit reliquū, & vos eiis crudelitati religionem vestram do-
nabitis. Non ego abdicari, sed abdicationem mereri nolo, nec huius
ego acerbitudinem, sed sententias vestras perhorresco. Mihi enim inspecta
domo excludi, funesta familia exturbari pro beneficio est: fugiam vel
sic noueræ insidias, & ulterius in nos sœuendi occasionem praepipiam.
Nolo tamen me coactum fecisse putet, quod ipse alloqui eram sponte fa-
tempo sturus. Sustineamus quilibet rerum indignitatem, modo ne digni fuis-
ma se videamus. Demus poenas, modo ne sceleri & impietati debitas. In spō-
taneum eamus, non imperiū exilium. Relinquamus patriam, relinquimus
penates consciens heu nimium fraternæ innocentiae, cōscios meæ.
tempo Regnet in his noueræ, & electis priuignis superba triumphet. Illuc ego
phi. frater, vbiq; gentium es, te sequar. Habebis fortunarum comitem,
quem pietatis testem, innocentiae defensorē habuisti. Tristissimū tamē
ad te nūncium perferam, nondum te à patre impetrasse ne parricida cre-
deris, nondum expletum insaturabile noueræ odiū, nihil profectū
pietate tua, nihil obtinentū, quām vt alterum filium relegaret. Illud ta-
men deum pater testor post tot tuas contumelias intutus te relinquo,
nec in tot nostris infortunis quicquā magis dolet, quāq; nostram pte-
tatem tibi probari posse non video.

C Altera pars pro patre.

Infinua **N** On est ea iudices naturæ meæ durities, vt filium propter negle-
tiū a co-
lore. ctum patris imperiū sufficim abdicatus, nisi seruato parricida
alieni sceleris in me inuidiam translufisset. Parvus est pro nibilo patris
imperium habuisse, parum quod parricidiam fecit & piratam, parum
quod facultatem reliquit, vt iterum parricida esse posset. Quod ve-
ro vitam illi debeam qui prius sustulerat, atq; ita debeam, vt si quis dan-
natione ego damnandus videar. Hoc vero. Iudi. quām non debet tam
tolerari non potest. An nondum tibi satis putabas tui similem hoc est

DECLAMATIO

parricidam liberasse , nisi nunc quasi insigni pietate glorieris , nisi tibi
 præmium , quasi pro re bene gesta decerni postules ? Non tam peto Iu
 dices ut illum abdicetis , quām vt me suspecta filii societate liberetis . Me Aditus
 miserum , nisi in parricidam incidissim , alterum domi aliissem . At ego ad nar
 tanquā firmum parassem senectuti meæ præsidium , ita in hoc vno spes rationē .
 omnes meas reposueram : & inani spe deceptus quantum ex alterius im
 manitate doloris suscepseram , tantum huius me , falso heu nimis credi
 ta pietate consolabat . Huc vni parcebam , huic genium defraudabam ,
 huic durister misereq; viuebam , vt hlc alieno labore partis opibus frue
 retur , & mea abuteretur parsimonia , incōmoda tam & ætate & valetus
 dñe navigationem suscepseram , cum subito fortuna me diutius errare
 non passa vno euitato periculo , ex altero liberauit . Plus confectum est
 Iudices naufragio meo quām putabam . Didici alterum parricidam vis
 uere , & quem non putabam agnoui . Et qui alterius insidias me euitasse
 arbitrabar , vtriusq; tam cauere incipiam . Eiectus naufragio Iudices nu
 dus , rerum omnium indigus , in piratas incidi . Quis qui filium mor
 tuū , vlio in loco ? quis qui vitū crederet , alibi se quām apud piratas
 inuenturum speraret ? Confirmauit meum ille de se iudicium , id vitæ
 genus eligendo , quod non nisi parricidæ elegissent , dimisit autem me ,
 cum occidere illi non expediebat , cum nihil erat quod à nudo patre eri
 peret . Dimisit me vt mortem inferret orantem , vitam dedit , cum pude
 ret viuere , naufragum , mendicum , parricidæ captiuū : & quod turpis
 est libertum , cum nullo suo incōmodo atrocissimi criminis se exonerat
 et inuidia . Deniq; dimisit me alterum parricidam domi inuenturum .
 Roga nunc quid sit q; tibi succensem , aude patrem impietatis insinu
 late , aude in me transferre inuidiā vestri parricidi . Neq; à me quisquā
 nunc exigat Iudices quām iuste filium dānauerim . Neq; enim à patre
 id arbitror querendum , cuius potissimum intererat summam in libe
 ris / & esse / & credi pietatem . Nam quem filiorum dedecus moueret , si
 patrem non moueret : sciebam ex eius infamia / ex eius turpitudine po
 tissimam in me partem redundare . Sciebam in patrem tanquā in fon
 tem filiorum scelera redire , eius placuli labe familiam totam coinquisi
 ari , atq; illum quidem vnum esse qui moreretur , sed eodem nos omnes
 damnari iudicio , ac prope tam odiosum esse patrem , qui parricidam ge
 nerasset , quām filium qui patrem voluisse occidere . Hanc ego infamia ,

BB



INTERPRETIS

hoc dedecus, hanc tantam labem, hanc inuidiam, hoc tragicum scelus
mihi proportionis ad filii necem, vel vantis suspicionibus, vel facta calum-
nia, vel falsis delationibus praecepit cucurritsem? non me, vel meum pe-
riculum, vel familiæ meæ dedecus, vel nostræ stirpis prospecta execra-
tio retardasset? sed in meas contumelias, in sanguinis & viscerum meo-
rum poenas, in perniciem posteritatis meæ impius & cruentus pater ir-
ruerem? Credite mihi omne infandum scelus fide caret, nec sibi auribus
Enthime index in eius persuassione, sed oculis fidem facit. Quod igitur alienis,
ma.

exteris, barbaris & efferratis hominibus incredibile est, ad id ego mihi
persuadendum temeraria credulitate pater prosilus? O quam saepe obli-
vatus sum Iudices, cum animi mei certissimis suspicionibus, Quam se-
pe pugnauit ut me fallerem, quam saepe desiderauit errorem meum, quam
saeppe incurrente oculis lucem exclusi. Eualuit tamen filius impietas, neq;
vlla mea patientia, aut dissimulatione potuit evincit, abrupit omnia ob-
stacula, quibus ab oculis tantum factus auerteram.

Color. Fateor Iudices ideo
fratris puniendum dederam, ne nostra infamia in vulgus dimanaret, ut
intra priuatos parletes cum suo dedecore tantum scelus sepeliretur. Nec
nunc in iudicium eram delaturus, nisi istius opera iam res occulta esse
non posset. Emisit iste parricidam, & una cum impunitate familie meæ
dedecus euulgauit, ut vel hoc uno facto se dignum abdicatione mea,
dignum damnatione vestra comprobaret. Neq; putabam ego magistras
tus indulgentiores in filium, quam patrem, neq; plentorem vos sceleris fi-
dem desiderare quam qua pater incredulitati sua satifecisset, neq; relictu-
rum sibi aditum clementie vestre, qui meæ sibi tam ipse occulisset. Hec
pro certo habens nolui iudices nolui apud vos nostram efferre ignomi-
niam, & labem familie meæ patris accusatione diffundere. Nam si quā-
do ad vos tanti sceleris immanitas defertur, id sit iam interfactis paren-
tibus, tam expleto piaculo. At qui vinti insidias effugiant, & qui tis ne
ad vos vtores contumelias suas deferant, supprimant intra se, et ex-
tinguant incendium infantiae suæ, nec patiantur in alienas familiæ ser-
pere. Ignoret seculum scelus suum, nec tam perditos fuisse mores nos-
trös posteritas agnoscat. Cui autem aequitus sit à legibus potestatem in
filios animaduertendi dari, quam quibus maxime filterum peccata do-
lent, quam quibus natura concessit? ut ad quos potissimum virtutum
premias pestant, eisdem scelerum supplicia, flagitorum poenæ, secura-

**Allego,
riæ.**

A maiori, à con-
trarijs.

DECLAMATIO

orq; ad coercenda vicia disciplina permittatur. Quemadmodū igitur A simili
nemo patrem culparet, nemo reprehenderet, si alia minora flagitia do-
mestica severitate pro patria potestate comprimeret, modo debitas scel-
ti poenas irrogaret, ita nec si grauiora quidem iustis officiis suppliciis,
præter ius præterq; legem fecisse videri debet. Tam enim pro par-
ticipio leuis poena mors est, quam pro profusione, vel luxu immode-
rata fuisset. Si haec punire & coercere non immodico supplicio permit à maiori
titur, longe atrociora & indigniora multo leuiori poena mulctari, cur
quisquam non patitur? Mors autem leuissima poena et est, qui suæ vi Antik
tae causam voluit interimere. aliquid tamen morte atrocius est, cum ton-
mortem infamia comitatur, cum suppliciis acerbitudinem propositi de-
decoris & contumeliae cogitatio vincit. Haec inueni quomodo filio
remitterem, quomodo ex illa peccatum grauitate multum decederet,
quomodo etiam pro piaculi atrocitate bene secum actum putaret. No-
lui in publicum producere, detraxi hominū spectaculum, publicas exe-
crationes, indignationem mortalium, quæ omni mortis atrocitate ter-
ribilia sunt, intra domū damnavi, fratri puniendum dedi, quem pu-
tabam & fraternum dedecus mellus celaturū, & scelus in patrem lubens-
tius vindicaturū. Nam ad quem quæso confugerem, si paternæ iniuriae
filium non moherent? Quem implorarem si se ille vindicem negaret?
Volut alterius pietatē experiri, cum alterius impietatē iam nossem. Co-
gnoscam dixi apud me, an duos filios parricidas habeam, alterū certius
deprehendi quā vellē, alter mihi explorandus est. Si paternæ iniuriae vin-
dictā detrectarit, non dubitū est, quin cum illo sentiat, quin cū illo cons-
pirarit. At ille astutior fuit, quā ego cogitauerā. Cū parricida consensit,
& mihi pietatis suæ fidem fecit, scilicet, vt hoc uno mihi magis inuisus
sit, q; opinionem meā tandem simulata pietate deluserit. Quid me uno
misericordi, cui qui parricida creditus non est, tandem esse potuit? alter
creditus est & fuit, alter cum esset, creditus non est. Verum tolerant Tradu-
haec vicimq; forent, nisi in eum euentū fratrem emisisset, vt & iterū lio.
patrē posset occidere. Nam q; me non occidit Iudices non sunt pietatis,
sed calliditatis. Non pepercit vitæ mieæ, sed suæ famæ cōsuluit. Videbat, Color.
si me occidisset, iudicium meum, sui damnationem comprobari, tolli,
si villa tentati parricidi fuisse, dubitationē, nec posse latere tantū scelus.
Sponte sua si homines tacerent, ventos, maria, aurasq; ipsas per ora hos

BB II



Compendium totius fere rhetorici artificii.

minum perlaturas. Id cum sciret neq; in mea nece vitam sibi mercenari videret propositam, nihil iam nec speraret a perduto, nec eripere posset a nudo, vitam donauit, quam eripere illi erat incommodissimum. Iacta nunc vitae beneficium, iacta filii pietatem. Laudetur ille in iniuriam meam, Ego unus sim ingratus, ego inhumanus, qui beneficia non agnoscam, modo illud constet, qui nunc vitam dedit olim eripere vocem luisse. Modo fateare cum occidere tetaret, maxima potuisse sperare emolumenta, cum vivere permiserit, nil nisi odium omnium mortaliuum. Epilogus. Hae cum contuleris, intelliges quām illi vitam non debeam, qui non donare non poterat, intelliges quām dignus sis abdicatione, cui pater visus dignus non sit, in cuius ultionem parricida necaretur, qui quantum tute fuit, parricidii perpetrandi facultatem reliquisti, qui familiæ nostræ dedecus euulgasti, qui fratris scelus data impunitate probaris, qui patris iudicium, & damnationem impliam feceris, qui te suspectum mihi illius liberatione & timendum reddideris, de quo suspicari aliud non possum, quām q; olim de fratre credidi. Sequatur ergo fratrem fraternaliter conscius, comprobatur, assertor, nec durum sit illi sine patre vivere, cui patris vita, tam vilis fuit, ut semel insidiosi parricidæ petitam eisdem obnoxiam reliquerit.

Compendium totius fere rhetorici artificii.



V VLT ARTIFICIVM ORATO-
rium, vel in alienis scriptis inuestigare, vel apud se se tra-
staturus certam aliquam rationem animo constituere,
primum omnium propositam sibi quæstionem con-
sideret, primumq; in ea petat, materiam & finem quem
in materia consequit velit, hoc est ut bene dicat ad per-
suadendum, deinde in aliquod trium generum quæstionem redigat,
demonstrativum, deliberativum, iudiciale, Quod ita demum faciet
si finem intueatur quem petat. Vbi enim voluntatem intra seipsam so-
lummodo afficere vult, vel in admirationem, vel in execrationem excitans
perindeq; afficiens, ut illa vel possessione boni præsentis, vel dolore vi-
gentis malaffici solet, in demonstratio consistet. Si de eligendo, vel
fugiendo agitur, ut aliquid petat, aliquid declinet, in deliberatio versa-
bitur. Quod si illa quæ eligenda, vel fugienda sunt aliorum iudicis
sunt cōmissa, ut aliquis, vel damnandus, vel absoluendus sit, ad iudi-

RHETORICI ARTIEICII.

illa transibit. Deinde & qualitatem genesis consideret, honestum ne sit
 an turpe, an medium, quemadmodum à parte patris hic turpe videtur
 q̄ filium velit abdicare propter hanc vnam causam, q̄ fratrem non oc-
 ciderit, & ita alios atq; alios colores debet inducere, vt turpitudo occul-
 tetur, à parte filii honesta, & ideo potest esse aperta confessio, Deinde &
 illud animaduertat, an causa consistat. Tunc enim causa dicitur nō con-
 sistere, vbi ei cito cūstantia aliqua deest, que litem faciat, veluti cum is qui
 accusat causam non affert, p̄t a si pater abdicationis causam non expo-
 neret, aut reus nihil responderet, aut id responderet, quod alter obli-
 cit sine aliqua defensione. Mox in eo statim constitutat quod putet &
 ad probandum facilius, & ad defendantum firmius, id vt faciat conside-
 ret, & quid alter obliquitat ipse reus est, & quid velit respondere, ad vnu
 enim responderi multa possunt, cum dicat pater abdicandus es quia fra-
 trē nō interfecisti quod ego imperabā, poterat filius respōdere se inter-
 fecisse, nisi pater aliunde deprehendisset illum vivere, & mouisset conie-
 cturam: sed tam ea defensione vti non potest ad aliam transeundum est.
 Potest & illam assumere, etiam si non interfeci ea nece qua tu imperabas,
 perindertamen fuit ac si interfecissim, in mortem illum certam dimitte-
 re. Si ad hoc reddat pater, etiam si sic videteris occidere, tamen non des-
 buisti quicquā mutare ex p̄cena quā ego præcepēram, in hoc tam erit
 status, si eo dimisso transeat ad illud, non visus es in morte certam illum
 mittere, etiam si p̄cnam cōmutare licet, tam hoc erit conjecturæ, an
 visus sit in certum mortis periculum dimittere. Erit & finitio, an occide-
 re sit ita dimittere, vt credibile sit peritum, Ego tamen his statibus di-
 missis ad ius prorsus confugendum putauit ut diceret aperte non occi-
 disse, idq; recte & pie factum. Subitio statim rationem, quia fratrem
 non debuerim, vel imperante patre occidere, etiam si illum interficere ten-
 tasset. Hic autem status iuris est, Quando autem status præcedenti indi-
 get probatione, ea præmitēda est, vt aditus pateat ad causam. Quemad-
 modum Cicerō fecit probaturus Clodium insidiatorem prius proba-
 uit iuste licere insidiatorem interfici, Id quando ab aduersario concedi-
 tur, assumitur: quando non conceditur, probandum est: & ita ad statū
 peruenitur, qui minor est propositio in syllogismo, altera enim questio
 thesis est, altera vero hypothesis, id est altera finita, vt si dicas, omnis in-
 sidiator iure interficitur, Clodus fuit insidiator.

¶ De ducto.

BB 111

COMPENDIUM TOTIVS FERE

DEinde ductus querendus est, id est genus tractationis, apertum
ne debeat esse & planum, an occultius & velut insidiosum. Quis-
dam autem sic ductum diuiserunt, ut dicerent alium esse simplicem, aliū
obliquū, figuraturum, & subtilem, ac ex his mixtum. Porro simplicem
cum esse dixerunt, cum ita agimus, ut in themate, & controversia posis-
sum est, nec ex nobis quicquam fingere videamur, aut adiscere. Hoc au-
tem bene habet, nisi illud adiecissent, simplicem ductū spectare ad tem-
pus præteritum, nimirum cum id quod oblitetur ex præterito sumptū
est. Invenimus quidam iuxta cadauer recens hominis occisi cum ferro, ac-
cusatur quod inuentus est, quod est præteriti temporis. Alios autem tra-
hi dicunt ex præsenti tempore, id est quando id quod oblitetur tale est,
ut non accusetur aliquid fecisse, sed quod faciat, qd tamen possit mutare:
atq; ex his alium dicunt subtilem, quando aliud est in themate, aliud in
agentis voluntate, ut qui filium abdicat qd amicos non habeat, non tam
videatur velle abdicare, quam admonere vt habeat amicos: hoc autem qd
oblitetur præsentis temporis est, amicos non habere: & is qui accusabat
patrem de mentiæ, qd raptæ patre exorato suū non exoraret. In hoc non
video quē alia subtilitas sit quam qd aliud dicentes aliud videamus postu-
lare, & id non admodum obscure, alioqui persit dicentis opera: & qui
non potuimus alio modo obtainere vt faceret quod volumus, id acute
videamus excogitasse, vt faciat. Altum appellant figuratum, quando que-
dam aperte effari pudor prohibet. Hoc modo, adulteros liceat occides-
re, infamis fuit quidam in nurum, deprehendit eum filius in adulterio
obvulso capite, nec eum occidit, interrogatur à patre, qui fuerit adul-
ter, cui pepercit, non dicit, abdicat, præsentis temporis est, quia non di-
cit, & pudore filius impeditur ne patrem nominet. Quā obrem ex am-
bagies querendæ sunt ne palam oblixiat. Obliquū appellant, cum pa-
lam oblixiere periculum est. Deposuit quidam tyrānidem sub pacto abo-
litionis, ita ve oblixiere capitale esset: petit magistratum, contradicit aliis.
Hic si tyrānidem oblixiat, sic caute & oblique debet facere, nō dāno sit.
Addunt & mixtū ex his omnibus, etiāq; exēpla subisciūt, hæc vtēq;
tradūtur, sed illud miror, cur in præterito dūtaxat tēpore restū & sim-
plicem ductū ponant, ex præsenti vero alios sumant. Prīmū non potest
aliquid ex præterito intendi, quod si aperte proponatur turpe sit & ve-
secundū: quod & velimus intelligi nec tamen aperte. An vero in causa

RHETORICI ARTIFICI.

Ligari nō oblique, nō simulate Cicero egit cōtra Tuberones: quemadmodū & illi obsecerant atq; intelligi violabāt, se si Africā obtinuerint, Cæsar fuisse tradituros, & hoc maxime premunt Ligariū, qd̄ quia ad apte fatendū partū erat verecūdū, ita credibile est tractasse vt intelligēdū poti⁹ relinqueret q̄ dicent, atq; ita Cicero depellat vt cū eos redarguat mēdaci, nō videatur tamē impudēs in redarguēdo. Deinde cū defendit approbationē aduersarū partiū, nō palā dicit iuste id fecisse Ligariū, q̄ arma pro senatu, pro patria suscipere, sed nihilomin⁹ id mira arte cōsequitur, vt nō iuste fecisse videatur, quādoquidē & eos quos cōseruauit Cæsar, nō tanq; impios & particidas cōseruarit. Et in causa Cluētis nōne ipse fatetur voluisse se tenebras offundere iudicib⁹: quas vtiq; non huiusset offundere, si rem apte, & sine fucis tractasset. Quid & in præsen-
ti tempore, nōne simplex ductus esse potest: si peregrinū, vel transfigurā
arcis custodiā obtinente apud magistratū insimulemus, nōne palā petimus ut ille amoueat? nec vlla subtilitate est opus ad id indicandum.
Quod & sine periculo sit, & intelligere quiuis potest, immo volumus.
Potius est in illa controversia subtilis ductus, vbi pater si contra raptorē
sem filium se exorari patiebatur, controversia dissoluebatur, si nō patie-
batur, crudelitatis & impietatis notā subībat. Quāobrē ductus potius
sumamus ex intentione & defensione, si intentio & depulsio tales sint,
vt aperte, vel defendi, vel obicit possint, nec sit subeunda vlla infamia,
vlla turpitudo, vllum periculum, simplex ductus erit & rectus, dico au-
tem periculū præter id quod causa habet, alioqui id si contra nos pronū
cietur, eistare nō possumus. At vero Cicero in illa superiore defensione
præter damnationē Ligariū, & Cæsaris offenditionē timebat. Erit igitur du-
ctus non rectus in causis inuerecūdæ frontis, quarū cōfessio, vel turpis,
vel periculosa est, in quib⁹ si nudā sequamur defensionē, nō solū, nō ob-
stinebim⁹, sed multorū offenditionē, inuidiā, infamia incurrem⁹, idq; siet,
vel cū voluntate nostrā, ita volum⁹ indicare, ne omnino manifesta sit. Vi
t in illo patre qui non ignoscet filio, vel cū pudor impedire, vt in illo pa-
tre adultero: vel periculū, vt in illo qui petebat magistratū cū tyran⁹ fūss-
et. Hoc autē in his causis cōtingit, quæ coloribus inēdæ sunt, quādo fa-
ctū per animi poti⁹ & cōsiliorū probabiles rationes defendit. Quād modū hic pater intelligēdū reliquit se filiū abdicare, q̄ suspectū habeat
filium, qui particidā liberarit. Deinde & filii dimittentis animū suspe-

COMPENDIUM TOTIVS FERE

Kum reddit, non se pietate, sed calliditate dimisisse. Ductu autem non eodem viritur. Vtraq; pars, quemadmodum & hic filius rectum facit & simplicem, pater obliquum, quanquam & filius oblique nouerat videtur notare. Inter simplicem autem & rectum aliquid interesse videtur, vt simplex quidem sit, vt opponitur subtili, aliud habenti in animo, aliud in verbis: rectus, vt opponitur colorato & insidioso.

CNUNC ad statum redeamus. Licebit & in una controversia, hoc est unius intentionis pluribus statibus vti, quemadmodum & in hac nonnullis declamatores fecerunt, non potest, non debet & si debet, iam scilicet, quod erat satis. Tum & id consideret, legalis ne sit, an rationalis, & in qua differentia legalium, an expedit ad voluntatem configurere, an possit aliam legem opponere, an ratiocinationem legis qua aduersariis viritur exclusere. An in variis intellectus legem interpretari, si in re hoc est rationabilis status sit, apertius possit negare, an concedere. Si neget, facti ne, an voluntatis conjectura sit. Si concedat, iuris ne defensione, an translatione nominis sit. Utendum, quae si non subueniant, an tuto possit ad aliquod iuris praesidium configurere, quo actionem aduersarii impedit. Si iuris, absoluta ne, an assumpta defensione viratur. Est autem ius absolutum, vel quando factum ita defenditur, ut natura sui, & per ea quae in eo insunt honestum comprobetur, cuius modi est filii defensio, qui tanquam honestam confessionem non erubescit, aut qui dicat iustum esse bene meritos premis afficere, probandam liberalitatem, nam quae insunt in hacten natura honesta ipsa sunt. Vel cum ea ipsa quae a circumstantiis absursum sint, eiusmodi sunt, ut factum non solum defendant, sed coherescant, quod insidiator fuerit, qd a magistris iussus fecerit. Alia sunt quae excusant magis quam comprobant, velut ea quae necessitate sunt, honesta non dixeris, bene tamen quae facere liceat. Excusat ignorantia necessitas ne poenam metearis, non tamen ut approbationem. Alter per coelores & simulationes nos defendimus, quae testimonio conuincit non possint, de quibus seorsum dicemus. Illa autem quae excusant tria sere sunt, fortuna, necessitas, ignorantia. Fortuna in his dicitur, quae praeter operationem emergunt, & destinationem animi nostri, quorum tamem cause nobis videntur occultae, nec ullam particulariter solemniter assignare potest diuinum consilium, diuinamq; prouidentiam, ut qui faculum emitentes inferam, hominem interfecit. Num id dicit non suo consilio, sed

RHETORICI ARTIFICII.

casu id factum. Necessitas etiam præter opinionem evenit, sed tamen propter causam subiectum, ut si qui intra præstitutum diem cum comedere in ciuitatem redditum se receperat, deinde inundatione fluminum impeditus non potuit, protinus in alluviones & itinerum incommoditatē culpam resicit. Ignorantia autem in ipso admittente est, nec aliunde aduenit, veluti qui putans se occidere hostem occidit patrem. Imprudentia autem partim ingens quedam est velut insania stupro, partim velut ebrietas, adolescentia, somnus.

CUltima defendendi ratio est omnium difficilissima, quando ad processos, ad ventiam & condonationem criminis confugendum est, quæ ratio apud iudices habet locum. Solemus autem hæc omnia in causa misere, quemadmodum Cicero pro Ligario, nunc necessitatem allegat, nunc ad preces confugit.

Translatio nominis sive finitio tunc est, quando queritur quid sit, & an alterum debeat æquivalere alteri, ut cum in hac causa queritur, an perinde fuerit exarmato navigio imponere ac si occidisset, neq; enim alterū alterius est finitio, ut occidere sit exarmato navigio imponere, aut huius ipsius diffinitio sit occidere. Et in causa pro Cæcina non queritur, an finitio deliciandi sit metu perterritre accedentes, sed an alterum alteri in iure & æquitate debeat æquivalere, quod æquitate, voluntate legis, consuetudine, exemplo comprobatur, & non sola diffinitione. Itaq; diffinitio hic magis significat legem & maximam vniuersalem, de qua iurisperiti dicunt diffinitionem in iure esse periculosa, quam que vulgo intelligitur, cuiusmodi est qui metu perterritre accedentes, is etiam si non ex eodem loco desecerit, defecisse videtur.

CUltima defensio est, qua intentio non tam defenditur quam excluditur, cum non recta ad obiectum respondeamus, sed impedimentū obstatim. Cum aut illum dicimus non habere actionem, vel non hoc modo, aut hoc tempore, aut hoc loco, aut apud hunc prætorem agendum, quanquam non in hoc status, sed in eo quod pro ratione assertur. Nam qui dicit non habes actionem contra me, necesse est subiecta quia infamis es, quia procurator non es, inde nascitur status, infamis ne sit, & an infamis possit agere. Talis est secunda in Verrem actio, qua petit vi sibi nouo moxe licet accusare, eius autem rationem subiicit, quia si actio pro trahatur, futurum sit vi corruptio iudicio Verres elabatur.

COMPENDIUM TOTIVS FERE

Conuenio statu protinus constituenda est animo totius cause diuisio, & potissima quæstionum capita inuenienda, & videndum, an multis
pliis statu liceat vii, quemadmodum nos sic diuisimus, nō licuisse fratre
interfici, primum quia id natura sua esset impium, deinde si natura sua
impium non esset patrem imperare nō potuisse, prius illud, quia affectuo
suis est in postremū locum reseruauit, posterius sic diuisit, non potuisse,
quia nemo habeat ius animaduertendi in quenq; nisi magistratus sit, &
si in nullū alium, multo minus in filiū. Deinde inuenire capite, faciliter est
inuenire argumēta. Sūp̄lī igitur argumentū, quoniam nec in sc̄ip̄los per-
mittat lex ſeniendi facultatē, quod à minori est. Deinde nec in filiū, quo
niam maioris nos cum eo charitate natura dieinxit, à contrariis. Deinde
si potuisset, non tamen debuisse, hoc sic diuisit, quia scelus non certis dea-
prehēdisset probationibus, id prīmū probauit atrocitate sceleris, quod
ſuapte natura incredibile sit, ab amore filii, à vita anteacta. Deinde à pso
nia nouerat, cuius testimonio scelus delatū est, ab his quę insequuta sunt,
q; tantis periculis sit liberatus, q; patrem, cū haberet facultatē non occi-
derit, sed in patriam remiserit, deinde si posset ille, & debuisse dānare,
tne tamen obsequi non debuisse, id probauit per inductionē tertū simili-
lum, quia multasunt alioqui honesta quae circūstātis variētū, eam au-
tem hic inesse circūstantiā, quae proſus factum de honestate. Hactenus
inuenta quibus nostra cōfirmaremus, inueniēda quib⁹ refutemus obie-
cta. Quanq; & hæc refutatio est, sed hoc differtunt, q; cōfirmatio est no-
strarū propositionū, quas nobis probandas proposuit, refutatio ad-
uersarii. Obſciebat ille q; factus esset pirata, q; tunc pepercisset quando
incōmodū erat occidere. Illud prius defendeo necessitate, fortuna, deinde
interpretatione voluntatis, q; non dolcat illū faciū piratā quem & par-
ticidiā voluerit credi, sed nondū iracundiā satiatā. Illud autem alterū ita
defenditur, potuisse sine vila incōmoditate, aut periculo interficere, cū
occultum esset futurum. Inueniendi etiā sunt affectus, qui cum per to-
tam orationē admisceātur, in exordio tamen & peroratione potissimū,
sed in exordio mitiores, vehementiores in peroratione. Sumuntur autē
hic à persona filii, patris, fratris, nouerat, qui magis explicantur cum
orationes singūlārē, cum subſtālūtūr hypotiposis, cum atroces fiunt
amplificationes. Qualis est ille locus, potuisti pater me miserum, & il-
le item qui habet ēt̄ id h̄yōtū, id est repetitam narrationē & colloquū

RHETORICI ARTIFICII.

filii cum patre, & apostrophē ad absentem fratrem. Ex his transseruntur in exordium, quae sunt ad benevolentiam & gratiam promerendā apposita, quod pietas tanquā crimen obiciatur, & ipsa aperta confessio fauorabilis est, & quae rapiunt in inuidiā aduersariū, q̄ contra patrē ea cogatur defendere, quibus se apud omnes cōmendatum īrī putabat, & vtitur aliqua præmolitione, quod exordii proprium est, videtur enim vt cum q̄ bene sentire de patre, q̄ dicit patrem à nouerca inductum, nec potuisse per se in talē suspicionem incidere. Tum & quae ad docilitatem faciunt, id est ad docendum, Propositione causa & status indicatur, cum dicit nunquā ita formidaturū abdicationem vt piū fuisse poenitentia, nec velle diffiteri se fratrem non interfecisse, & transitione quadam cōnectitur narratio, ne ex abrupto cadat, dum dicit se prætermittere illa quae antecesserint, quod & ad narrationis breuitatem pertinet, quae non ita intelligenda est, vt ieiuna sit, sed verissimilibus adiuuanda, causis, consilii expositis, dialogismissis, sicta oratione per prosopo peiam, modo sciamus hæc degustanda ibi esse, non consumanda. Tum semina argumentorū spargenda, quae postea ampliantur, Qualia sunt nouercæ testimonio damnatum, tunc dimisso patrem cum potuisse clam occidere, liberatū ex tantis periculis. Et affectibus est locus, modo id parce fiat, Quale est illud, Quid vero vobis exponā iudices. Et psonæ variatur, quale est, sed quid deinde cōtigerit, narret vobis potius pater. Ac per occupationē deinde ad cōfirmationē transitur, & apertiorē defensionis propositionē, dum illā defensionē prætermittit, hāc usurpat.

Dispositio alia naturæ est, artis alia. Naturæ est, vt quae pertinent ad docendum præcedant, sequantur quae ad probandum. Tum & probationem sequatur refutatio, affectus principiū & finē occupent. Ampliores questiones tractentur prius, deinde succedant finitæ. Quale est aliqua sunt honesta quae cūstantib[us] variétur, & si qua sunt, ex his esse fratrem occidere. Tum vt prius siant credibilia quam magna, id est prius probentur quā amplificētur. Probationes potētissimæ seruētur in extrema, atq[ue] etiā principiis adhibeātur quae multū habeant roboris. In mediū turba cōseratur infirmiorū, quae vel ipsa multitudine valeat. Observadū etiā vt poti⁹ crescat oratio q̄ de crescat. Primiū nō potueristi, sed nec debuisti qdē, & si potueris, aut debueris, ego obtēperare nō debui. Hāc rationē variat aliquādo ars ppter vtilitatē, idq[ue] quoniā cōconomia offi-

COMPENDIVM TOTIVS FERE

ctum est. Ea virtus cœconomia est appellata, cum & ante narrationem ponatur refutatio aliquarum rerum & ordinem aduersarii mutemus, si ita poscat utilitas.

¶ De elocutione.

ELocutio non est solum verbis spectanda, sed etiam foecundita te mentis. Elocutio enim illis omnibus cernitur quæ pertinent ad perspicue, ornate, ample vehementer explicanda animi sensa, ea cum re simplicia sint, explicatione mentis & foecunditate sententiarum diffunduntur, ac velut propagantur, ut ea percipi facile possint: ideoq; amplificationes, sententiarum figuræ ad elocutionem pertinent, cum tamen mente potius & cogitatione quam verbis constent. Omnia enim illa quæ sine verbis animo concipi possunt ad animum spectant. Inde fit vt figuræ distinguamus alias mentis, id est diaiecticas, alias sermonis & dictionis. Est autem figura, quicquid insigne est aliqua honesta nouitate, quod se effert supra vulgarem explicandi, aut loquendi consuetudinem. Nam quæ turpi nouitate notabilia sunt, ea monstrâ discuntur. Igitur figuræ quæ sermone fiunt mutatis verbis, vel subtractis variantur, vt sunt repetitiones, geminationes, membra, articuli, similiter cadentia, & desinentia, annominationes, traductiones, duplicationes. Nam si ex his versib; priora verba, aut abscias, aut transferas, nō consistet figura.

Hic gelidi fontes, hic mollia prata lycoris,

Hic nemus, hic ipso tecum consumicer ævo.

Aut ex illis etiam.

Torua leenal lupum sequitur, lupus ipse capellam.

Florentem Cithisum sequitur lascivia capella.

In altero tolletur ἡπαναφρά, in altero climax. At vero si vitatur χλυτοσμός, quæ proxima ironia est, id est amara infestatione cum derisu quale est.

En agros, & quam bello Troiane petisti.

Hesperiam metire facens.

Hæc si aliis verbis efferantur, manebit tamen eadem figura. Possemus & alias figuræ pronuntiationis dicere, cuiusmodi sunt, interrogations, admittitiones, subsannationes, execrationes, quæ non tam verbis, aut sententia quam gestu ipso pronunciantis & voce videntur consistere. Figuræ sententiae hæc adhibentur quæ decent genus sublime orationis & concitatum, quales suat prosopopeia, & fictiones orationum,

RHETORICI ARTIFICII.

tum *imagines*, id est phantasæ conceptiones rerum & affectuum versis miles, cuius species sunt, hypotiposis & diatyposis, illa cum atrocitate res exprimit, hæc cum humilitate deformat. Et illæ figuræ etiam admis centur quæ schemata appellantur, de quibus in coloribus diximus, quæ per suspicionem aliquid intelligendum relinquunt. Quale est, si alio quæ noueræ testimonio deprehendisset, nam propter id ipsum credendum non est. Hæc absolute nomine figuræ vocantur. Et quæ cōmuni nomine vocantur sententiae, quæ aliquo acutiore sensu excitant, Quale est, facile parridum credidit, qui me posse putauit admittere. Sed inter has excellunt, quæ sibi enthematis nomen vendicauerunt, hæc autem sunt quæ contraria constant, Qualis est illa statim in principio, in qua crimen esset parricidam non fuisse. ¶ De figuris elocutionis.

Elocutionis primum cōnumeremus, κλημαξ, quando verba ita coniunguntur, ut quod est in fine alterius clausulae, sit initium sequentis, Quale est pro Milone. Neq; vero se populo solū, sed etiā senatu cōmisit, nec senatus modo, sed etiā publicis præsidis & armis: neq; his tantū, sed etiā eius potestati, cui senatus totā rem publicā cōmisit. Aliquando solūmodo id obseruatur, ut ex re in rem gradus fiat, Quale est. Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo.

Prædictum. Sed ea si longior fiat molesta est. συνάθροισις est coaceratio, Frequens id est plurimum sententiarum congeries, Qualis est clausula in secunda tatio co Verrina, qua crimina Verris veluti coaceruat, & locus ille in Milontia acerua na, occidi occidi nō Spuriū Meliū ζωτροκαθηδε, autem quæ latine dicitur percussio, res quidem diuersas, sed non collectas velociter percurreat, Quale est, aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terroris fio. sociorum & ciuium Romanorum, lictor Sextius. Et illud, Cæsar in Italiam euolarat, Corphinium præsidio desertum cœperat, urbe potiebatur, Pompeium persequebatur, in quibus si consideremus æqualitatem membrorum ισόχολος dicitur, id est exæquatum membris. Si sit Exæqua autem unius rei multiplicatio, congeries dicitur, quæ & συνωνυμία, tum me quod nisi moderate & in loco fiat, vitium est. Tale est illud Ciceronis, Congebat, cuius latus ille inuicem petebat, quis sensus erat armorum tuorum, ries. quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi, quid cupiebas, quid optabas? in quibus etiā articulus est, quod cū sit sine cōiunctione ἀσύνδετο Solutū.

COMPENDIUM TOTIVS FERE

appellatur, id est solutum. Contingit igitur in eadem clausula diversis rationibus multas inesse figurās, ἐπαγγελία repetitio est, sed ea multis modis sit, quod si initio sententiarum eadem dictio usurpetur, quo diximus nomine appellatur, quē sit vel per singulos ambitus clausularū, vel membra. Veres calūnatorē apponebat. Veres de causa cognoscet, Veres pronunciat. Huic contraria est ἀντισφορή, id est cōuersatio, quando in eandem dictionem finitū clausula. Pro Fonte. Frumentum maximus numerus ē Gallia, pedistratus amplissimē copiē ē Gallia, equi Cōnexio tēs numero plurimi ē Gallia. συμπλοκή ex utriq; connexa est, nem & incipit sepius ab una parte, & in unam definit, Quale est, Quis legē enuit Rullus. Quis tribus sortitus est Rullus. Quis decēniros creavit Idem Rullus, de lege Agraria. Alter repetuntur verba geminata sine vobis. Verbire la interpositione, quod si una duntaxat pars sit, quae repetitur, παλαιό petitio. για dicitur, & ἐπιζεύξις. Quale est, tu tu Antoni Cæsari ruerint, & omnia permiscere cupienti, causam belli ciuilis dedisti. Dicitur & paralogia, Echo. cum finis præcedentis versus initium est sequentis.

Pterides vos haec facietis maxima Gallo,
Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Gemina Επιζεύξις ab aliis dicitur ἀναδίπλωσις, Quando autē aliqua interpositio, vel tione verba separantur, διακρίνεται sive διεξολόθη, duc age duc ad nos, scis duplica Proteus scis ipse. Quando autē longiore interpositione facta reditū ad tio. illud, Epanalepsis, huc pater o' lenex, tuis hic omnia plena munera bus. Abscisio. Tibi pampineo grauidus Autunino floret ager, spumat plenis vindicta. Resum. mita labris, huc pater o' lenex veni, modice distat anadiplosis a' palatio. logia, vel epizeuxi, quod in hac vis maior inest, Illa autem frequentior Repeti- poetis, vt o' Corydon, Corydon. Επαγγέλτωσις, quae & προσαπόδω- za gemi- σις dicitur, idem verbum habet in initio & fine, ante nouis rubeant natio. quā prata coloribꝫ ante tibi sceleratissime omnīū, imputare suas calamitates omnes debet res publica, tibi. Quando autē plurū verborū repeti- tur cōtinuatio ἐπαγγέλτις, haec non potest iam, non potest iniquā libera hec ciuitas esse, Μετάβεσις cū quod ante dictū postponitur, & qd post, anteponitur, Eripi vi perdas, perdis ut eripiās. Cū idem repetitur Duplica in diversa significatione ploce, πλοκή, hunc tu hominem dicas, quis si homo eset, in alio naturam significat, in alio virtutem. Quando aus- Contra tem repetitur in contraria, ἀντισφορή est, Una salus vicit, nullam spes positiō.

RHETORICI ARTIFICII.

rare salutem, ταρπονιασια cum leuiter immutata dictione aliis sensu Ad nemus sit. Tibi erunt parata verba, huius homini verbera. Tautologia dicitur natione fert a synonymia, quod illuc eandem rem verba significant, hic tamen si non eandem significant, attribuitur eidem significandi, ut cum discimus senatus populi Romani, summum consilium, portus exterarum nationum. Eadem dicitur ξεσις ἐνοματων. Mars manus, peligna cohortes, festina virum vis. Traductio, quae cum lepore idem verbum respetit non considerans, aut locum, aut situm. Tu vivere te putas, ubi non tradus est cum velis vivere? Quod si inuenire exirent soquim membra, δημοσιον. si casus sunt, δημοσιευτον, si verba, vel aliquid quidvis, socios similes spoliasti, provinciam diripiisti, regna cuestisti. huic socios criminantur ad bellum cohortanti, omnia molienti. De figuris sententiarum. Similes definies.

Nunc redeamus ad figuras sententiae, ordinemque sequamur, quo in declamationibus notatae sunt, προκατασκευαι, id est preparatio figurae sententiae est, quamquam hec magis videtur primere ad precepta artis, & institutiones, quam ad figuras, coniunctivatur tamen inter eas. Preparamus igitur, aut ea quae in honesta sunt, presumpto colore, Quale est iniunctum illud Didonis, Anna soror quae me, ut deinde ad illud surrepat, hunc unius saltus potuit succubere culpa. Et preparamus non in honesta quidem, sed quae possunt offendere, ut Cicero in secunda Verrina, decturus in Q. Metelli postulat ne cui indignum videatur, quod facit ex officio. Appellat autem eam figuram Asconius επιστρεψαντι, quasi premeditationem. Præparamus & cum præoccupamus, ut prætermissus quod ab aduersario obitum poterant, quae figura pro catalipsis dicitur, i.e. anticlpatio. Sinon, apud Vergili, tibi rex fuerit quodcumque fatebor vera equidem, nec me argolica de gente negabo. Alter preparamus celeriter aliquid transcurrit & pretermittentes tantum indigna, quae in indictum veniant, quando se explicitum non omnino possumus satisfacere, ideoque tandem reieci, ut fecit Cicero pro Cælio, equis Romani esse filium, criminis loco ponit ab accusatoribus, neque his iudicabili oportuit, neque defendebili nobis. Ea autem figura αποδικησις dicitur, αποδικησις est Reieclatio, deceptio, & a re præsenti avocatio, cum promissis suspendimus animos & Deceptione admitti fallimur. Sic pro Cluictio Cicero tactat se offuscas tenebras iudicibus, & intermixtus nemini magis illa improbari quod nobis, Qualis est ingressus pro Ruberto. Alter fit eleuando dicta aduersarii que, per αντιφορay, id est obiectione proponuntur, quod cum irrisione, cum dimicatu obiectio.

COMPENDIVM TOTIVS FERE

tione deſcienda ſunt, In diuinatione Cicero, at ipſe nihil eſt nihil po-
reſt, at venit paratus cū ſubſcriptoribus exercitatis & diſcretus, Et illud.
Nunc Lycaē ſortes nunc & Ioue miſſus ab ipſo,

Interpreſ diuum fert horrida iuſſa per auras.

Disputa Διαλογισμὸς imitatio eſt alieni ſermonis, id autem fit cum colloquia ali-
tio collo orum, cōſilia & ratiocines exprimimus, Qualis eſt locus ille in ſecūda
cutio. in Verrem, Non ſolum affugiemus, inquit, hominem in quaerendo ni-
miūm diligētē, & quæ ſequuntur, Et apud Terentii, Quid igitur faciā
Vergilius, en quid agam, rursus ne procos iſſa priores experiar! Fit &
Subie- cum nos ipſi interrogamus ac reſpondeamus, quæ ἀπόφαſις, ſive αὐτο-
lio cau λεγία dicitur. Cicero pro Tullio, ſi quis furem occiderit, iniuria occides-
ſarū red- rit, quā obrem? quia tuſ constitutum nullum eſt, Quid ſi ſe telo defende-
ditio. rit? non iniuria, Quid ita? Quia constitutum eſt. Et cum alii nos col-
loqui ſingimus. Cicero ſecunda in Verre. Etenim ſic ratiocinabantur,
ſic homines honestiſimi inter ſe & mecum loquebantur, &c. Fit &
cum riſicula aliorum & inepta ſubſanantes exponimus, Qualis eſt to-
tus iſ locus apud Ciceronem in Pifonem, qua ſingit illum dehortatē
ſocerum ſuū à triumphi cupiditate, hec autē omnia habent σαρκαſμὸν,

Hostilis id eſt hostilem deriſionem & amaram infectionem. Alter fit cum etiā
deriſio. exprimimus cum geſtu quoddam, Quale eſt illud in eundem, Cum ei-
ſes interrogatus quid ſentires de Consulatu meo, &c. Et illud Vergilius.

Simula- Cantando tu illum, haud vñquā tibi ſiſtula cæra iuncta fuit, quæ hypo-
tio, imi- crisis dicitur, id eſt ſimulatio, vel imitatio. Tale & illud Terentii, Paruula
tatio. hinc abrepta eſt, eduxit mater pro ſua. Ratiocinatur interdum & quan-
do nos ſingimus dubitare utrum eligamus, vnde incipiamus, quæ ἀπό-
gīa dicitur, ſive διατύχησις, id eſt addubitatio, Quale eſt pro Cluen-
tio proceſſum, Equidem quo me vertam iudices nescio, negem ſuisse
illam rem, &c.

Motio Παροπέτα eſt vehementiorum affectuū expreſſio, hec autem quoniā
affectuū. ad proſopopetam potiſſimum ſpectat, de ea prius dicamus. Eſt autem
Pictio p. in vniuersum proſopeta fictio personæ, ea multipliciter fit, aut ſolum-
modo ſingimus personā & eam pro naturæ proprietate deſcribimus,
ut apud poetas deſcribitur ſomnus, famæ, pauor, furor. Alia eſt deſcrip-
tio verarum personarum ut cum deſcribitur Acciſiles.
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer.

RHETORICI ARTIFICII.

Iura nēget sibi nata, nibil non arroget armis.

Aliter cū habitū irati, furiosi, ebriosi, solliciti depingimus, quae imago dicitur. Stetit soleatus prētor in littore, muliercula innixus. Ipse amens in forū venit, scintillabat oculi, rubebat facies, & huiusmodi. Aliter sorida quēdā exprimim⁹ & cū irrisione. Ipse prodit ē gurgustiolo quoddā obuoluto capite. & opponit caput conspicās. & altero supcilio ad frontē sublato, altero ad mentū vīsq⁹ depresso, q̄ad μῆμητι p̄tinent. Aliter sit cū loquētes psonas inducim⁹, & eis accōmodatā orationē tribuim⁹, idq⁹ interim prorsus mutis & inanimis, vt qui rem pub. singit loquētē, quo genere dixit Cicero. Parletes medi⁹ fidius tibi Cæsar gratulari videtur. Et prouincia Siciliā in diuinatione loquentē singit, Quo genere prēparatione quadā vtendū est. Ipsa res pub. si loqui possit, has voces emittet, quae si loqtur, sic loqretur, & huiusmodi alia. Aliter sit, cū veris personis verba dām⁹, in quo obseruāda est natura cuiusq⁹, mores, ingeniu, dignitas fortuna, & vt Horati⁹, inquit, ætatis cuiusq⁹ notandi sunt tibi mores, vt singere psonæ scias cōuenientia cuiq⁹. In his partim singimus mitiores & cōmunes affectus, quales sunt in concediis, veluti senes cōsulētes adolescētib⁹, filios obsecrātes patres, omniaq⁹ hæc q̄ vulgo in hominū cōmercii solēt cōtingere, atq⁹ hæc quidē expressio hæc tollitā dici Morum fī inge res, ita vt mores sint motus animi quos natura quisq⁹ sua & ingenio habet wāsh affect⁹ qui exercitatur ab extrinsecis ira, odio, dolore, cōmiseratione, qualia sunt q̄ in tragœdiis dicuntur, qđ Mœdea loqretur interficēta filios, quid mater Coriolani filium alloquitura. Sic excitatur Ap̄plius à Cicerone pro Cælio, sic idem Milonē loquentē inducit, quorū quia longiora exempla sunt, apud oratores inuestiganda telinquo.

Mēσtis diminutio est, q̄ eadē ratione efficitur qua & amplificatio, Idē enim sunt grad⁹ ad ascēdendū qui ad descēdēdū, vt inquit Fabi⁹, si sum ferūt, amplificare dicuntur, cū deorsum dimittuere. Amplificauit Ci cero p̄ cōparationē, cū Cæsaris res gestas cū aliorū Imperatorū gestis cōtulit. Deinde eas ipsas inter se, postremo omnīū summā indicat in eo clementiā, qua nō solū alios, sed & seipsum vincet. Diminuit p̄ cōparationē in diuinatione cū dixit. Iā hoc cōsiderate cutiusmodi accusatores in rāto iudicio simus habituri, cū & ipse Allien⁹ ex ea facultate si quā habet, aliquātū detractus sit, & Cecili⁹ tūc dentq⁹ se aliqd fasturū putet,

COMPENDIUM TOTIVS FERE

si Alieni minor vehemens fuerit, & tibi primas in dicendo ptes cōcesserit.

Præteri ~~ταπάλης~~ præterito est siue occupatio, quādo singētes nos nolle dice-

re, aut prætermittere, dicim⁹ tamē, quomodo est inducta tota illa q̄stio
p Milone, qua docet ē re pub. fuisse occidi Clodiū, qđ si nō possem, in-

quit, diluere crimen ut dilui. &c. Itē pro domo sua cōtra Clodiū. Vides
me nō radicitus euellere omnes actiones tuas. Fit & cū veluti cōdonātes

Concess⁹ ea prætermittim⁹, quæ ē πιτροτή vocatur. Inter has ἀποδεξίαι est. i. rete

sio. Aīo quartū dā rerū in questionē venire indignarū. Est & p trāsimotionē

Trāsmo quæ μετάστασις dicitur, cum dicimus, aliorū esto iudicū, alii viderint.

trāsmo id est cōmunicatio, quādo nos singim⁹ cū aduersario, vel

Cōicatio cū ipso iudice cōsultare, & rē veluti cōferre. Cedo si in eo loco fuisses qđ
tu fecisses, qua mīſifice est usus Cicero, & pro Quintio cū singit se ve-

lūt arbitrio Aq̄lio cū Neulo cōferre, ex eo loco, Libet mihi Cai. Aquili
ex officiū ratione atq̄ ex omniū consuetudine rem ipsam & factū simul

Sex. Nēuit considerare. Et secūda in Verrē. Nunc ego iudices iam vos
consilio quid mihi faciendū putetis, id enim cōsiliū mihi profecto tac-

ti dabitis, quod egomet mihi necessario capiēdum intelligo. Metāphorā,
Poeniten id est poētentia quēdā, cum veluti dānamus sententiā nostrā, aliudq̄

sentire incipimus. Quale est illud Sinonis apud poetam.

Sed quid ego, hæc autem ne quicquām ingrata reuoluo,

Quid ve moror, si omnes vno ordine habetis Achiuos,

Hæc audire sat est, iam dudum sumite poenas.

Corres E' ταγόθωσις, Quando vel augendi, vel minuendi causa corriginus

Elio. alio verbo id quod præcessit, quicq̄ ad hanc rem potentiam, aut impu-

Subie = dentiam suam professi sunt ὑποτύπωσις sub ἐργαlia continetur. Est

Elio. autem enargia quæ ad evidentiam orationis pertinet, cum rem ita des-

cribimus ut non audiri, sed geri videatur, Quod si res atroces indi-

gnasq̄ describimus, quæ locos habent affectuosos & amplos sub hy-

potyposin cadunt, veluti cum euerſionem ciuitatis depingimus, cædes,

tyrānidem, Qualis est locus ille affectuosissimus septima in Verrem de

supplicio Nauachorum patres hi quos videtis facebant in limine, ma-

tresq̄ miseræ pernoctabant ad hostium carceris, ab extremo complexu-

liberū exclusæ. &c. Διατύπωσις autem est quæ, vel humillima quæq̄

descriptione persequitur, & ideo deformatio dicitur. Veluti cum Cicero

eo cunctem in Rheda deformat Milonem & penulatū cum uxore & gre-

RHETORICI ARTIFICII.

ge ancillarum. Aliae descriptiones sunt narrationum expræsse satis & cōcīsæ, quæ ad hoc genus referri debent, veluti cōsūmū luxuriosi. Apud Ciceronem in Antonium, & quod citatur à Fabio ex Cælio. Sunt & τοπογραφίαι, id est loci descriptiones, χρονογραφίαι tēporis, poetis frequentiores. Αὐτισταγωγή, est compensatio, cum ita dicimus periculosa Cōpens sum munus, sed plenum fructus, plenū dignitatis. Philosophia radices satio. quidem habet amaras, sed fructus dulcissimos. Huic similis est quæ & ποφάντημα vocatur, nisi quod hic nō cōsideratur ut cōtraria sint quæ Apoph. inter se respondent, sed vt alterum, alteri reddatur, fac velis, perficies. nīma. χαριεντισμὸς quod dictu durius est emollit. Cicero ne diceret, iudicia vo Chariē bis à populo eripētur, dixit, sed nos iudicia amplius nō tenebim⁹. Ab tismus. alīs dicitur, quicqd cū urbanitate quadā & festiuitate dicitur, Quale est illud, repēte quasi Circēo quodā poculo ex homine factus est Verres. Et illud in Cęciliū, video mihi non te, sed hūc librū esse respōsurū quē motiōr tu⁹ hic tenet, qui si te recte monere volet, suadēbit tibi vt hinc discedas. Αὐτοὶ autē magis cōsūst in narratiōne ridiculorū, vel factorū, Civilis vel dicatorū. Altib⁹, negabāt ius tā neq̄ esse Verrinū. Execrabātur sacer tas. dotē qui tā neq̄ Verrē reliq̄set. ὑπομονή, alio noīe dicitur ταχαρός οώφος Suslēta sustētatio, suspēctio, preter opinionē, in expectatiō, id sit cū animos suspētio. dim⁹, vel expectatione, vel admiratione: & deinde aliqd subtilit⁹ qd lōge sit infra, aut preter opinionē, Quemadmodū cū dixit Cicero, Quid illi deess⁹? Credidisset quiuis voluisse dicere nihil deesse, subtilit ille tamē præter opinionē, nisi res & virtus. Εἴ ταχωγή Inter argumenta potius Inductio cōnumeratur, cum à collectione rerum similiū argumentamur, ut si diccas, faber inuidet fabro, figultis figulo, poeta poete: ergo qui sunt eiusdem artis inter se inuident. ταχαρολογία est, cum aliquid ita conce Paremo dicimus aduersario, vt maius aliquid eius loco adiiciam⁹. Pro Milone Cī logia. cero quae quidē si potētia est appellāda potius, q̄ propter magna tu rem pub. merita mediocris in bonis causis autoritas, appelleſt ita sane, cūmo do ea nos vtamur pro salute honorū cōtra amētā pditorū. παρέκχοσία, Libertas id est libertatē in loquēdo nō cōnumerarem Inter figurās, nīsi à plētisq; cōnumeraretur, necq; enim magis figuratū est libere loqui/ vbi loquēdū est q̄ fortiter prudēter, constāter, vtcūq; tamē sit, exemplū est in secūda in Verrē, cū dicit Hortensiū cōsulē designatū præ se minus etiā quā priuatū futurū. Αὐτιστον, cōtrapositione est, cū cōtraria cōtrariis respōdet, Cōtrapō. CC η sitio.

COMPENDIVM TOTIVS FERE.

In pace bellum queris, in bello pacem. Hanc volo quae non vult, sed quae
vult haec ego nolo, dixit Ausoni⁹. Hęc autem cōtrapositione si fiat ad proba-
tionē, ita ut alterū altero probet, Enthimema vocatur ex repugnatiib⁹.
Enthimēma. An haberet ille bonā de se spem, nisi de vobis malā opinione imbibis-
set: hoc beneficiū appelles, qđ inuitus largitatis: pbatur enim non esse be-
Collatio neficiū, qđ detur ab inuito. Συνέσις autem est quādō vt simus mutua col-
latione inter res cōtrarias, aut psonas, in his autem superiorib⁹ cōparatio
non est. *tertia* in Verē. Certet mea diligētia cū illorū omnī cupidoate,
vestra integritas cum istius pecunia, Testimū constatia cū illius personarū
minis, atq; potentia. ἀπορεόμαι, auersto est à psona eorū quibus cū lo-
Metaphys. quinur, quae si cum affectu sit & cōmiseratione metastasis, sive metabo-
sis dicitur. Apud Vergili⁹. Infelix funis nati crudele videbis, H̄i nostri
reditur expectatiq; triumphi. Hęc mea magna fides, at non Euandri
pudendis, vulneribus pulsū aspices. ¶ De Tropis.

DE Allegoria dicturo pauca de tropis dicēda sunt. Differt enim à
figura Tropus, qđ in hoc semp cōsideratur alqua trāstitutione. i. à pro-
prio loco in nō propriū trāsmutatio, figuræ autem etiā propriis exornat
orationē. Quāobre Metaphora/ Allegoria/ Antiphrasis/ tropi sunt. Hy-
potyposis Epanaphora figuræ qđ sine villa trāstitutione verborū orationē
exornat, vtrisq; tamē cōmune est ab v̄sitato dicēdi genere orationē va-
riare. In his igitur generale nomen est ἔχυσις vel ἔχυσολογία. 1. Imprō-
priū, nō autem omnis imprōprietas est vittiosa. Nā plerūq; trāstata elegā-
tiora sunt p̄p̄ris. Prima igitur species in his qđ defenduntur magis qđ lau-
datur, est ipsa acyrologia, cū speciale nomē accipit, vt sperare p̄ timere.
Improprietatis. Abusio. Quādo autem destituti p̄p̄ris trāstata usurpat⁹ κατάχεσις est, vt gē-
mas in vite, & equū diuina palladis arte ædificat⁹. Metavulpa autem nos-
mīa. minis est pro nomine positio, poetica magis qđ oratoria, quādo vel cau-
sam pro effectu, inuentorē pro re inuēta, cōtinens pro cōtentō, aut econ-
uerso usurpat⁹, quo genere dicimus Vulcanū pro igne. Martē pro bel-
lo, & pleno se proluuit auro. Periphrasis, cū circūlocutione rem exprimi-
sis. mus, v̄storē H̄anibalis Scipionē dicim⁹, & qđ à poetis adhibetur. Aντω-
νιμεσία, quae generali appellatione, vel propter dignitatē, vel insignē
aliquā rei notā singularia designat, Quomodo Oratorē Ciceronē, poe-
tam Vergili⁹ intelligimus. Ατίφρεσις quae nō subsannatione, vel irri-
fatione, sed institutione quadā rem cōtraria intelligit, vt bellū, quia bellū

DE GENERE ELOCUTIONIS ET UTILITATE.

nō sit, lucus q̄ nō lucet. Metaphoris, quae ex alto in altud velut viā p̄rā Trā̄sūs stat, vt spēlūcīs abdīdit atris, ex atris enim intelligim⁹ profundas. Meta phora autē prorsus est quæ mirā habet exornādī vim, cū omisso verbo proprio, splēdescit magis oratio alieno. Plen⁹ sunt oratores his exēplis, fluctuare labare pro incōstātē esse dicimus, litmare & terere/ emēdare dicimus, sed Metaphora quidē, in vñico verbo est, q̄ si cōtinuetur Allegoria efficitur. Si de gradu tuo deficitaris, nō potest nō ruere in p̄cipitū. Est & Allegoria lōgior, q̄ altiorē sensum habet inclusum, qua cōstat totum illud carmē Horatianū, quo de bellis ciuilib⁹ & re pub. loquitur. O nauis referēt in mare te noui fluctus, o' quid agis fortiter occupa. Ea cū ex perpetua Metaphora fiat, aliquādo interūpitur proprio verbo inter posito. Evidem cæteras tempestates & procellas in illis dūtaxat fluctibus concionum semper putau Miloni esse subeundas, nūi concionum adiecisset metaphoram continuasset. Atq; hæc quidem de figuris sufficiat attigisse, quæ à p̄senti instituto aliena non sunt.

C De genere elocutionis & utilitate p̄cipiēda ex declamationib⁹.



ENVS autē elocutionis triplex cū sit, humile, medio cre, sublimis, magnis, altiorib⁹, granib⁹ causis sublimis adhibetur, quib⁹ de re pub. virtute, pietate agitur. Hu-
mīle est quotidiano proximū sermoni, quale in comœdiis adhibetur. Qđ reliquū est, in medio sitū est, q̄ qdē nō ita distīcta sunt, vt nunq̄ misceantur. Nā & in illo sublimi nos interim demittim⁹ ad narrationem, & à cothurnis ad soccos descēdim⁹, cū & vocē nōnūn quā eomœdia tollat, iratusq; Chremes tu-
mido delitget ore. Tam est vitāda in sublimi humilitas & sordes, quā in
humili tumor & inflatio. Cōstat tamen illud genere quodā denso & ple-
no, coacervationibus, impetu, tautologia, irrūpunt enim vehemētius,
quæ multitudine puguant & turba. Crebrius est interrogationib⁹, ad-
miratione, indignatiore, exclamatiōne. In re autē & fictiones personarū
sunt & imagines, & descriptiones affectuose, totaq; illa Enargia & Dino-
sis, id est euidentia & vehemētia huius generis est propria. Sed & cōpositi-
onis cura negligenda nō est. Est autē cōpositio ipsa vocū & clausularū
cōnexio, que si molles est, si concinna, in aures & animos cum suavitate
quadā illabitur, quemadmodū aspera horrida hyulca aures radit, & animos
pariter exasperat. In ea potissimū est aurū non indoctorū iudicū,

DE GENERE ELOCUTIONIS

quod ex assidua optimorum oratorum lectione nascitur, cum assueti illi cōcinnitati eandem animo velut imbibimus. Constat ea periodis, mēbris, articulis. Periodus clausus, longior est & plenior quæ circundata cum quibusdam veleti modulis certo quodam fine terminatur. Veluti si quis illam primam pro Milone clausulam pronunciet, donec ad eum exitum peruenierit, minime vident. Periodus membris constat, quæ sententiā quidem habent, sed non absolutā. Quale illud. Et si vereor Iudicēs ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Articuli autem intra membra sunt, ut sunt hæc singula, & si vereor Iudices ne turpe sit. Vitandum ne, aut periodis continuetur oratio, aut cæsis & mēbris concidatur. Nam & illa orationis perpetua intentio molesta est, & hæc in particulas sectio parum grauis & soluta, Quā nobrem & temperāda est illa modulatio respirationibus, & his rursus pleniora & magis sonora debent succedere. Vitanda continuatio asperiorum vocum, collisio vocalium, similitudo earundem consonantū. Tum & omnis confusio longioris & perturbatae sententiae, quæ hyperbaton dicitur. Et interpositiones productores, quæ sententiæ continuationē velut intercipiunt. Et pronunciatio olim nō inter postremas oratoris virtutes habebatur, quæ sœpe, vel parū emendatae orationi eloquentis nomen dedit. Ea nō solum consideratur naturalibus instrumentis, sed & arte, vel emendari, vel inuari multum potest. Altera eius pars est quæ in voce consistit. Altera quæ in gestu corporis & motu non indecoro, utrāq; tamen ex sententia rerum & animi affectu temperanda, ut grauiora sedatius, atrocia concitate, blanda remissius, affectuosa vehementius, sublimata elate, humilia depresso, dicantur. Nam & in exordiis vox deceat grauior & sedatior, & sonorior. In narratione distincta & interpolata, ac propemodū quotidiano sermoni finitima, & ad docendum apta. In confirmatione, cum argumentamur intentior, vel cum altercamur, cum mouemus impetuofisor, tristia lugubriter, lœta hilariter. Peroratio perinde attollerida, vel deprimenda, prout miserationem, vel indignationem excitat co-natur, deniq; animi habitum & affectum vultus & gestus exprimat, nec solum voce, sed & vultu loquatur orator, concipiatur veras rerum imagines prius animo, seq; ipse afficiat affecturus alios, & naturam ducenti sequatur, quæ nos prius, ut recte inquit Horatius, format ad omnem fortunā habitū, iuuat, aut impellit ad iram, aut ad humū mero.

ET UTILITATE.

re grant deducit & auget. Sed nobis verendum est ne compendii modum praetergressi videamur, illud vnu adiictemus, vt si cui haec aliqua do digna videbūtur, quæ vel ipse legat, vel alii prælegat, aut hoc præcripto, aut alio cōmodior ad aliquem fructum percipiendum vtatur. Primum ut diligēter & perspicue themate exposito declamationem enarraret & obscuriora interpretetur, sententiae duntaxat curā habens, deinde ad argumentū redeat, omnesq; in re circūstatiās consideret, Qd genus causæ sit, quæ fundamenta, qui status, qui ductus, quæ diuisio, quæ aragumēta, qui loci, qui colores, quæ ornamēta orationis, quid apte dictū, quid melius dici potuerit, tum ex his trāferat q; ad exordiū accōmodata, q; ad narrationē videātur. Vnde benevolentia, vnde inuidia, vnde miseri cordia, vnde affectus sumi possunt, quęq; ad dispositionē & elocutionē p̄tinent. Nec p̄igeat illū etiā pronūciationē formare, & decoris gestib; instruere. Sic fortasse fieri poterit, vt ex hoc nostro labore, nō nihil publica studia iuuari possint. Nos certe id semper conati sumus.

¶ Præcipiat item bonus præceptor, ut exordia in his componant discipuli & narrationes, & in eisdem argumentis & sententiis amplificādis ac dilatandis exerceantur, & quæ breuiter dicta sunt amplifcent, inclusaq; velut semina trectādo foecudent, & quæ coacta sunt diffundant. Hac sententia quid potest esse brevius? Imitationem alienæ culpæ innocentiam vocas? Eadem dilatata ostendet quātam in se occultet copiam. Tu nunc pater respondebis iustam te referre gratiam pro accepta iniuria, an vero leuorem tuam culpam putas, q; illius exemplo pecces, q; eiusdem inhumanitatem imiteris, quod ab illo didiceris, quomodo debeas alimēta negares? non tu quidem non peccas, sed alieno exemplo peccas. Atqui hoc in te minus ferendū est, q; iam ab illo didicisti quām sit haec damnanda immanitas, quām sit haec execranda crudelitas, quod te docuit quid tibi vitandum esset, quod in illo intellexisti, quām sit inter fratres, vel alienis odiosa impietas. Nunquid quia illa suam crudelitatem notam omnibus esse vult, ideo tu, & tuam voles testiflari? Q; ille se ducem impietatis præbuerit, eum sequeris? Q; in hanc se infamiam præcipitauit, & tu te cōniscies? Q; suam ille famam neglexit, & tu tuam traduci patieris? ac non potius illi exprobrabis impietatem suam non imitando? Non ostendes quanta fuerit impietas, quām ne lacestitus quidem imitari sustineas, cum vel ita de te me s-

DE GENERE ELOCUTIONIS ET UTILITATE.

tis alimento, & in tua indulgentia agnoscat feritatem suam. O brue insuriam beneficentia, & istam gloriam ab inimico reporta, Quanto hoc pulchritus quam illius impietati tuam adiungere, quā gaudere q̄ nocere possit? Non est iusta causa alienum scelus in patrocinium vocare, cum & idipsum defendendum sit quod in defensionem assumis. Quid hoc est aliud quā te ipsum dñm sententia tua, si quod in alio improbasti ipse facis? putato hoc tuū factum tam alii displicere, quā illud olim tibi displicuit. Sumatur aliud argumentū ex secunda declamatione. Inter tot pericula dñi illas non seruassent, nisi sibi seruatur essent. Propone mihi nunc quae pericula perpetua sit, quibus ex difficultatibus se explicarit, & si hæc vlla humana ope propulsari potuerint, & violatā virginitatem concedam, sed si nulla vis est quae vel tot malis infraicta persisteret, vel quae tot fortunæ insultibus obfistat, nulla constantia quae sibi constet, nulla prudentia quae in tot periculis sibi possit consulere, si omnia aduersa omnia sunt infesta, nec ex tantis malis emergere, aut eluctari humana imbecillitas potest, fateare eosdem fuisse custodes virginitatis qui fuerint & defensores salutis. Quanta est piratarum crudelitas, qui ab omni humanitatis commercio seclusi, in tam immans elemo degunt ipso adhuc saeuores? At isti cōmiserati sunt ætatem, cōmisserati sunt formam, quae libidinem incitat, eadem retardauit. Expressit ab illis ferreis pectoribus & adamantis misericordiam, non ætas, non forma, non pudor, non castitas, sed diuina profusa prouidentia. Hæc easdem lenonis animum emolliuit, hæc libidine flagrantes refrigerauit, hæc fecit defensores virginitatis, qui venerant corruptores. Hæc à pecculantia ad venerationem castitatis conuertit. Hæc virilem animum viro ademit & mulieri dedit. Hæc armavit contra violentiam militis, & musibrem imbecillitatem confirmauit. Hæc deniq; vistricem viri scientiam fecit. Eadem in concessu facinore innocentem liberavit, & iudicū animos ad veram sententiam direxit. Dubita nunc, an eius pudicitiae consultum voluerint, cuius salutem tam charam sibi esse tot miraculis fuerint testati. Hæc exemplis indicasse sufficiat, nam ab alii de dilatatione multa præcepta esse video.

De declamandi ratione, quæq; in eo vitanda vltia. Fol. i.



Eclamandi ratione tanti video apud ueteres illos fa-
ctā, ut nō solū clarissimi homines, qui tēporib⁹ Cice-
ronis floruerunt, atq; ipse adeo eloquentiæ Rhomane
princeps. M. Tulli⁹ in bac se studiose exercuerint: sed
et imperatorū multi in ipso fastigio imperij, & re-
rū gerēdarū magnitudine, et mole negotiorū, omis-
so pro foribus satellitio, scholas declamantiū fuerint
ingressi, cū alio⁹ auditiuri, tum et ipsi declamaturi.

Cicero certe de se profitetur, neminem se hoc fecisse diutius. Sequentibus uero se-
culis adeo est in hanc itum meditationem, ut non pauciores ex hac, quā ex orato-
ria arte sibi gloriam compararint. Hinc Portius Latro clarissimus declamator,
Cæstius, Sylo, alijsq; complures, quorū ad nos nomina et fama Senecæ opera sunt
deriuata, atq; ipse quidē Seneca ita fuit in bac exercitatione detritus, ut eius scri-
pta declamatoriū quiddā uideantur sapere. Id ita facilitatum reperimus. Rhetor
quorum magnus numerus erat Rhomæ, thema aliquod ex historia, uel poesi, uel
factum, in scholis proponebat discipulis, interim argumento facili, et aperto, intre-
rim inuolutiore, id fusi⁹ explicabat ipse, & notabat singula questionū capita,
& utriusq; partis fundamenta, ut rudia ingenia haberent quo spectarent, et ille
lam normam sequerentur, & ueluti duclis lineis manus insisteret. Demde in de-
clamationibus obseruabat Rhetor, an fuissent illa sequenti lineamenta, quid como-
de tractassent, quid secūs, et admonebat in posterū. Tum et ipse prosequebatur
oratione, in quo ipsi deliquissent. Qui iam erant prouecliores, hos iubebat scruta-
ri questiones, et per se audere, et suis gaudere inuentis. In hos ludos magna tur-
ba confluerebat hominū doctissimorū, qui in eodem argumento suam ostentabant
eloquentiā. Quibus declamantibus non minus in scholis erat spectaculum, quā in
foro uisdem agentibus causas. Hæc igitur ratio, et alebat ingenia, & facile red-
debat inuentionē, et amplam suggerebat facultatem, et ad omne negotiū prom-
ptitudinē, et in ueris causis spiritū dabat et audaciā, multūq; extemporalis ora-
tionis. Sed quemadmodū pleraq; alia in uita q; in precio habetur, ita et hoc magno
rū uitiorū occasione obtulit, ut inter causas corruptæ eloquentiæ, hæc sit una uel
potissima, adeo difficile est intra mediocritatē res cōsistere, et in uis q; excolūtur, te-
neri modū. Peruenierat tūc ad summū eloquentiā, inde cœpit decrescere, dū se putau-
crescere, et habitū est sūmū, qd erat extremū, nesciēt enim illā tenere mediocri-
tati, in qua sūmū est, dilapsi sunt ad extrema, præsertim cū tam multæ sint ad de-
clinādū uie, ad uirtutē unica. Et illa ipsa q; uiñosa sunt specie quadā pulchri blā

A



De declamandi ratione,

diatur, & infirmis ingenij uita interim & pulchriora & suauiora uirtutib⁹ uideatur, præsertim cū nō se ad certā quādā eloquentie imaginē cōponerent, sed in id incūberent oēs, in qđ naturæ procluitate ferretur. Hinc præ dignitate & amplitudine oronis, grādia & tumida, & turgētia placet. Cūq; carceret ossit, tota oratio tumescet in carnē: nec illa erat formæ dignitas, sed inflati corporis tumor, quorū orationē si pressares, si premeres ueluti laneū corp⁹ cederet, sine spiritu, sine uirib⁹. His contraria sunt arida, & strīcta, & cōpressa, qđ dum uideri uolūt solida plane qđ, neruosa, nec succū habent, quo uegetetur, nec carnē, qua uestiatur, nec colorē, quo placeat. In hoc uitiū incidere qđā proprietatis affectatores, qđ obscurā, & insipidā tāta sollicitudine oronē reddidere. Pro granitatem, alijs austritatem, & horrore sunt cōsequuti, pro lenitatem alijs delicatā quādā, & mollē in dīcendo lasciuia. Quid autē hoc uitio ad uitadū difficulti⁹, qđ tāta cū uoluptate fallit? Et cū te nui discrimine uideatur à uirtute secerni, tamē hoc inter est, qđ iter liberale formā & meretriciā. Atq; hæc qđē, & alia innumerā in elocutione, in sentētia uero & dilectionis uel ut anima, quanta uarietas, quot species. Alij dū cōmūnū magis sequuntur hominū captus, & se intelligi uolūt, demittunt oronē ad uulgaria, & qđ est humilitatis uitiū, p̄spicuitatē putat, cū hoc ipsum intelligi nō in eo sit, ut cōmūnia dicatur, sed p̄spicue, nec qđ nō obscura, sed qđ nō obscure. Hui⁹ uitiū fugā in uitiū duxit, sentētia mea intollerādū nimiae subtilitatis, & morosissimi acuminis, dū enim in geniosum pulat torquē in genia, & meras prestigias, ac nugas mira credūt acumina, in hac toti cōuersi sunt subtilitatis affectationē. Hinc mōstrosae sentētiae, sā attenuatæ, & attritæ, ut cōtrēctari nō possint. Quæ dū exacuitur, cuanescit, & uelut nebulæ in auras abeat. Nec plœcti filius, nisi tot⁹ similib⁹ sentētij sit cōtinuatus, ut uel narratio puteat, qđ tota curiosa nō est, cū interim pereat scribētis opa, dum nō intelligitur, qđ sit acutū, qđ in huc usum scribebatur, nec sentiūt se, tūc curiosis, & ociosis scribere, qđ tātu sit oīci, ut illa, uel millies repeatat, tātu curiositatis, ut oīa deuorent tædia, oēsq; molestias. Quis autē, qđ aut occupatis scribat iudicib⁹, aut cerdatis aurib⁹, aut rudi cōcioni, malit, uel morari, uel ludere, uel torquē, qđ statim qđ uelit, & qđ planissime indicare sed ociosa uidetur oīa, qđ nō excitant, qđ nō p̄gunt, qđ nō mordent aculeis, quasi uero in hoc aculei sint, ac nō potius in uiuida, & efficaci orone, cui⁹ tota uis in hoc sita est, si in animū penetret. Hi sunt qb⁹ Cicero rūdis uidetur, & parū acut⁹, cū nō sit acumen, sed uanitas qđ logi⁹ discedit ab eo qđ natura fert, ita necesse est in multisplices incident inceptias, & nugas frigidissimas, dū fastidiūt qđqđ simpliciter dici potest. Hoc uitio laborarunt tempora Ciceronis sēculū inseccuta, adeo ut hoc nomine potissimum note-

tur Seneca, cui⁹ tota dictione sententijs scaturit, argutijs crepat. Et eaē declamationes q̄ Fabij nomine circūferuntur, nō alio magis argumento ci⁹ esse negauerim, amauit ille uir acumina, sed moderata, natura alia, nō affectatā & subtilitatis: fī mibi qđē in oratorijs institutionib⁹ candore dictionis, simplicitate mūdissima, omniq; cultu modestissimo, fī uiuendo quodā solidog; acuminis sententiarū princeps sui sēculi ui detur. Illud autē uitii depravatē eloquētia nō aliūde iudicauerim, q̄ ex corrupta declamādi cōsuetudine profectū. Hic fons fuit hui⁹ labis, hæc origo, cū iam eloquētia nō ad necessitatē, sed ad uoluptatē cœpit cōuersi. Omnia autē q̄ ad delectationē accōmodatūr, necesse est pro affectu corū qui delectari uolunt, cōmūtetur, cū palato, nō ideo cibi satisfaciant, qđ aut optimi, aut saluberrimi, aut succulēti, sed qđ suauissimi. Plerisq; interim conq̄stissima quæq;, fī rarissima probātur, qđ so la raritas preciū fecit, alioq; cōtēnendis. Hinc toti se cōponētes ad studia delectatio nis neglexere utilitatē, & uolētes curiositatē satisfacere, displicuere prudētia. Et quemadmodū uicē, & culi⁹ a frugalitate est ad luxū, & lasciuia dilapsus, sic eloquētia ad uanā ostētationē, ad ingenij lenocinia, ad pruritū aurii, & ociosorū delitias fuit tota cōuersa. Sic nec in scholis erāt fori p̄eludia, nec in foro scholarū profectū, sed utrobiq; imanis uēditatio, fī ingenij ambitio. Themata in scholis fin gebātur nō frigida solū, sed fī incredibilia, p̄ter ueri similitudinē rerū, p̄terq; na turā, nec dissimili tractabātur eloquo. Hinc mōstrosi colores, coacti, alieni, frigidū, oiaq; magis ex anxietate placēdi, q̄ ex ueritate p̄fēcta. Putabāt futurū ut quāto alie niorib⁹ a ueritate magisq; inuolutus, fī iplicitis exercerent̄ argumentis, tāto expedi toria i genia ad ueras causas esset futura, ignari quo lōgi⁹ a natura discedatūr, eo ad eā difficiē rediri, fī qm̄ dissimilib⁹ sit uersat⁹, cū ad alia trāstatū uelut obſtu pescere. Eadē opinio tenet nr̄i t̄pis pleroq; boies, q̄ exacū putat i genia leuissimā rū rerū tractatione, cū pot̄ atterātur, dū cōseclātur sumas subtilitates, sed qua rū nullū in uita sit usus futurū. Similis est, fī oculorū, fī i geniorū ratio, caligāt illi, fī hæbescūt minutissimārū imaginū cōtēplationi intēti, fī hacc paruis occu pata, ad illā se ueluti magnitudinē coarctat. Reclē I socrates eos notabat sophistas, q̄ cū possent eas res trāclādas assumere, q̄ ad rē pub. ad institutionē mortaliū p̄tine rēt, pabsurdis qbusdā, fī incredibilib⁹ exercēbātur, uolētes ostēdere, q̄ esset eloquē tes, q̄ uel falsis fidē aſtruerēt, infantes alioq; in ueris fī p̄babilib⁹ causis. Cū fī il lud periculū incurrerent, qđ par fides, fī uera, & falsa trāclātibus adhiberetur, cū illa non ex ubertate materie, sed ingenij facilitate profecta uiderētur. Quanto satius est in magnis mediocrē esse, quā in paruis excellere. Et quædā sunt subtilissi ma nullius in uita utilitatē, quibus si data tempora alijs impēderentur, magnos

Quid sit diuisio, & quid statu.

earū studiosis attulissent profeclū. Magnifice profecto Alexāder etiā ē illud, qđ quendā magna circūstātis turbæ admiratione p̄ minutissimū foramen cicerculū immittēt, cī leguminis modio donari iussit. Digna hominis leuitas, q̄ tam leui pr̄emio rideatur. Hoc q̄ pr̄cipiunt, similes mibi uidetur ujs, q̄ ut cōsummati in pictura euadāt, putant oportere in mōstrosis dñi, & multiformib⁹ exerceri saguris, ujsq; p̄m gēdis, que nō magis inter se cōueniant, quā illud mōstrū Horatia nū Quāto bis fuisse meli⁹, l̄umani corporis mēbra exprimere? notaq; animātia effingere: iuuētesq; hominū uultus, ē habi⁹ representare? Hēc à me tā sunt multis repetita, ut studiosi iuuenes ea uia q̄ primū insistant, qua semp sit in gredieñ dñi, nec in ea diuerticula, praua uel institutione, uel ambitione abripiatūr, unde postea renocādi, duplīcē sustineant laborē, & remetienti emēsum iter, & nouū ingrediendi. Assuecat quā primū nō desuēscendis, ē in uerisimilib⁹ causis exerceātur, ē ea tractent, q̄ s̄epe in uita tractari cōtingat. Nec ignoro in his declamationib⁹ multa inesse, quæ boc uitio notari possint, sed hēc, uel ad uitādū cōferent, & cōmenſacent, quā sint contēnēda, quæ tā leui gratia placent. Sed sunt multa alia solidi acuminis, uariæ tractationis, multiplicitis copiæ, cultæ elocutionis, operosi argumēti, tū eadē ratio in multiplices docet singula secare q̄stiones, uarios ex cogitare colores, locos inuenire, subtiliores sentētias exquirere, efficit deniq; ne iaceat ac langueat oratio: sed motu & calore animata, uigeat. Quas omnes uirtutes ut in his declamationib⁹ dephēdam⁹, qđā prefari luet ad cā cognitionē necessaria.

¶ De diuisione, & statu

AC primū de diuisione, de qua paulo ante mētionē fecim⁹. Est autē diuision, toti⁹ tractationis i capitā distributio, qđ magis intelligetur, ubi exēpli sue rit manifestū. Qui uult diuidere, primū debet inuenire statu. Stat⁹ autē duplīciter dicitur, uno modo quādo intelligim⁹ modū interrogādi in q̄stione, atq; hic qđē triplex est. Quo queritur, an sit, quid sit, quale sit. Quale autē sit, explicatur p̄ oēs differētias locorū, quæ extra substātiā sunt. An sit, de simplici querit essētia rei, an fuerint Centauri. Quid sit, de natura, ē substāntia, huic autem toti q̄stioni respondet finitio, ea enim integrām rei substāntiam complectitur. Quoniam autem ea constat genere differentia, partibus, hēc quoq; huic q̄stioni adiuncta sunt, de genere, an prudentia sit uirtus, de differentia, an uirtus in mediocritate consistat, de partib⁹, an res pub̄ costet magistratib⁹, ē populū, de sola diffinitione, an rhetorica sit ars bene dicendi. Quale sit, continet sub se quæcunq; extra substāntiam rei sunt, de proprio, an homo sit disciplinæ capax, de adiacētibus, an Tyrānus sit inuidus, de aētib⁹, an opes superbiā generent, de subiectis, in qua parte hominis.

Quid sit diuisio & quid status.

Fol. III.

in sit uirtus de causis efficientibus, an assuefactione uirtus coparetur. de causa fine, an propter seipsam sit uirtus expetenda. Deq; alijs de quibus alio à nobis loco dis-
putabitur. Alter status dicitur ea quæstio quæ in tractatione cuiuscunq; rei sum-
ma est, ex qua summa rei pendet fī absolutio cōtrouersie, in qua ex arbitrio utri
usq; partis statut, quæ tamen in aliquo illorū modorū consilit. Quæ dum quæ-
rit an sit, conjecturalis. Quid sit, finitiua. Quale sit iuridicalis, etiam si non de so-
lo iure sed de multis alijs quærat extra substantiam rei, in iudicij tamen & ci-
uilibus questionibus de iure sœpius aut utili, aut honesto. Debet autem ea quæstio
ex legitimis & proprijs partium fundamentis nasci, non autem ex cōminib⁹.
Fundamenta autem uoco accusantis & defendantis rationes. Exemplum sumatur
ex prima controvērsia, pater filium abdicat q; se inuitu patruū aluerit, abdica-
tus adoptatur à patruo iam diuite, alere uult patrem factum pauperem, probi-
bente patre abdicatur, contradicitur, intentio patris est, abdico te q; minus es au-
diens dicto, non sum ille respondet, nondū status est, quia hæc cōmunita sunt om-
nibus causis abdicationis. Sed subiicit ille propriam rationem ex causa, quia me
inuitu patrem tuū alere uis, hoc est mihi non obediare. Respondeat ille nō in hoc esse
obtemperandum, idq; iniquū esse si obtemperet, nec legibus ad hoc cogi posse. Si
in hoc sisstatut, iam hic erit status iuridicalis. Sin autem procedat ulterius pater
& dicat, debes obtemperare, quia non teneris illū alere tanquā patrem, cum pa-
ter esse desierit postquam te abdicauerit. Respondet ille non amitti iura naturæ hu-
manis legibus. Si in hoc rursum ex utriusq; arbitrio consilitur, iam hic erit sta-
tus. Variatur enim prout ultro citroq; subiectis causis longius proceditur. Nec ue-
ro refert indicationem id appellemus an statum, cum quocunq; nomine appelle-
tur, id sit ex quo controvērsie pendet absolutio. Hi autem status quorum talis na-
tura talisq; diuisio est, nunc in re tractantur, nunc in scripto. In re, quando etiam
citra scriptū fī omnem legem in re controvērsia esset, ut de occidente hominis de-
ferto, nam uel crita legem hæc puniri appareret, iustum. Alia sunt quæ controvē-
runt ex hominum constitutionibus & legibus, in quibus alioqui ius am-
biguum non esset, ut cum altera lex iubeat tyrānicidē imaginem in theatro ponī,
altera mulieris statuam collocari prohibeat, hæc lex effectit ut si mulier sit Tyrā-
nicida, de eius statua dubitetur. Intelligo autem, q; crita talem legem non sit con-
trovērsia apud iudices aut in foro, alioqui in re bene contingit esse disceptatio-
nem. Bene enim contingit esse disceptationem de eo qui remanserit in nau temper-
ore tēpestatis, an ex æquo & bono debeat possidere, & tūc talis status rationa-
lis erit. Non tamen apud iudices tūc disceptari continget, si contingat tamen ali-

A III

Quid sit diuisio, & quid status.

quando erit etiam rationalis. Nihil enim est legibus statutū, quod non etiam ante legem potuerit esse controversum. Has autem legales quaestiones quadrupliciter nasci contingit, ex scripto fī uoluntate, cum alter se uerbis legis, alter sententiā tuerit, ut de eo qui eger mansit in nauī, an eum quoq; lex intellexerit. Ex contrarijs legibus, de muliere quae Tyrānum occidit. Ex ratiocinatione, cum ex lege incerta ad factū certum rationem mutuamur, ut cum uolumus eam mulierem quae p̄ filtrum dedit marito capite plecli, quoniam ē beneficas capite plecli lex iubeat. Ex ambiguitate, quoniam uerba legis sēpe contingit uarios habere intellectus, ut si testator dicat, Tullius bēres meus dato uxori meae Terentiae nasa argentea que uollet, an que uelit uxor, an que bēres. Sed in his omnibus, aut de conjectura, aut finitione, aut qualitate quererit, an illud uoluerit intelligi legislator, an sit iuslum intelligi, in altero conjectura, in altero qualitas. Et in ratiocinatione, que ē syllogismus appellatur, an illa uenefica appellari debeat, qui finitius est. Statutū actionis adicere aliqui, quando non iure aliquo aequitatis intentioni occurrimus: sed ei nihil respondentes ad subsidia iuris cōfugimus, cū tamen nos obiecto criminis non purgēmus, ueluti qui obijcēti crimen repetundarum, opponit se aequitem Roma esse: nec posse secum agi huius criminis, tunc autem trāffertur tempus, accusatio, actor, & alia huiusmodi. Sed hunc statutū excludit Fabius, quia non in eo statutū est, nō potes mecum agere, sed eques sum, aut infamis es. Ex quibus rursum fundamentis illi priores nascuntur. An iuslum sit excipi equites, an sit infamis. Sed de statib; explicatiō & fūsū à nobis alio loco disputatur. Hac tamen qualēcunq; notitiā nunc necessariā esse indicauim⁹.

Conuenio igitur in causa statu, primū erit cōsiderandū, uno dū taxat an pluribus statib; uti uelimus, & in quo maxime uelimus immitti. Contingit enim pluribus statib; uti, ut in causa Milonis, fuit ille insidiatō, & etiam si nō fuisset posuit iure interfici sceleratus ciuīs. Quod si pluribus statib; uti uelimus, totam causam in eos diuidemus. Pro Ligario Cicero primum dicit Ligarium in Afrīca non uoluntate, sed necessitate remansisse, quod est conjecturæ: deinde eam ipsam uolūtātē posse iure defendi: & postremo finitione utitur, nō esse illud factū sceleris nomine appellādū. Ita diuisa causa solent aliquādo tractari prius q̄stiones generales, pr̄esertim quando ex his pendent particulares. Generalis est in his, an necessitas habeat firmū culpā patrociniū, an in bellis ciuilibus scelus sit aduocatas partes sequi. Pr̄eterea omnes illae ex quibus tanquam à maiori ad minus possit aliquid inferri. Etiam si ex industria remansisset, & animo nocendi, an dānandus esset. Et etiam in quib; à pari, an qui alijs in eadem causa ignoruerit teucatur ipsi

ignoscere. Deinde ad circumstantias in singulis questionibus deuenire, uelut in ilia, an illo animo accepisset imperium in Africa, ut noceret Cæsari, an potuerit suspicari bellum ciuile futurum, & an expedierit illi esse pacem: deinde iam exerto bello, an potuerit exire. Et ad hanc, an expedierit illi potius esse alibi, an aliquo maiori imperio coegeretur, an eo tempore quo fuerit, se præstiterit acerbum. Rursum illa, an si concedatur fuisse ex animo, sit dannandus. Hæc habet inclusas alias, an iustiora arma fuerit sequutus, & hoc cautius erat apud Cæsarem tractandum, an maioribus officijs esset Pompeio decinctus, an confecto bello perseverauerit, an uictoris partes nunc probet. Deinde illa sequitur postrema que huic subseruit muleum. An fuerit illud scelus, hæc dividitur. An consilio sit gestum, an potius impetu quodam & fatali calamitate. A fine, an omnes saluā rem pub. uellent. Sed cōsideratio circumstantijs personarū plurimæ nascitur, ut in accusatore, an æquum sit cū accusatori in eadem causa ignoveris, damnare reum. In hoc fiet collatio, uter acerbius Cæsare offendit, an illi audiendi sint, qui cū peccauerint ipsi atrocis, grauiores ab alio pœnas exigant, an qui sanguinē expetunt, qui clementē natura ad crudelitatem irritant. A persona Cæsaris, an ipsius sit, ignoscere qui nō solū ignoverit alijs, sed honore afficerit, qui natura sit clemens. Post omnia, an fatenti sit ignoscendum. Poteſt in immensiū eadem ratione causa secari, sed modus faciendus.

Multiplex est diuidēdi ratio, sed alia alijs magis probatur. Optima ego illa iudicare, qua semp ab ijs descenditur in ea q̄ inferiora probet, ut si queratur utrum sit magis dolendū, merentē, an immerentē supplicio affici. Inde exordiaris, an quicq̄ sit dolendū præter culpā: & si sit dolendū, an ea q̄ fortuito accidit nulla m̄a opa, & si ea q̄ fortuito accidit, an illa q̄ cū iam acciderint uitari nō possunt, aut emendari: & an inter haec cōnumerāda sit infamia: ita enim à primis illis ad extrema punies. Nihil est dolendū præter culpā: aut si quicq̄ est, nō ea certe q̄ nobis insperat⁹ accidit, aut si eadē haec putes, nō illa, quæ cū acciderint abiucere à te nō potes. Deinde inspicere causam ex qua difficultas nascitur in cōſtione. Hic autē opinio hominū est, quā si mala est, effugere cupimus. Hic igitur primū queratur, an opinio uel falsa, apud paucos & malos, cuius cōmutationē sperem⁹, quicq̄ adjucat infelicitatis. Deinde cōmutemus illa eadē in contraria, q̄ semper esset duratura, apud bonos, atq̄ etiā uera. Ita enim efficitur, ut si nec uera opinio, ne caput oēs, nec nunq̄ cōmutanda infelicitatem afferat, nulla sit in opinione miseria. In huiusmodi diuisionibus cum illa que potuissent obtineri aduersarijs donantur, firmiora efficiunt reliqua, quibus tantum uidemur fidere, ut bis freti reliqua remittamus, petram defendere irre factum, sed tamen non feci. Quanquā de his pulchre fas

Quid sit diuisio, & quid status.

bius utroq; utentibus, in neutro haberit fidem inquit. Et illam diuisionem non probat Fabius, quæ tamē à Cicerone uitata non est, cum superiora superiuacua fūt extremis, ut pro Cluentio neminem reum maioribus criminibus, grauioribus testibus in iudicium vocatum, q; Opianicum. Deinde præiudicia esse facta ab his ipsis iudicibus à quibus damnatus sit. Postremo iudicium pecunia non tentatum à Cluentio, sed contra Cluentium. Si enim hoc ultimū possis ostendere: quid opus est præcedentibus? Quæ ratio tamē si ad diuidendum satis cōmoda non sit, ad sequendū tamen illum ductum in oratione cōmodissima est, deriuatur enim ex præcedentibus in extrema fides. Nam si tam atrocia fuisse Opianici crimina semel probaris: & de eius damnatione facta à iudicibus præiudicia, quāvis non obtinens tentatum ab Opianico iudicium, obtinebis certe ne contra ipsum tentatum uideatur. Quemadmodum etiam in oratione pro Quintio, non fuisse causam ut à prætore postulares, ut bona Publij Quintij possideres. Deinde ex edicto te posside re non potuisse. Postremo nō possedisses. Singula adiuuatur superioribus. Si enim causam iustam non habuit, possidere non potuit, & si possidere iure non potuit, non uidetur possidisse. Quanquā hoc ab illo separatur, si de qualicunq; possessione intelligamus. Sed iam sequuti semel diuisionem, rursum ad questiones redire possumus, & illas secare in alias, ut in hoc ipso exemplo, an debuerit quicquā Quintius Nævio: an si debuerit iam soluerit, an ille antea exegerit: & hæc ipsæ questiones argumentorum uim habent, & uiam ad probandum apperunt. Si enim non exegit, non uidebatur ius habuisse ad exigendum: atq; ita non fuisse debitū. Totamq; banc partem summo tractat & artificio & urbanitate. Primū ex aequo & bono, etiam si uadimonium fuisse desertum. An amici & socij sit ad ista extrema iura statim decurrere. Deinde propius accedit ad ius. An debuerit domū nunciare, amicos conuenire, querere quis procurator esset. Postremo agit ex iure, non fuisse factum uadimonium, & ita non esse desertum, quod ad conjecturam pertinet. Deinde secundam partem ita diuidit. An cuius suis qui nō obierit uadimonium, bona possideri possit. An uero absentes excipiantur, & si non omnes, qui nam illi sunt. At qui fraudationis causa non absint. An qui non latitarint, quibus heres sit, qui non exilijs causa solum uerterint. Postremo diuidit ultimam questionem. An cuicunq; prætor ex edicto decernat is possideat. An uero si procurator contradicit in iudicio, nō uideatur impetrare possessionem. Aut si libellos dejet, si non satisfat, si iudicium non accipit, si alios magistratus appellat, si uolenti occupare aliena bona resistit, sive que possideri dicuntur nondum ueneunt: & multa huiusmodi, quæ ex aduersariorum obiectionibus sepe offerunt. Nam prop-

terea q̄ aduersarius obijcit, non es defensus per procuratorem, non acceperisti iudicium, quæstiones existunt, an defensus sit, an qui tribunos appellat, iudicium pati uideatur. Plurimum hæc diuidendi ratio conduit, ut uelut in numerato omnes locos defensionis, & omnia causæ firmamenta habeamus. Differt à quæstione tractatio, q̄ quæstio magis in argumentis consistit & disceptatione. Tractatio molior est, & ad dicendum amplior & iocundior, habetq; locos cōmunes & affectus: ueluti ea quæ tractantur ex æquo & bono, quæ pertinent ad mores, de ingratitudine & pietate. Sed hæc satis.

C De colore & schematis.



E B E T Et declamator quid sit color cognoscere, quāobrem nos paulo latius explicemus. Omnis fœditas corporis insignis turpiter & cum pudore se offert conspicientam. Vnde eas partes in quibus aliqua sit nota turpitudinis occultare & emendare conamur, si licet, pulchriores autē in propatulo esse sinim⁹, uelut ostentantes. Porro ea cura longe est maxima in ijs fœminis quæ corpora uulgauerunt, quibus peculiare est ementiri formā, & aliena se uenditare pulchritudine. Hinc omnia illa lenocinia, fucus, cerusa, purpurissum. Vsq; adeo uel alieno placere colore pulchrū putant. Quæ corporis sint ad animum transferuntur, uel in uitij⁹, uel in uirtutibus. Omne enim animi uitium tamen est fœdum mentis oculis, q̄ illa corporis, nec alienis solum, sed eius ipsius qui admittit. Inde illa in peccatis fuga, & in turpibus occultatio, & in deprehensis pudor, nec solum auertunt animos cum uidentur, sed & cum audiuntur, eosq; habemus iniuriosos, quorum flagitia uel oculis, uel auribus subiiciuntur. Ad ea cœlanya inuenit humana calliditas, fictiones, simulacra, lenocinia, totumq; artificium accurate mentiendi, quibus & illis turpibus datur color, & parū honesta honestiora uidentur, indeq; color appellatus, uel quod tanquam turpis facies coloreetur, uel tanquam in mentiente colorem tucatur, ne in mendacio deprehensus erubescat, quod Fabio placet. Ea autem causa si uera est, honestam rem facit, si ficta, non quidem facit honestam, sed ut uideatur. Hi autem colores appellantur. Dicuntur etiam colores, licet non ita usitate schemata & ornamenti orationis, quæ uel in sententijs sunt uel in uerbis. Sed hi cōmunes sunt & honestis & turpibus causis, illi tantum turpibus. Illi non exornant, sed defen-

Quid sit diuulsio, & quid status.

dunt, hi exornant tantū. Ex his alios dicit primere Fabi⁹ ad solā dicētis uerēndiā, alios ad quēstiones. Ad uerēndiā, quādō nibil periculi est in explicādo, sed cōsulī tur dicētis, uel autoritati, uel pudori, uel ætati, uel quādō obstat prēsentia iudicū, senatus, gravioris cōetus, quale est illud Sallustianū, q̄ honeste nominari non posse sunt in honestissima. Et illud in Antoniū, sumpsiſli uirilē Togā, quā mox mulierē brē stolā reddidisti. Et p̄ iocū usurpātur, prēsertim cū ea muliere quā oēs amicā possumus quā mimicā habere uolūt, in Clodiā: Et ex eadē, minimus frater tuus q̄ est in isto genere urbanissim⁹, q̄ te amat plurimū, q̄ propter nescio quā credo timidi- tate, Et nocturnos quosdā Et manes mctus, tecū semp⁹ Pusio cū maiore sorore cu- bi tauit. Et interim gratia occultādi qdā apud aliquos, Et explicādi apud alios, quæ parum tuto dicerentur. Vi in suspecta muru, duxisti uxorem quæ patri pla- cuit, sed multo magis ut quādam mollius dicantur. Vi illud Themistoclis sua dentis ut urbem relinquerent, urbem apud deos deponite, Et qui uictorias aureas in usum belli conflari uolebat, uictorijs esse utendum. Et apud Ouidium Ajax. Arma uiri fortis medios mittantur in hostes, inde iubete peti. Adhibentur etiam ad uitandā crudelitatem, asperitatem, insolentia, cū alioqui iure obtineri possent, quæ postulātur. Sed laboramus facie ipsa causæ, ut est illud, raptor nisi intra tri- gesim⁹ diem suū Et raptæ patrem exorauerit, pereat, exorato raptæ patre, suū non exorabat, poterat pater si uellet non ignoscere, sed id perquā crudelē uideba- tur, nec tamē aperte debebat promittere, alioqui controuerſia dissolueretur. Adie- cit Portius Latro, occidet igitur sp̄ero mollius. Hæ autem species quas hæc ten⁹ cō numeravi etiā figuræ Et schemata dicuntur, de quib⁹ omnib⁹ Fabius libro 9. cap. 2. Alterū uero genus quod ad quēstiones pertinet, propriæ coloris nomen accipit, nec de nominib⁹ sum anxius. Id autem est cum factum reuera turpe Et improba- dum fictione defenditur. Quod contingit, aut cum id quod reuera contigit, hac ar- te cohonestatur, uel cum mendacio mendaciū subuenit. Vi quæ dicebat se solicita tam à priuigno de stupro, Et locum Et tempus demonstrabat in quo à patre fuit dēprehensus. In quibus omnibus ea adhibenda est cura, quæ à callide mentienti- bus solet, ut memores sint, uerisimilia fingant, conscient sibi, ne ea fingant, quæ pos- sint redargui. Atq; hæc quidem uitia in his uitanda sunt. Primum ne extra The- matis argumentū petantur, id est ne tam longe ut nō uideantur cohædere. Captus, à pirate filia dimissus eam uxor ē accepit, deinde à patre iubetur illā relinquare ut alteram sibi acciperet, cum nollet abdicat: qui defendebat puellam, non fecisse libidine, eo colore utebatur, ut dicaret patrem clam præcepisse, sed palam dissi- mulasse. Lōge uidetur extra thema petitū, nec cōsentire satis cū religi, ne incredi-

bilia & dura. Qui ter fortiter fecerit, militia uacet, cū fili⁹ q̄ ter fortiter fecerat à patre retineretur ne in militiā iret, repugnās abdicatur. Qui fili⁹ defendebat, dixit malle illū cū hostib⁹ q̄ cū patre uiuere. Quæ facile singūtur, ut sunt prodigiorū & somniorū interpretationes, ut de illa q̄ in lapanari militē occiderit. Triari⁹ hoc usus est colore, ut diceret maiore humana specie adstississe imaginē, q̄ brachia ad cœdē attolleret. Inepta & ridicula, in causa patris, q̄ scriperat Pyratis, ut filio manus præcideretur, in septima cōtrouersia, est apud Senecā. Gorgoni⁹ fuit Buteonis auditor, postea schole quoq; successor, uocis obtusæ, sed pugnacissimæ, cui Baros scurra rē uenustissimā dixit. Cētū raucorū uoces habes. Hie putauit uariū colorē se exco gitasse pro patre. Ego inquit dictavi, duplā dabo, si man⁹ præcideritis, librario una syllaba excidit, nō, & scripsit, si præcideritis. Digna res q̄ uoce illa dice retur. Ne in pte blādiatur, in summa nō cōsentiat. i. ne p se in speciū uideatur uerisi mile, collatū cū reliquis partibus nō cōueniat. In cōtrouersia raptoris quidā dixit pro raptæ patre, q̄ priorē raptæ patrē orasset, uoluisse suspēdere, nec uoluisse statim esse securū, quomodo enim erat cōtrouersia, si se ostēderet remissurū? Ne obsecnū sint colores, cauēdū, quale est illud in secūda cōtrouersia, qđ citatur à Seneca, dicit enim audiuisse se quēdā prætoriū uirū dicentē cū declamaret cōtrouersiā de illa quæ egit cū uiro male tractationis q̄ uirgo esset, & dānata postea petiū sacerdotiū. Nolum⁹ inquit istā maritorū abstinentiā, q̄ etiā si primā uirginib⁹ timidis remisere nocte, uicinis tamē locis ludūt. Audiebat illū Scaurus, nō tātū disertissimus homo, sed uenustissim⁹, qui nulli⁹ unq; impunitā stultitiā trāstre passus, statim Ouidianū illud subiecit. Dū timet alteri⁹ vuln⁹ in epta loci. Et ille excidit, nec ultra dixit. Hic autē uersicul⁹ in ijs carminib⁹ quæ falso Vergilio tribuitur, reperitur, q̄ Priapeia uocātur, quo magis credo Ouidiane illa esse lasciuiae. Hæc fere de colore præcipi possunt, qb⁹ illa q̄ apud Quintil. sunt lib. iiij. cap. de narratione facili⁹ intelligi poterunt.

Ad moneo lectorē, ne in his declamationib⁹ cōtinē tem orationē putet. Sūt eū oīa trūcata & intercisa, & sic coiūcta: ut se pulchrio res offerebāt sentētiae, etiā si lōge dispares inter se, & diuersorū autorū essent, tantūq; inspiciat qđ p se singula significant, alioqui frustra torquebitur, si putet continuāda. Nō adiūximus prologos, quoniā omnia uolumus eiusmodi esse in quib⁹ artificiū declamatoriū inuestigaretur, tametsi illi lōge sunt pulcherrimi. Illa autē quæ extra cōtrouersiā dicebātur, quæ nihil aliud erāt quā fragmenta male con gesta ex cōtrouersijs, diuisionibus īseruimus, sicubi digna uisa sunt.

DECLAMATIO PRIMA PRIMI LIBRI,
quæ est de patruo abdicāte nepotem, quæ prius adoptauerat.



filii parentes a lant dicit in grammatice

*thymae
90
Declaranda
magis menti*

LIBER PRIMVS.

Rubrica



IBERI parentes alant, aut vinciantur **Thema.**
Duo fratres dissidebant inter se, alteri filius erat. Patruus in egestatem incidit. Patre vetante, adolescens illum aluit, ob hoc abdicatus tacuit. Adoptatus a patruo est. Patruus accepta haereditate, locuples factus est. Egere coepit pater. Vetate patruo altuit illum adolescentem. Abdicatur, contradicitur.

C Prima pars pro nepote.

Declama

*E*o iam perductus erat, ut omnē spem ultimorū almentorū in ea sola dorso poneret, in qua habebat abdicatū & inimicum. Ipse, inquit, ali me vetuit. Imitationem alienæ culpæ innocentiam vocas? Omnis instabilis & incerta felicitas est. Quis crederet iacentem super crepidine Marium, aut fuisse consulem, aut futurum? Quid non timendum felicibus putas? Quid desperandum infelicitibus? Ne circumplura instabilis fortunæ exempla te mittam, vide quis alimenta rogetur, & quis roget. Non sum hospes grauis. Vnum senem aduoco. Hoc ubi vitio placui pater. Perierat totus orbis, nisi iram finiret misericordia. Ia-
*ntelijant de
patrino per
modo cito res*
ctatus inter duos patres, vtriusq; filius, semp tamen felicioris abdicatus. Illud tamen pater deos testor, diuitem te relinquo. Circumibo tecū pa-
ter limina aliena. Omnibus ostendam, & me qui alimenta dedi, & te qui negasti. Abdicari non possum ob id quod feci, lege cogente. Quid si stiere me vetes, cum video hominem calamitosum? Non sunt affectus nostri in nostra potestate. Quaedam iura non scripta, sed scriptis om-
nibus certiora sunt.

Alias

fortiora.

C Pars altera pro patruo contra nepotem.

*C*Rescere proposuit ex mea inuidia homo, qui se mellus factare pos-
test, quā defendere. Instus meus metus est, ne haeredem ingratum scribam, inimicum relinquam. Etiam si tu non odisti eum, qui fecit mihi iniuriam, tamen ego odi illum, qui fecit tibi. Definis esse filius, qui non tatum a patre abdicatus, sed ab alio adoptatus est. Audite q̄ valde eguer. Eratrem rogauit. Quis es tu, qui de facto patrum feras sententiam? Ad te ab istru odio nostra non mittimus. Iudices habemus deos.

SCHOL. (Eo iam.) cū fuit est calamitatis, qui eo miseriарum peruenie-
rat, ut cogeretur ab abdicato filio, a fratre inimico alimenta expetere, unde tan-
to magis tenebatur subvenire. Tanto enim quispiam magis debet alicui: quam-

contra Pausin sententia non argumentat

DECLAMATIO. SENECAE.

fol. vii.

to ille magis indiget. Et est argumentum à circumspectia personae fortuna. (Ipse inquit alii me uexit.) Refutat alienam defensionem, nihil enim purgatur crimine. Crimen autem est aliena crudelitate imitari. Vsurpatur enim id pro causa, quod causa non est. (O is instabilis.) Aduersario mouetur inuidia. (Quis crederet.) Exemplum arguit. Vide Plutarchus in vita Mary. (Quid non timedum.) Enthimema ex repugnabitibus, (uide, qd) Emphasis est. (Hoc tibi.) Qd in alijs probas, debes ipse usurpare. Et est argumentum à repugnabitibus. (In factatus) quasi hoc sit miserrimum, cū alijs sis fortunatis, tibi sis infelicissimus. (Circumibo.) Quomodo si misericordia queritur patria mendicitate, protinus subiicit mentione sceleris? & te quod negasti, quae res miseratione auertit. Proinde dicendum, aut cum dicit, tecum pater, intellexisse adoptatem, aut si cum non intelligat, intellexisse postea cum dicit, scilicet te qui negasti, sed utrumque displicet. Et ideo prior clausula pertinet fortassis ad patrem mendicem, sequens ad adoptantem, cui aliqd deest. In controuersijs autem sic legitur. Circumibo tecum pater, atque limina. (Abdicatione.) Arguit a iure scripto. Nam cū duæ leges aduersantur, cogenti potius est obie peradum. Lex autem de patre alendo, sine exceptione iubet. Abdicationis autem redenda est causa. (Quid si flere.) Hoc a iure naturali, cuius maior uis est, quam scripti.

¶ Altera pars.

Conscere colorem adhibet, quasi non ex animo patre uelit alere, sed quia sciat frarem negaturum, & ita inuidiosum fore, ex cuius inuidia sibi benevolentiam comparet. Et est argumentum à causa, quoniam in refutatione potissimum est causas inspicere alienæ intentionis, easque subuertere (ne heredem) color est abdicationis, quasi uereatur, ne qui inimicum alat, & ipse inimicus sit. Argumentum à contrarijs, quod est idem, cum contrarium est (etiam si tu non odiisti eum.) Pietate uult commendari odium suum, & est color. (Definit esse.) Questio finitorum, an filius sit abdicatus, qua respondetur illi questioni, patrem alere debuit. Nam si hic non est filius, nec ille pater, à relatiuis. (Audite quā.) Huiusmodi illud est. Quid amplius dicam? matrem occidiishi. (Quis es tu.) Filium arguit, tanquam parentis dicto minus audientem. Non enim ille sibi debet sumere iudicium de facto parentum, quod superbum est. Occulta enim sunt hominum mentes.

¶ Diuiso.

HAEC contiouersia oritur ex duabus legibus, quarum altera in alen tem parentes iubet uinciri, altera permittit abdicationem, modo pater abdicationis causas reddat. Dicit, iure abdico, non abdicas, nondum status, quia nondum ex proprijs causæ. Subiecta causam, quia me inuito parentem uis alere. Iure facio respondet filius, & opponit alteram legem, quia filij parentes tenentur alere.

LIBER PRIMVS.

Hic iam status iuridicalis legitimus, quia circa leges cōtrouersia est, ex contraria legibus. Aduersus illam legē potest pater mouere multas quæs̄tiones. An omnes parentes oporteat ali, iniurio sum, hostem, proditorē, abdicantē, id est qui ipse alimenta filio negat. Et ad hoc spectat illud, tamen ego odi illum qui fecit tibi. Sed hæc est uniuersalis quæstio, deducitur ad particularē, cum in tali patre trāctatur, & est iuris. Deinde mouet finitionem, an parentes sint qui filios abdicarint. Et ad hanc mouet alia, an filius sit abdicatus. Ex ea enim cum relatiū, sint altera pendet. Huic subseruit illud, desinit esse filius. Mouet etiam coniecturam, contra filium, an uero hoc simulate faciat, ut illi inuidiā querat. Et huic seruit illud, crescere proposuit. Cū lex repugnat, uel interpretari debem⁹, uel ostendere ad rem non pertinere, nisi per aliā legem possit abrogari. Deinde & contra personā mouetur quæstio, an filij sit resistere patri, & arbitrū se cōstituere de paternis odijs, & de ijs iudicium ferre, quæ latent. Hæc tamen omnia à filio infirmantur, & prium quæstionem mouet, utri legi potius sit standum, & dicit hanc esse cognitum. Deinde aduersus illam, an iniuriosus sit alendus. Opponit pietatem nulla paterna iniuria debere uinci. Aduersus finitionem, patrem probat esse iure naturāli, quia co nos affectus impellat, & ius naturale non posse uincī scripto. Aduersus coniecturam adimit suspicionem. Neg, enim ille, aut ad abdicatum, aut inimicū confugisset, nisi in extrema esset egestate. Sed & alia quæstio est, circa personā, an iniuriam iniuria debeat pensare. Et circa hoc locus communis. Et utrum magis debeat quod beneficium in se probarit, id exhiberi alteri uelle. Hic ductus contumari potest per totam causam, sed alij multi possunt existere, ut uaria sunt declamantium ingenia, & apud Senecam licet intueri. Aliæ sunt magis tractationes quā quæstiones. Tractationes autem sunt, quæ accommodatores sunt ad affectus tractandos, quā ad argumenta, quale est illud Gallionis, nulli interdici misericordiam, & an abdicari debeat propter id uitium, quo patri placuit. Varij sunt colores adhibiti in hoc themate à declamatorib⁹, cum pro filio, tum pro patre. Pro filio, exceptam sibi considerationem affectu, non putauisse, id patrē moleste latutum. Triarius sic dixit. Timui inquit, si non aliuissem ne abdicarer à patre, sciebam quomodo illi placuisse. Pro patre Cœsarius est usus tali colore, q̄ debuerit filius prius rogare patrem, & illum ad fratrem perducere, ut sic reconciliarentur, nec deberet famam pietatis ex eorum capere discordia.

DECLAMATIO SEGVNDA de virginē prostituta.

ber de somato contra verginem habet possumus injuriam et iniuriale negotium. Licit
mea, seu constitutio, sicut et sententia, cum omnibus dicitur: Sacerdoti Zapis
prossecutus amicus libet ab eo. Non debet dexter istam nec dexter
sepe pugnare. **DECLAMATIO SENECAE** Fol. viii. omnia ad hoc
Acerdos castis puris pura sit. Themis. Quodā virgo à Piratis capti venit. Empta à lenone, & prostituta



Rubrica
est. Venientes ad se exorabat stipem. Militem qui ad se venerat, cum exorare non posset, eum luctantem, & vim inferre volentem occidit. Accusata, absolta, & reuersa ad suos est. Petuit sacerdotium. Contradicitur.

C Prima pars contra virginem petentem sacerdotium.

S Acerdos vestra adhuc in lupanari visueret, nisi hominem occidisset. Declas
Quid mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas? Id enim deerat, ut matio:
templa eas recipiant, quas aut carcer, aut lupanar elecit. Indigna te sacer-
doto dicerem, si transisses per lupanar. Fortuna inquit pati coegit, & mis-
sereri debet omnes mei. At nos miseradas non facimus sacerdotes. Nec est
apud nos maximus honor, ultimorum malorum solatum. Ita domini custodita
est, ut rapi posset. Ita chara fuit suis, ut raptam non redimeretur. Ita raptæ
pepercere Piratae, ut lenoni venderent. Sic emit leno, ut prostitueret. Sic
venientes deprecata est, ut ferro opus esset. Monet me respectus omnium
virginum, si in ciuitate nulla inueniri potuit, nec meretrice castior, nec
homicida purior. Nulla est satis pudica, de qua queratur. Omnes, inquit,
exorauit. Si quis dubitat, an meretrix esset, audite quam blanda sit. Po-
namus tres sacerdotum petere. Vnam quae raptam sit. Alteram quae pro-
stiterit. Tertiam quem hominem occiderit. Omnibus negabo.

C Pars altera pro virginie petente sacerdotium.

V Oliverum dicit esse miraculo, in causa libertatem, in prostituta pudici-
tiam, in homicida innocetiam. Narrent sane oes, tanquam ad prostitutam
venisse, dum tanquam a sacerdote discesserint. Quam pudica sit, miles ostendit,
quam innocens, index, quam felix, redditus. Inter tot pericula dum illæsam non
seruassent, nisi ea sibi seruaturi fuissent. Totus populus ad seruandam pudicit-
iam contulit, quod ad violadam attulerat. Dicat pudicitiam suam ditis, quod debet.

C S C H O L. (Sacerdos uera.) Secundum fuit in causa, ne in scelere uiueret. I. coiuinas
set turpe uitam, nisi illa occasio esset oblata. Et ita ostendit non sponte factum, quod fuerit fa-
ctum fortuna. Voluntas autem honestarum actionum est causa, non fortuna. (Precaria:) quod
precibus est seruanda. Et obtinenda a stupratoribus. Non igitur tutum est, quod in aliena
potestate est. Cuius causa est incerta, incerta sunt et ipsa. (Id enim deerat.) A loco, et
habent in se naturam repugnatiam. (Indigna te sacerdotio dicerem) a minori. (At nos
miseradas.) Miseratio infelicitatem indicat, sacerdotium autem bonos est, bonos, felices.

LIBER PRIMVS.

itas, non bene autem conuenit felicitati, & infelicitati. Et ita bene subiungit, nec est apud nos. **f**c. (Ita domi.) Ex sequentibus, indicantur præcedentia, & ab exitu principia & media, habet autem gradationem, & repetitionem. (Mouet me.) Quid enim de reliquis iudicetur virginibus, si haec sola reperitur sacerdotio digna? Ab effectis, ne hoc sequatur, illud tollendum est (de qua quæritur) cuius castitas in controversiam uenit. Queri autem de castitate, contingens est, sed probabilitatem habet. (Si quis dubitat) argumentum conuertit, & fecit avertitur. et sive per fictionem, & est à minori ad maius. Aliunde enim potest sumi explicatio argumenti, alium de argumentum ipsum.

C Altera pars.

Voluerunt dñj.) Ab exitu qualia fuerint antecedentia ostendit, neq; enim digna sunt seruire, quæ liberata est, aut prostituta, quæ pudicitiam seruauit, aut homicida, quæ innocens. (Narrent.) Comparatio est, & tacite est à contrarijs, pugnat enim ut impudica sit, à qua tanquam à sacerdote discedebatur (quam pudica sit.) Hæc omnia contingentia sunt, sed in hac partem propensiiora. (Inter tot pericula) ab effectu probat causam, & à causa honestatem, & ab his quæ contigerunt, prouidentiam arguit. (Totus populus.) Omnes enim qui ad illam cōmebant, eius mirati pudicitiam, stipem relinquebant, quā afferebant pro ueneris precio. (Dicat,) quasi diuinæ sit felicitatis, inter tot pericula pudicitiam seruare.

C Diuīsio.

Status conjecturæ est, an pura sit sacerdos. Potest esse & aliis, etiam si pura sit, an illi obesse debeat omnis uita prioris infelicitas. Potest esse & aliis, etiam si munda non fuerit, an emendata pro munda habeatur, & erit finis. Hæc rursum in plures alias secantur quæstiones. Illi priori subiiciuntur, an esse poterit, an uoluerit esse. Potuerit. Habet questionem occasionis, facultatis, felicitatis. Occasionem accusator arripit contra virginem. Occasio habet locum, tempus, etatem, stupratores, impulsores. Occasio efficit ut melius possimus, facultas ut possimus. In facultate sunt uires, animus, sed facultatem magis usurpat defensor, potuisse tueri virginitatem ab stupratoriis, & interficiere militem. Quemadmodum & felicitatem, quæ in occultam causam, diuinamq; uoluntatem refertur. Vnde illud, inter tot pericula. **f**c. Felicitas autem est, in uincenda fortunæ acerbitate. An uoluerit, magna pars ex præcedenti pendet, sed habebit hanc diuisionem, an ea sit uita anteacta, ut credibile sit uoluisse, & ea sint subsecuta, quæ uoluisse probent. Maius incomodum timeretur ex facto, an cōmodum ex non facto speratur. Alius status, an illi obesse debeat prior infelicitas. Hæc ex illa pendet, an illa obesse

DECLAMATIO. SENECAE.

Fol. ix.

obesse debeant, quæ nobis inuitis accident. Dum probamur non consenisse, an solus sit animus qui contaminat, an etiam quæ circumstant, & si corpus fuerit pollutum, an animus maneat integer, & si maneat integer, an satis sit corpus pollui, ut à sacerdotio excludatur. Hæ quæstiones ab utraq; parte prout cōmodiores sūt, usurpantur. Alia quæstio, an emendatæ recipi debeant, nō uidetur habere locum, quoniā ad sacerdotium non assumerentur, nisi quæ virgines fuisse probarentur. Latro adiecit castam & puram, ut pura referretur ad id, quod hominem occidisset. Et ex hoc mouebat quæstionem. An potuerit interficere hominē ad se, tanquam ad prostitutam uenientem.

DECLAMATIO TERTIA de incesta saxo delecta.



NEC EST A saxo deliciatur. Thæma. Incesti damnata Rubrica ta antequā desiceretur, vestam inuocauit, delecta vixit. Repetitur ad penam. Contradicitur.

C Prima pars contra incestam.

H Oc expectatis, vt capite demissō verecundia ses Declaratio ipsa antequā impelleretur, delecterit, id decret, matio, vt modestior esset in saxo, quā in sacrario fuerat: constitit, & circumla tis infrequentiam oculis, sanctissimum numen, quasi parum violasset. Inter altaria, coepit in ipso quo vindicabatur violare supplicio, hoc al terum damnatae incestum fuit, damnata est, quia incesta erat, delecta est, quia damnata erat, repetenda est, quia incesta & damnata, & delecta est: Dubitari non potest quin tardiu deiscienda sit, donec efficiatur, propter quod delecta est. Patrocinium suū putat pereundi infelicitatem. Quid tibi importuna mulier imprecet, nisi vt ne bis quidem delecta percas? Exponam cum quō stuprum, vel quando cōmisit? Quia probauit, istam damnasti. Non putas legem cauissē vt perires, quæ cauit quemadmodū perires? Male de dīs existimas, si sacerdoti suae, tam sero succurrunt. Ita dī maluerunt damnatam absoluere, quā sacerdotē?

C Pars altera pro incesta.

D Amnata delecta est, absoluta descendit. Putares puellā non delect, sed demitti. Lex sacerdotē non ad saxū usq; deferret, nisi sententiā deorū expectaret. Erat altitudo mōtis, etiā securè aspiciētibus horreda.

B

LIBER PRIMVS.

SCHOL. (Hoc expectatis ut.) Subindicat impudetiae fuisse, qd ausa sit deos in saxe inuocare, sed id durum uidetur, cui enim impudetiae sit, qd pmittatur? Nisi intelligat in hoc fuisse impudetiam, qd ita noluerit occultare incestum, deos obtestas. Quasi diceret, impudens fuit in sacrario, erit & in saxe, a maiori. (Dubitari no potest) a fine sumptu. Tandiu aliquid fieri debet qd in aliquo fine accommodatur, quousq; is finis obsinatur. (Pereundi infelicitatem.) Infelicitas enim est semel deiectione non mori, ut rursus deyiciatur. Et est subuersio obictionis. Illa enim dicebat, quia semel deiecta non perij, non debeo repeti. Hic transfert ad deos, qd sic illi noluerunt sepe cruciatam mori, unde subiungit. Quid tibi imprecer. &c. (Exponam cum quo.) Ostendit non esse necessariam narrationem, non enim noui criminis accusatur, & oportere expleri poenam probato sceleri semel irrogata. Et est argumentum sumptu a causa, propter scelus est destinatum supplicium, no est absoluta a scelere, no debet liberari a supplicio. (No putas legem cauisse.) A modo quo fit. Qui praecepit enim hoc modo fieri, praecepit fieri. Modus enim propter esse etum est. (Male de diis existimas.) Occurrit defensioni. Illa enim dicebat se a diis liberatam, quos inuocarat. Sed dij, inquit, no sero succurrunt. A tempore. Et deinde ironiam adiungit, quasi dij no debuissent posius seruare sacerdotem quam dannata.

¶ Altera pars.

Dannata. Ab exitu antecedentia probat, quasi hominem fuerit damnatio deorum absolutio. (Lex sacerdotem,) quasi iam constet miraculo esse seruata, probat no esse repetenda ad supplicium, qd lex deorum sententia expectare videbatur. Nam cu posset aliter occidi, no hoc genus supplicij expectasset, nisi uelut diis noluisse relinquerere puniendam. Sed haec contingentia sunt. (Erat altitudo.) Ex ipso facto prouidentia arguit. Quasi aliter nullo pacto seruari potuisset. Ab effectu causam ostendit.

¶ Diuisio.

Status est, an sit ius absoluvi semel precipitatam. Hoc potest habere duas questiones, alteram scripti est uolutatis. An lex contenta sit deiectione solu, etiam si non contingat mors, an nero no putetur expletum supplicium, nisi morte. Altera coiecturam, an credatur a diis absolta, quae uixerit, haec pedet ex alijs. An potuerit liberari sine miraculo. Quae est quata fuerit altitudo motis, an aliquo maleficio in magico liberata sit. An sit uerisimile a diis absoluvi damnata. Quae pendet ex hoc, an iure damnata sit. Illa prior pedet ex generali. Verba ne obseruanda sint, an uoluntas legum. Deinde particularis, an haec sit uoluntas. Latro illa adiecit questionem. No solu an deiecta perire debeat, sed an semel damnata, est postea inuenta innocens, debeat absoluvi. Sed mihi no probatur. Nam si damnatio est propter culpam, qd no habet culpam, no ui-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. x.

detur dānata. Fuscus Arelius adiecit, an semel seruata à dijs, in maiorem pœnam seruata uidetur. Quæ magis est tractatio, quā questio. Otho Iunius insulsum & stulum induxit colorem, quod minus ferendū est, ut ait Seneca, qui libros colorum edidit. Fortasse, inquit, pœnae se præparauit, & ex quo peccare cœpit, cades re condidicis. Tolerabilius ille, si ueneficijs corpus induruit, ut saxa reuerberaret. Hæc ad uitandum proposuisse erit utile.

¶ DECLAMATIO QVARTA, quæ de fortis sine manib⁹.



DVLTERVM cum adultera qui deprehenderit, Rubrica dum virūq; corp⁹ interficiat, sine fraude sit, liceat adulterium, & in matre filio vindicare. Them⁹. Vir fortis in bello manus perdidit. Deprehendit adulterum cum vxore, de qua filium adolescentem habebat. Imperauit filio, ut occideret. Non occidit. Adulterus effugit, abdicat filium. Contradicit.

¶ Prima pars pro fortis contra filium.

S Olus ego ex omnib⁹ maritis, nec adulterū dimisi, nec occidi. Quis Declas non putet, aut me sine filio, aut filium sine manibus? Conceptus est matio ~~alios sit~~ à quo sciemos? Cum adulterū deprehendi, tunc primū sensi me matrem in filio in bello perdidisse meas, domi etiam filii manus perdi. Tam frustra ad filiū, q̄ ad gladium cucurri. In bellum non peruenit, & ante passus ~~in pugnat nec~~ trax q̄ patrī negauit manus. Vsp̩ eo pugnauit pro nobis, vt pro se non ~~pro patrī~~ posset. Adolescentis quos dimisisti, sequere. Non potui, inquit, matrem occidere. Quo sis excusator, adiutor & patrem.

¶ Pars altera contra fortē hominem pro suo filio.

A Lterū putavi patricidiū, matrē corā patre occidere. Nō semp̩ sceleris sunt iuris. Et truces animos misericors natura debilitat. Intā inopinato flagitiū spectaculo, toto corpore stupuit. Pater tibi manus defuerūt, mihi omnia, priusq; in memoriam reuerterer, exierat. Maior erat scelus, qđ imperabas, qđ quod deprehēderas. Si quid exegeras ultra vitas meas, dicā, ignoscere. Nō possum. Ignoscit pater filio nauigationem recusant, si non ferat mare. Ignoscit non sequenti castra, si non potest, qđ uis ipse pater militaris sit. Ipsam legem recita. Liceat marito, liceat & filio, quare tā multos nominat, nisi quia aliquos putat esse, qui non possunt. Exierunt adulteri inter patrem debilem, & filium stupentem.

LIBER PRIMVS.

SCHOL. (Solus ego) hæc ad cōmiserationē p̄tinent, q̄ nec clemētiæ famā sit cōsecutus ex dīmittēdo, nec uindictā sceleris ex occidēdo. (Aut me sine filio) sa-
tis ostēdit immori gerū filiū, ex quo nō pl̄us capiat fructus, quā si nō haberet. (Cō-
ceptus est iste.) Suspicionē mouet, propter quā uult uideri se, nec animū paternū
habere in filiū, nec filiū in patrē. Quæ autē turpē suspicionē mouent, leuiter p̄strin-
genda sunt, & ueluti cū figura, acutius enim est & urbanius, quā si dixisset ab
adultero. (Et ante patriæ.) Quoniā in scelerib⁹ uindicādis, etiā patriæ opera p̄cō-
statur, quā ille negauit. Sed quomodo prius? Quoniā ei prius uidetur negari, cui
prius debetur, prius autē debetur patriæ. Vel prius negauit, quoniā qui in bellū
cū posset nō exiuit, patriæ uidetur negasse manus. (Vsq; co.) Hoc de patre intelli-
gitur, quoniā dum pro patria man⁹ amisi, se uindicare nō potuit. Et ideo meli⁹
in cōtrouersijs. Nulli unquā uiro forti plus debuistis, usq; eo pugnauit pro nobis,
ut pro se nō posset. Nec mirū si uarieur p̄sona, est enim alteri⁹ declamatoris, q̄ p̄so-
nam patroni nō patris agebat. (Adolescēs.) Perseuerat in eo colore, quæ ex suspicio-
ne sumit, ut dicati ure posse abdicari alienum.

A Altera pars.

A Iterū putauit. oū ἔστις est à circūslātia, qđ scelus uidetur duplicatū, fē
respōdet illi, qđ pater obijciebat min⁹ audientē suisſe, fē optime cōuertit.
Quo enim ille magis urgebat se p̄sente imperasse, hoc fili⁹ dicit lōge indignissi-
mū. Et hoc est à decoro, illud autē qđ adjic̄t à diffīcili. Nō semp scelerā nīi sunt
uiris. (Pater tibi man⁹.) Etiā si debuissēm obteperare, nō potui. (Mai⁹ erat.) Ex cō-
paratione auget, nō enim propter leui⁹ scel⁹ uindicādū, mai⁹ est suscipiēdū. Oia
autē ad causam p̄tinēt. Causa autē efficiēdi est facultas. Quānis enim nō q̄ facultatē
habet, statim fē facit. At q̄ facere debet, necesse est possit. (Ignoscit pater) species
inductionis est à reb⁹ similib⁹. Quales erāt Socratice, qđ in multis similib⁹ fit, id
etiā in alijs debet fieri. (Quare tā multos,) qđ p̄ unū potest fieri, fruſtra p̄cipi-
tur multis.

Diniſio.

Prima patris intētio est, nō fuisti obediēs. Filij depulſio, iure feci, iniuſta impe-
rabas, matrē nimirū occidi. In hoc status, an debuisset occidere imperāte pa-
tre. Pro filio, diuiditur in has quæſtiones, nō debui, nō potui. Nō debui, generalem
habet, an in q̄busuis sit obtemperādū patri, fē si in alijs, an in his q̄ cōtra naturā
sunt. Nō potui, an repentina perturbatio uires frangat, sensum adimat. Rursum
illa, prior, an debuerit ille imperare, ita enim liquebit, an hic parere debuerit. Sed
hæc omnia ex æquo & bono. Nūquid etiā ex lege? an in ijs omnibus quæ per le-
ges licet facere, obediendum sit patri. An in ijs dumtaxat quæ iubent. Alij diuiſe-
runt, an licuerit, & oportuerit, & si licuit & oportuit, an sit ignoscendum ē

qui non potuerit indulgentia repugnante. Hęc omnia tractationem habent longam de affectibus. Patri his uidetur color posse dari, q̄ suū non existimet, quod conscientius fuit adulterij. Filius etiam aliquibus usus est indigere colore, q̄ permittente lege debuisset patri obtemperare, & ideo omnes illi colorem dederunt, q̄ nō potuerit. Quo pulcherrime usus Cæstius. Profiluit, inquit, protinus mater, & amplexu suo manus meas alligauit. Ago confusione meae gratias, quod nihil in illo cubiculo uidi, nisi patrem, & matrem. Pater rogabat ut occiderem, mater ut uiuere. Pater ne nocens impunita esset, mater ut ego innocens essem. Pater recitatbat legem de adulteris, mater de parricidis. Et ultimam sententiam dixit, occidere si matrem turpe est, nolui, si non est, non potui. Habet autem hic locus pulcherrimam hypotoposim ad cōmiserationem, & ex legibus contrarijs controuersiam. Vtri potius sit stādum, permittenti legi, an prohibenti. Et postremo, dilema.

¶ DECLAMATIO QVINTA

de eo qui duas rapuit.



APT A, raptoris, aut mortem, aut indotatas nuptias Rubrica petat. Thema. Vna nocte quidam rapuit duas. Altera mortem optat raptoris. Altera nuptias petit.

¶ Prima pars contra raptorem.

Decla-
matio: **S**upro accusatur, stupro defenditur. Cum altera rapta litigat, alteram aduocat. Vindicate patres. Fortior publicæ discipline severitas surgat. Iam binæ rapiuntur. Coit populus velut publico metu territus, vix credens duos fuisse raptore. Alteram iniuriae rapuit, alteram patrocino. Perieras iam raptor, ni bis perire meruisses. Si te ante rapiuisset, & nuptias optasset, deinde hanc visitasset antequā nuberes, negares illum tubente rapta, debere mori? Nihil amplius raptori præstare potes, quā ne lege tua pereat. Contra aliam legem nullum ius habes. Tu raptori præstas, vt illum ipsa non occidas. Non potes præstare, ne quis occidat.

¶ Pars altera pro raptore.

Intr pares sententias mittor vincat. Refer virginiam, dic Lucretiā. Plures tamen Sabinæ sunt. Contumeliosum mihi erit, te dignam viseri, in cuius honorem homo occidatur, me dignam non viseri, in cuius honorem homo seruetur.

LIBER PRIMVS.

SC HOL. (Si pro accusatur:) nihil debet esse tutum peccato, & ita can sam qua se defendit, turpem ostendit. (Cum altera.) Idem aliter explicatum, & in ipsa cōtrapositione uerborū lepos, litigat sī aduocat. (Vix credens.) alioquin habet ex ijs quae relinquit intelligenda. Nam si duos fuisse raptore, uix propter atrocitatem erat credibile, quanto magis, ubi unum fuisse constet raptorem duorum? (Perieras iam) acuta tradūctio, nisi alteram rapuisse que illum postularet, prioris accusatione dānatus fuisset, quam est igitur pulebra defensio, quae & ipsa dānari meretur? (Si te ante rapuissest.) Fictione uisitatur. Si tu prius rapta fuissest, & tuas nuptias ille optasset, & aliquo tempore interposito rapuissest aliam, non poteras illum liberare, nuptias optando, quoniam iam illi eras destinata, & si nupsiisses, multo minus. Non enim mariti liberantur quemadmodū, nec si futurus imperator, aut legatus aliquam rapuissest. Ergo multo minus eum poteris liberare, cum prorsus ab illo solutus sis. Et est à minori ad maius. (Nihil amplius.) Aliam habet in contiouersia questionem, an statum possit liberare à morte pro stu pro in se perpetrato debita. Et idem ipsum, quod questio est, in argumentum uertitur. A causa, tantum potest quis præstare, quantum lege permittitur.

Altera pars.

INTER pares) hēc omnia ex aequo, & bono sunt iudicanda. Hēc omnia paria sunt, utrāq; rapuit, pro utraq; debetur mors. Eandē habent uim raptæ, uel ad accusandum, uel ad defendendum. Cum igitur pares in hoc sint, uincat que maior. (Refer uirginiam.) Propter illas adulteria sunt uindicata, propter has remissa. Numero igitur que uincunt exempla, potiora sunt. (Contumeliosum,) à maiori ad minus.

Divisio.

HIC status uidetur actionis. Neq; enim obijcenti rapuisti, aut non feci, aut iure feci, aut non fuit raptor respondet, sed legis patrocinio se defendit qd à raptæ postuletur. Si tamē excludamus statum actionis, ut reuera uidetur, in eo statum locabimus. An iuste alterius postulatione ab altera defendantur, & est ueluti comparatiuus. Hoc uero in illa questione nititur. An quod permittitur raptæ sit in ipsis tantum iniuria, an uero etiam in aliena. Qui pro raptæ dicit, sic diuidet, non solum legem de raptæ iniuria intellixisse, ab illa enim, uel sola raptæ uenia posse liberari, & ius dimittere, quod læsa ignoscat, maioribus causisse periculis, & cum pares sint ad dānandum, pares ad liberandum, futuram potentiem que liberet, si in contrarijs legibus mitiorem sequendam. Aduersarius, non ab alijs defendi criminib⁹, alioqui facile esse humile aliquę rapere, cui⁹ postulatio ne liberetur, dimittere posse magistratum, qd in se sit admissum, non autem quod

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xii.

in alios, & si ab alijs non liberatur, multo minus ab hoc. Deinde qui alijs causis
gravioribus non defenditur, ueluti legatione imperio, cum multo minus alterius
petitione defendi. Suspicio etiam mouetur contra illam, an subornata illa sit, quæ
se raptam dicebat, ut stupratorem liberaret.

¶ DECLAMATIO SEXTA DE FI= llo quodam ducente filiam Archipiratæ.



APT VS à Piratis scripsit de redemptione. Non redi
mebatur. Archipiratæ filia eum turare coegit, ut diceret
se vxorē, si dimissus esset. Iurauit ei. Relicto patre, secu-
ta est adolescentē. Duxit illam Orba incidunt. Pater impe-
rat, ut Archipiratæ filiam dimittat, & orbam ducat. No-
lentem abdicat.

¶ Pars prima contra filium.

B Onæ spei vxor, bonæ spei nurus, quæ vel amare captiuū potest, Decla-
vel odisse patrem. In carcere, inquit, ac tenebris facebam. Narret, matio;
inquit, socero beneficia puella, non misericordia mota est, sed libidine.

¶ Pars altera pro filio.

I Llo me loco non deseruit, in quem venire, & pater timuit. Vidisses
membra vinculis pressa, macie retractos introrsus oculos, attritas ca-
thensis, & inutiles manus, talē quis amare, nisi misericors potest? Inter tot
cōsulatus Marius, nihil habet clarius, quā se autorē. Pōpetū, si hæredita-
tis extulissent imagines, nemo magiū dixisset. Seruū regē Roma tulit.
Quid tibi videntur illi, qui rapti ab aratro paupertate sua beatam fecerūt
rem pub? Nō possum⁹ vna felices esse, qđ solem⁹, vna infelices erimus.

¶ SCHOL. (Bonæ speci.) Per ironiam, de qua nec maritus, nec sacer bene
sperare debeant, maritus, quod captiuū sit secuta, unde offendit marito infidam,
quæ meliore cōditione proposita, alium sequetur. Sacer, quæ patrem oderit, unde
nec in se pietatem speret. Prius argumentum à minori, secundum à maiori. Mu-
tit causam facti, & uertit in suspicionem.

¶ Altera pars.

I Llo me loco.) Contrarium interpretatur filius, & amorem in causa fuisse
probat. Argumentum à maiore, à patre ad alienam. (Vidisses membra.)
Imago, uel hypotisis. (Inter tot consulatus.) Ab exēplis arguit plus deberi per
se honestis & merentibus, quā aliena uirtute. Et ideo plus uxori, quod se fuerit se-
cuta, etiam si nullam habeat aliam cōmendationem.

¶ Diuisio.

B iiiii

LIBER PRIMVS.

STatus est in eo. An iusta sit abdicationis causa, quod uxorem nolit dimittere. Sre. Pro filio sic potest diuidi, an humanum sit, an iustum. An humanū eam in laetis deserere, quam in aduersis habuit sociam & adiutricem. Non esse pudendum pauperem, humilem, bene moratam ducere. An illa ex animo bene uoluerit, an propter libidinem. Iustum, non esse uiolādām iurisurandi religionem, nec patria potestate, ad id filium posse cogi, ut repudiet quā semel duxerit. Deinde nec si possit, pium, aut iustum esse. In ijs omnibus loci cōmunes sunt, de laude pauperatis, de amore qui in aduersis exploratur, de gratitudine. Pater qđ ignobilis sit, quod impudica, quod perfida, ignobilis Archipiratae filia, impudica, quae adolescentem sit secuta captiuū. Perfida, quod patrem deseruerit. Et per omnia se debet ostendere de filio sollicitum. Et omnes colores inducit, quibus illam faciat suspectā. Questio illa de iureinurando à patre potest esse. An teneatur iureinurando, qui coactus fecit.

¶ DECLAMATIO SEPTIMA

de Tyrannicida à Piratis dimisso.

Rubrica



IB E R I parētes alant, aut vinciātur. **T**hēma. **Q**uidam alterū fratrē tyranū, alterū in adulterio deprehensum, deprecāte parte ne faceret, interfecit. A Piratis captus, scripsit patri de redēptione. Pater Piratis epistolam misit, si præcidissent ei manus, duplam pecuniam se daturum. Piratae illum dimiserunt. Pater in ægestatem incidit, petit alimenta. Negantē vult in vincula ducere.

¶ Prima pars pro filio Tyrannicida.

Declaratio. **S**i præcideritis, scribe potius, si occideritis. Tyrannicida exitum tyram. **N**isi rogo. Non timeo, ne quas manus Piratae soluerunt, iudices alligent. Pro adultero filio rogas. Quærite nunc vnde Tyranti siant. Duplā dabo. Apparet, pro virīco filio rogat, duplam dabo, alteram pro filio, alteram pro Tyrannicida. Si manus præcideritis. Hoc nec adultero fecimus, nec Tyrano. Etsiānum manus meas petis: Nega tuam esse epistolam, & habes argumentum. Dic, ego rogare etiam pro adultero solo. Remiserunt me rei publicæ cum manibus, patri cum epistola. Hoc nostro saeculo ad fabulas deerat, vt narretur aliquis à Piratis dimissus, alligatus à patre. Eius crudelitatis emptor, cuius nec Pirata venditor. Duplam dabo. Quid necesse est: potui vilius solvi, vt præcidatis ei ma-

DECLAMATIO. SENECAE.

fol. xiii.

nus. Obstupuere prædones, & inquit. Indica patrem, non omnia Piratas vendere. Qualem optem patrem, nescio. Dives debilitat, egens alius gat. Netrum hoc manibus meis expedit. Vbi est patrimonium tuum, vel quo tyrannos instruis, vel quo adulteros facis?

¶ Pars altera contra filium Tyrannicidam.

SVscepi tria prodigiosa inter me, & se furētia. Vnū, qui posset patrem opprimere. Altū, qui fratre violare. Altū, qui patrē. Lex hæc scrip ta est pro malis patribus. Nam boni etiā, sine lege aluntur. Sciebā Piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent, & si sperassent, utiq; præci dissent. Non tra illa patris, sed calliditas fuit. Vnde redimerem, nō habebam. Rogare in tam auara ciuitate neminem poteram, in qua nec filii patres alunt. Vsus consilio sum, sciens Piratas, non crudeles, sed auaros. Feci ut desperarent, quod posses rediri. An prudenter cogitauerim, nescio. Interim feliciter cogitauit. Exclusa mens est, ex quo vidi unum in arte filium, alterum in adulterio, tertium in parricidio.

SC H O L. (Si præcideritis.) Paronomasia, præcideritis, occideritis. (Exitū Tyranni) qualem meretur tyrannus. (Non timeo.) Tuto rogare possim, neq; enim timeo ne uos crudeliores sitis, q; Piratae fuerunt. (Querite nunc,) quasi ex indulgentia patrum nascantur filiorum peccata. (Apparet, pro unico filio rogat,) hoc ironice, & ibi distinguendam, id est non mirum est, si duplam det pro unico filio. Et sequitur statim correclio ironæ, quasi dicat, inuero debere, dare duplam pro filio, & pro Tyrannicida. (Nega tuam esse epistolam.) Id est, ex hoc ipso quod petis, potes habere argumentum, tuam non esse epistolam. Vel aliter, si uis negare te non petuisse, si negaueris tuam esse epistolam, habebis argumentum ex indulgentia tua, qui etiam pro adultero rogare soleas. Vbi enim dixit, habes argumentum, subiicit statim. Dic, quasi hoc est argumentum, q; ita inuidia illi mouet, qui cum rogarerit pro adultero, accuset frugalem. (Rei publicæ cū manibus,) que rei pub. profuerunt. (Patri cum epistola,) ut crudelitatem suam recognosceret. (Hoc nostro saeculo.) Amplificatio, quasi uelut uideri hyperbole.

¶ Altera pars.

SVscepi tria.) Non uidetur satis credibilis color, quem pater usurpat. Neq; enim credibile est cogitasse patrē de Piratis, in illis fore misericordie locū, dupla mercede proposta, sed suscitat illum ad extremū, cum cōmenti sui inconsiderationem reuicit in mētis perturbationem. (Patrē opprimere. (Tyrannum (frater uiolare) adulterio. (Patrem) non alendo (Lex) Interpretatio legis, unde se-

LIBER PRIMVS.

quisur etiam se sine lege debere ali, quia bonus sit, cuius probatio est per colore.
(Et si sperassent.) Et hic quoq; occurrit obiectioni. Nisi pro certo habuisset, non se fuisse tentaturum cum tanto periculo. Et ideo subiungit scire se non crudeles, sed auaros, ademi spem pecuniae, certus de mansuetudine. (Feliciter,) quoniam dimis sus est.

¶ Diuīsio.

IN hoc status, an iuste patri negētur alimēta propter epistolam. Prima que stio est in diuīsione. An omnes patres iubeamur alere. Et pro patre usurpatū primum. Deinde etiam si non omnes sint alendi, se tamen in eorum esse numero, qui ali debeant. Et hic omnes colores exco gitantur ad emolliendū illud factum, nō scripsisse se ex animo, sed ut Piratæ in excedēm desperātes dimitterent. Deinde etiā si ex animo misisset, sic ipsum esse meritum crudelitate in fratres, sed hoc durum. Deinde etiam si in eo dānandus fuerit, iam tamen pert̄sum, esse subleuandū. Pro filio, an illum iam teneatur alere, qui animū paternū exuerit. An etiam si ex animo nō scripserit, illud tamen ipsum utcunq; scriptum dānandū sit. An iuste filio pater iraſceretur, propter imperfectos fratres. Si ex animo scripsit. Inter alios colores inductus est ille pro patre à Portio Latrone, excussam fuisse tot calamitatibus mentem, nescio quid scripserim, olim mibi iam excussa mens est, ex quo filium in arce uidi unum, alterum in adulterio, tertium in parricidio. Ex quo res persus sum sanguine morientis filij. Ex quo relictus sum solus, senex, orbus, egens, odi meos. Quidam sunt colores, quos sola perseverantia tuetur, ut in illo parasito dicit Fabius. In hac controuersia quidam pro patre pr̄termisere narrationem, quae si non pr̄termittatur, certe non nisi summa arte est explicanda.

¶ DECLAMATIO OCTAVA,

quæ est de fortis abdicato.

Rubrica



V I ter fortiter fecerit, militia vacer. Thema. Ter pa ter fortē in acie, quarto volentē extre retinet. No lentem abdicat.

Decla-
matio.

¶ Prima pars pro abdicante.

Quod patriæ superest, patri vindico, O me, filio pugnante, lassum. Iam pro te dubito. Nescio quid lex timet. Miraris, si quod legi satis est, patri nimis est. Gau sa mihi abdicandi est, ne sine filio viuam. Abdicatio mea in potestate

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xliii.

abdicationis est. Optimus finis virtutis est, antequam deficiat, desinere. Lex quoque ter viro fortis, aut difficit, aut consulit.

¶ Pars altera pro fortis abdicatio.

Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me, ter vici militans. Senator post sexagesimum quintum annum, in curiam ventre non cogitur, nec vetatur. Quicquid honoris nomine datur, in utramque partem licet. Alioquin definit praeium esse, cui necessitas imponitur. Ocum imperas animo non ocioso. Tumultus exortus est. In me omnium ciuium diriguntur oculi, & adhuc, verum dicendum, nihil mihi patria debet. Numquid pugnauis nisi coactus. Adhuc militia mea legis munus est. Athenses abdicato vicerunt duce. Quantum vero interest? Ille abdicatio nem virtute delevit, ego merui.

SCHOL. (Filio pugnante.) Emphasim habet. (Iam pro te,) an filius sis. (Nescio quid lex.) Subiudicat legis prohibitionem, quasi lex timeat, ne toties uitator ciuitati sit perniciosus, vel quid infeliciter cueniat. (Si quod legi satis.) A minori ad maius, id erit patri, plus satis. (Abdicatio.) Facit misericordem ipsam abdicationem, & non iniuriosam abdicato, quoniam in eius sit potestate. (Optimus finis.) Consilium & curam pro filio indicat. (Lex quoque) explicat quod prius traxit innuerat, nescio quid lex timet. **¶ Altera pars.**

Certe abdicatis ostendit non esse prohibitionem legis, sed permissionem. (Ter cuncti.) A minori, & inuitu non timuisse legem aliquid insulsum, quando & iuctos pugnare permittat. (Senator.) Et etiam re bene gesta. (Quicquid) qui suscipit honorem, voluntarie suscipit. (Alioquin.) A contrario. Si enim cogitur, praeium non est, & si praeium, non cogitur. (Ocum.) Arguit imprudentiae, & remouet a se facultatem. (Tumultus.) Bene subiicit effectum praecedente iam causa. (In me.) Ostendit iuslum esse militare, quia necessarium. (Et adhuc) facile indicat se teneri ad militiam, ut non coactus, sed sponte videatur facere. (Athenses.) Themistoclem intelligit, de quo Plutarchus. In quibus autem aliqui finiendo dissentunt a patre illum repudiatum esse, & voluntarium matris internum ex filii ignominia conflatum, ea & falsa uidentur, & contrarie quoque autoritates adiungunt. **¶ Dinius.**

In costatus est, an iuste pater prohibeat militiam. Prima questio. An cuiusvis arbitrij sit, lege non cogente militare, & si sit, an in ijs que spectent ad rem publ. patrum sit contineendum imperium. Et an tunc magis debeat patrie satisfacere, cum non cogitur satisfacere, & hoc est quod pro se filius dicit. Tunc suam

LIBER SECUNDVS.

operam uerius posse landari, cum eam ultro impendat. Patri pro se manifestus est color, consulere illi ipsi qui abdicetur. Non iniuste imperare, quod lege fieri licet. Præterea, & rei publ. causa se id facere, ut in alia tempora rei publ. uir fortis seruetur. Pro filio quidam fecere durum colorem, iniustum patri, & male cū hostibus, quā cum patre uiuere.

CLIBRI PRIMI DECLARATIONUM. ¶ FINIS.

LIBER SECUNDVS.

DECLAMATIO PRIMA SECUNDI LIBRI, quæ est de Abdicato post tres abdicandos.

Rubrica



Declaratio.
matio.

IVES TRES FILIOS ABDICAVIT. Petist à paupere unicum in adoptionem. Pauper dare vult. Nolentem ire abdicat. Contradicitur.

¶ Prima pars pro filio pauperis.

NUNQUA futurū putauit, vt aut pater meus liberos odisset, aut diues concupisceret. Dubitauit dñs, an ille amicum tentaret, an hic filium. Ita vero nos sumus pauperes, qui habemus quod diuites rogent. Si immenso abdicavit, odi patrem, tot efficientem iuincientes. Si merito, odi domum tot facientem nocentes. Amo æque paupertatem, & patrem, utrīq; affuet. Non tibi permultis fulta liberis domus est, quanquā nec sic debuisti dare. Tuitior aduersus fortunam est, cui aliquid post damnū superest. Abdico, inquit, appetit, tantum ut vincas. Vna

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xv.

Inter nos disputatio est. Hic me dignum putat bono patre. Ego meo. Diuitiis mihi vis dare, Ego te volo. O merito abdicandum, si talem patrem relinquo. Quem me videri, velim nescio. Innocetem, si abdico, nocentem, si adoptor. Non ut in cæteris abdicationibus, in mea potestate est non abdicari. Perditurus sum patrem, si abdico. Perditurus sum, si non abdico. Quid interest utrum efficiat, an transferat? Et si parentum in omnibus patri, in eo non parentum, quo efficitur, ne pater sit. Graue est carere unico, grantius eo, quem alius concupiscit. Non delectant dominos ignoti seruorum greges. Nec sonantia ergastula laxi turis. Patrem gratis amo. Necesse est ut timeam deum liberis infelissem, Non potest inueniri aptus tēpus recōciliationis. Dives filios querit,

C Pars altera contra filium pauperis.

M Agnum & hoc inter cætera paupertatis incōmodum est, quod abdicationem filius non timeret. Senatorum ad gradum census ascendere facit. Census Romanum equitem à plebe discernit. Census in castris ordinem promouet. Censu in foro iudex legitur. Nunc facilis est paupertatem laudare, q̄ ferre. Si emendati, inquit, fuerint liberi mei, habebo hanc cum illis, si perseuerauerint, habebo pro illis.

C SCHOL. (Tres abdicandos) abdicando fortassis, uel abdicandos, qui soliti fuerint alias abdicari. (Nunquā futurū) auget rei atrocitatem ex eo, q̄ uix credibile sit, fī ideo in aliud q̄duis reiçit fī patris fī diuitis factū, seq; dubitare afferit. (Ita uero.) Enthinema ex repugnatiō. Pugnat enim ut pauper quisq; sit, qui habeat quod diuities roget. (Si immerito.) Mouet suspicionem in postulatio ne diuitis. Et est Dilema. (Amo aequē.) Excludit patris prætextū, indicans patientiam paupertatis. & subiicit causam, quia assuevit. (Non tibi.) Ab iniustili, uel nō expediti. (Abdico inquit.) Ostendit nō ex animo ipsum dicere. (Vna inter nos.) Indicant quæ sequuntur amorem in patre, fī sunt affectuosa. (Non ut in cæteris.) Ostendit magnitudinem rei, fī est Dilema. (Et si parentum.) Refutatio obiectionis. Et est maior in syllogismo. Non debemus parere patri in ijs, quibus illi derogatur, ne sit pater. Et inititur in illa, quia nemo uult, quæ sibi noceant, aut sint dedec tori, quia nemo uult, quod est aduersum sibi ipsi, fī ita argumentum est à contraria. (Non delectant.) Inductio est per quam probat filium, non esse charum patri, quem a se ableget. Nam nec ignoti greges seruorum delectant dominos, nec quos ruri detinet in opere faciendo. Et est ueluti conclusio, patrem gratis amo, uel

LIBER SECUNDVS.

in diuitias hæc dicta sunt, quibus se minime capi ostendit. (Non potest inueniri aptius tempus.) Arguit optimum esse ut redeat cum patre in gratiam. Nam hic qui putabat minime se indigere liberis, quererit alienos. Non debet igitur hic excludere suos.

¶ Altera pars.

M Agnum & hoc.) Miseram predicat suam conditionem, qui propria paupertatem, nec filii sit formidandus, qui nihil amittant abdicatione, & subindicat ideo illos non timere, quia nihil sit quod amittant. Utitur colore, ut propter charitatem uideatur abdicare filium, quem uelit in lautiore esse fortuna, & ampliore familia. Per inductionem enumerat diuitiarum cōmoda. (Si emendati.) Si frugalius uixerint, habebo socios paupertatis eos reducendo, si perseverent in flagitiis, luam illorum intemperantiae poenas. Et indicat se pro remedio usurpare abdicationem in filios, quasi reducturus, si fuerint emendati.

¶ Diuisio.

I Neo status, an iuste imperet cōmutare patrem. Diuisio pro filio iniustus est & inutile. Iniustum, quoniam patrem deserere uelut, quem diligit, & cum sumere, quem odit. Inuutile, quoniam suspectam habet diuitis domum, parum felicem liberis, deinde perniciosa moribus, ubi frugalitatem dediscat, & luxuriosus fiat. Et potest uti colore, se insidioso peti à diuite. Deinde etiam si neque iniustus, neque inutile sit, an quisquam possit cogi ad id beneficium accipendum, quod recusat, & ad eam fortunam cōmutandam, quam patienter ferat. Pater dicit, & iusta se, & utilia imperare. Iusta, quoniam in aliam translatus familiā non debeat dimittere pietatem in patrem, nec ipse in filium. Utilia, quoniam ita utriusque aegestati consulendum, & filius aletur à diuite, & à filio pater. Vt rā maior sit pietas, abducētum à patre patrē acrete, an una cū illo aegestatem tolerare. Nō est probabilis ille color pro patre, quo dicat filium nolle adoptari ne patrem alat. Deinde adiecit illud Seneca extra controvēsiā. ¶ Horridi declamatores fidelius tueruntur colores quos proposuerunt. Nulla sententia dulcedo subrepit, nullum schema sollicitat. Sic quae malam habent faciem, sēpe pudicæ sunt, non animus illis deest, sed corruptor. Gallus Nibius tam magnæ fuit olim eloquentiæ, quam postea insanæ. Cui hoc accidisse unī scio, ut ad insaniam non casu caderet, sed iudicio perueniret. Nam dum insanos imitatur, dum lenociniū ingenij furorem putat, quod simulabat ad uerum rededit. Otho Iunius pater edidit quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphonis libros vocat, tantum in illis somniorum est.

SCHOL. (Horridi declamatores.) Qui nullo inuitamento, aut illecebra delitiarū in oratione a continuando colore auocantur, tanquam qui nimis sunt in ui-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. XVI.

ta sceleri à suo instituto nullis uoluptatibus discedunt. (Sic quae malam.) Allegoria est. Quae sunt turpi facie, tametsi sunt libidinosæ & per se pruriant, quia tamē non sollicitantur, uidentur castæ, cum alioqui uiros expertant. Ita color turpi cause additus, melius custoditur, cū declamator uelut corruptore nō sollicitatur blā dimetis & lenocinijs orationis. Eurorē, appellat affectionem audacis sententiae. Quidam enī ita acumina captant, ut aut nihil dicant, aut stolidæ, aut furiosa, aut impia. Quo quidem uitio, nec Seneca ipse caruit. Genus hoc sibi Hispanū fuit & Cordubense potissimum. Lucanus, inquit, & ueniam meruere dei. Victoria causa deis placuit, sed uict̄la Catoni. Et illud Cæstij. Fremit Oceanus, quasi indignatur, q̄ terras relinquis. Qui eligunt hoc dicendi genus, ita depravantur, ut iussum & iudicium in naturā uertant. (Antiphonis) de hoc meminit Philostratus in sophistis, est autē dictus ὁ εἰρηνικός. i. somniū cōiectōr, de quorū scripsit iudicio.

DECLAMATIO SECUNDA

de iurecurando viri & uxoris.

VIR & uxori iurauerunt, vt si quid alteri accidisset, alter mo Rubrica reretur. Vir peregre profectus est, misit nunciu vxori, qui diceret se deceſſisse, Vxor se præcipitauit. Recreata, tubetur à patre virum relinquare. Non vult. Abdicatur.

¶ Prima pars pro filia vxore.

DIL immortales, qua debetis prudentia humanum gentis regit, Declamat effecistiſtis ut illud non periculum amatis effet, sed experimentum, matios. Hos diuidere vult sacer, quos nec mors quidem diuisit. Moriar, inquit, habeo & causam & exemplum. Quædam se maritorū amore rogis ardentibus miscuerunt. Quædam animabus suis redemerunt maritorū suorum salutem sollicitudine breui. Inter has puellas viua numeratur. Affiduæ cōtentiones erant. Sine te viuere non possum. Immo ego sine te. Qui certatim exitus esse solet, Iureauimus. Hic animus sine dubio iurantium fuit, vt viui non diducerentur, cum illud quoq; cauerent, ne morte diuiderentur.

¶ Pars altera contra filiam vxorem.

NON possum, inquit, relinquere virum. Quicquā non potest, quæ mori potest? Pene dum fallæ mortis nuncium misit, veræ recepit. Potes sine viro pati. Peregrinationem eius tulisti, Iurecurādo iam liberata es casu proximo.

LIBER SECUNDVS.

SCHOOL. (Dij immortales.) Status iuridicialis est, quo defenditur uxoris factum, & probat primū à prouidentia, quae uidetur factum exitu approbas se. (Hos diuidere) à maiori ad minus. (Moriar inquit,) honeste sunt, quae causa, & exemplo sunt. (Inter has puellas uiva.) Amplificatio est per exemplum. Maius est enim uiam inter illas numerari, quae morte sunt gloriam consecutae. (Assidue.) Iusurandum facit honestum, quod fuerit propter coniunctionem maritalis. Id declarat exitus. Qui morte diuidi non sunt, uita minus diuidentur.

Pars altera.

Non possum.) Potuisset assumere colorem contra maritum, callide excoigitasse, quomodo uxorem saluus ipse interficeret. Pater tamē excludit filie excusationem, ostendens esse facile, quod petat. (Iureuirando.) Alteram excludit iurisurandi excusationem.

Dinistio.

Omissi statu qui facilis est inuentu. Prima quæstio est, an pater possit imperare matrimonii dissolui, & coniugali ne, an paterno amori uxor magis teneatur. Et si possit imperare, an iusta tunc sit causa imperandi, q[uod] uirum nolit relinquere. Hæc diuiditur in alias. Primum, an iureuirando teneantur, quo iurauerunt, non nisi morte separandos. Et hæc quæstio est, an possit, deinde si possit an debeat. In eo prima quæstio est, an illud eo animo fecerit, ut uxorem occideret, an uero illefuerit mortem uxoris sequiturus. Et si insidiose id fecerit, an tanto magis debeat in fide coniugali perseverare. A patre, an amantium iuramenta per iocum sive in nostram perniciem facta, obligent. Et an etiā si malo in uxorem animo non fecerit, an tam temerarius & perniciosus alieni animi explorator sit repudiandus. Deinde etiam malo fecisse animo. Et an credibile sit, quem ista occasio effugerit aliam quætiturum. Color potest adduci pro uiro, se imperasse famulo, ut cum iam mori paratam uideret, reuocaret.

DECLAMATIO TERTIA DE nepote ex meretrice suscepto.

Decla-
matio.



BDI CAVIT quidam filium. Abdicatus, se contulit ad meretricem, & ex ea sustulit filium. Aeget ad partem misit. Cum venisset, cōmendauit ei filium, & decessit. Pater post mortem illius in adoptionem recepit nepotem. Accusatur ab altero filio dementia.

DECLAMATIO. SENECAE.

Fol. xvii.

¶ Prima pars pro patre.

Dementia in me non generis arguitur, sanus eram, si non agnosce-
rem meos. Expectabam, ut aliquis pro abdicato rogaret. Nemo
audebat propinquorū fratre cessante, Deficientis spiritus sustinebatur
in aduentum meum. Intrauit, iam cadētes oculos ad nomen meū erexit.
Fugientem animam retinuit. In sinu meo, & filium, & animā depositus.
Nunciatum est mihi in ultimis esse filium. Nec hoc à fratre.

¶ Pars altera contra patrem.

Pater istius incertus est. Bene cum isto ageretur, si & mater. Incis-
dit in meretricem, inter cætera mala & foecundam. Mulier, nescio
aduersus patrem inturiosior sis, quod abstulisti illi heredem, an quod
dedisti. Adoptauit enim filium eius, propter quam elecerat suum.

SCHOL. (Dementia in me. Et c.) Status iuris est, quo defenditur adopta-
tio nepotis, & primo repellit intentionem filij, qui agebat dementiae, causam inte-
rimens, & utitur enthimemate ex repugnantibus. Pugnat enim ut insanus sit,
qui suos agnoscet, immo hoc ipsum est sanitatis indicium. (Expectabam.) Utitur
colore, quo defendit pertinaciam suam in abdicatione. Voluisse se restituere, sed à
nemine rogatum. Et obiter fratrem notat, qui ne pro fratre quidem patrem ora-
rit. (Nemo audebat.) A maiori ad minus, hypotiposis addit affectum. (Nec hoc)
in filium inuidiam mouet.

¶ Altera pars.

Pater istius) Tollit ius repetentis adoptionem, quod incerto patre sit natus,
nec obstat, q. in matrimonio, propter infamiam matris. (Bene.) Ashmos, id
est urbanitas. (Inter cetera,) quoniam ex ea esset filios suscepturus. (Adoptauit.) Im-
probat factum patris, & est enthimema ex repugnantibus. Neq; enim cōuenit, ut
propter quā causam ejus filium, recipias nepotem. Sed potest responderi. Tunc
eeci protervū, nunc recipio supplicem.

¶ Diuisio.

Status est finitiuus, an dementia sit, ex abdicato filio, & meretrice natum sus-
cipere. Hie pro patre facilis est, & plena pietate defensio, totaq; magis tra-
ctatio quā questio. Cōmendat meretricem, reprehendit filium in fratrem, & in pa-
trem impiū. Explicat affectus patrios, describit morientis, & infantulum cōmen-
dantis lachrymas. Potest illa questio præcedere, etiā si plane demens esset, an à fi-
lio accusandus. Pro filio dura est causa, & inuercunda, ideoq; omnibus fucan-
da coloribus. Quidā severū fecerunt, & in eo per totam causam perseuerauerūt.
Alij suspectum esse filium ex meretrice, nec filium quidē fratri, & ne fratre qui-

C

LIBER SECUNDVS DECLAMATIO

dem hoc fieri uoluisse, illa uerba ab ægro impetrata. Potest & hoc obijci patri, q[uod] meretricem amaret, & ideo filium prius abdicauit, & hinc meretricis filium reperitur, & id augetur suspicionibus. Quem colorem fecutus est Fabianus non schemate patri obijciens, sed palam, quid magni flagitijs est, q[uod] amaret meretricem? Solet fieri, adolescens est, expecta emendabitur, ducet uxorem, cur non recipisset, cum uidisset in lupanari habitantem, Abdicasti, inquit, ut emendares, non ut uitia augetes indies. Ad ultimum obijcit q[uod] ægrum non sustulisset. Potest, inquit, conualescere, si uiderit penates suos. Qui finitionem tractarunt, ita dixerunt, quemadmodum Cæstius. Dementia, inquit, res est sanitati contraria. Non queram extra exempla sani hominis, & quod pater interrogat, ipsum sibi comparo. Itaq[ue] contulit patrem olim seuerum filium accusantem, & arguentem luxuriam, tunc autem illa eadem probantem.

DECLAMATIO QVARTA DE raptore patrem non exorante.



APTOR nisi intra tricesimū diem, & sū & raptē patrem exorauerit, pereat. Raptæ patrem exorauit, sū non exorat. Reuin facit dementia.

Pars prima contra raptorem.

Quid contremiscis senectus? Quid lingua trepidas? Quid obtorpuistis oculi? Nondum tricesimus dies est. Nec tristiore quidem vultu expugnata filiae pudicitia tulit. Nemis cito exoratus est. Ne omnia vitia eius ab adolescentia repetā. Virginem rapuit, patrem accusat. Hoc intra triginta dies. Putas me accusatori promissurum, quod filio negauit? Miraris dubitare patrē? Lex ipsa inter mortem, & nuptias dubia est. Semper enim sibi omnia licere credit, nihil me vñquā roganit. Ignouit enim, inquit. Aliquis ante me rogatus est. Demens sum, vides. Numirū turpiter vivo. Legem ignoro, dies tuos nō numero. Demens, inquis es, potest aliquis ignorare, sic roganti? Deliberabo cum amicis, delibrabo cū propinquis, me miseri, quā penè promisi. O me miserū, qui tantum triginta diebus trasci non possum. Quid mirum, si citius illum exorasti? Facilius est donare iniuriam, quā crimen. Procede in medium senex, cuius misericordia crudelis sum. Iam, inquit, angustū tempus est. Et tibi vacat accusare. Sic aliquis

DECLAMATIO. SENECAE.

FOL. xviii.

Exorat? Sic deprecatur? Apparet te nunc primum rogare. Quid enim tanquam demens egis? Non sum exoratus. Non dum transiit tempus. Etiam num exorari possum. Quia iniquum, nondum esse me nocenter, & iam esse reum.

¶ Pars altera pro raptore.

Misericordia pater, irae tuæ detractum est nihil, tempori autem multum. Infelicitas sum, quia si neutrum exorassem. Si seruatus es filium, iam tempus fuit. Si occisurus, iam tempus est. Prior rogatus est, quem magis timebam.

SCHOL. (Quid cōtremiscis senectus.) Imitatio psonæ uim habet. (Nondum tricēsimus,) quasi seipsum cōsoletur adhuc liberū esse, si uelit ignoscere. (Nec tristiore.) Vult fortassis intelligere ex alterius patris uultu non mutato, illo non inuito fuisse raptā, ut ita filię nuptias quereret. Et id est quod adiicit Latro. Tis meo neuerū sit quod audio, ne nouo mandatoque more de nuptijs puellæ exoratus sit, uel quid fortasse turpe intelligit. (Nimis cito.) Adhuc auget suspicionem. (Ne omnia.) Enumerat cur ipse difficulter se patiatur exorari. (Hoc intra,) quasi hoc accedat ad reliqua facinora, quod ante tempus patrem accuset. (Putas me.) Enthimema ex repugnantibus. (Miraris.) Mitiorem facit suam dubitationē, quando et lex dubitet. Sed poterat dici legem affectu carere, & ideo dubitare, quod non est in patre credibile. (Semper enim) culpam retorquet in filium. (Aliquis,) quasi ob hoc ego noluerim ignoscere, quia alterum prius rogaris. (Vides.) Ironiam habent. (Dies tuos,) non sum demens, qui apud me suppudo quod supersine ad deliberandum dies. (Potest aliquis) supplices ueniam merentur, non contumeliosi. Locus à subiecto, uel à contrarijs. (Deliberabo.) Ex hoc iam spem uenienti uidetur polliceri. (Facilius,) quasi iniuriā dicat in alienis, crimen in suis. (Et tibi uacat,) quasi tu angustius facias accusationibus insumendo. (Apparet te.) Ironia. (Quam iniquum) effici aliquid prius, quod sit causa. Argumentū à causis, ita Demosthenes, Diopeshem dicit accusari eorum, quae sit facturus.

¶ Altera pars.

Misericordia pater. Ex medijs colligit finē, & ex incremente summā. (Quia si neutrum,) Quia aperui patris crudelitatem. Et respondet ei, quod patr̄ dixerat, pene iam promisi. (Iam tēp̄ fuit.) Quia ad misericordiā etiā nūc serū est. (Prior rogatus.) A minori ad maius. Et simul subiicit causam, quare prius rogarit.

¶ Diuisio.

Hic illa q̄ filio prætermittitur, an solūmodo hi parētes sint accusādi demētie, q̄ morbo furiūt. Quasdā em̄ q̄stiones recte inquit Latro, iter res iudicatas refiri oportere. Primum pro filio magis est tractatio, q̄ q̄ filio. Diuisio autē est in exte-

C 17

LIBER SECUNDVS.

nuationem culpe, ~~et~~ exaggerationem, tam pertinacis iracundiae, quae uideatur in furorem uergere. Extenuat ab adolescentia, amore, ignorantia, spe uenie impetrans. Autem iracundiam patris, quod raptæ patre exorato, nondum ipse exoretur, non esse illud uelle emendare filium, sed perdere, à seipso dissentire, qui paulo ante fuisse indulgentissimus. Ampla hic tractatio est ad cōmiserationem, ex inclemencia patris, a quo difficultis est ~~et~~ ancesps causa. Nam si spem uenie promittit, contiouersiam dissoluit, si non promittit, crudelitatis subit infamiam. Ita tamen diuiditur, an raptor intra trigesimum diem cum alio possit agere, quemadmodum ij qui in custodia sunt, ~~et~~ si cum aliquo, an cum patre. Nam si hoc nomine patrem accusare licet, non uidetur illi lex liberam facultatem ignorandi permettere, profosito accusationis periculo, ~~et~~ si possit, an debeat. Deinde tractatur iracundiae causa, ubi ita caute se debet gerere, ut ostensa uenie spe, non tamen tollat periculi metum, alioqui contiouersia dissolueretur, in quo subtiliter à declamatoribus sunt inducti colores. Pater Gallio pulchre dixit, si uolebas rogare patrem, admouisses amicos, maiorum imagines, lachrymas, repetitos alte gemitus, testor deos, sic rogatus eram pueræ patrem. Cum, inquit, multum in supplicijs habitum submisseris, cum dixeris paenitent, q[uod] rapui, q[uod] deteriorem roganus, cù dixeris te dementem fuisse, deliberabo cum amicis, cum propinquis, deliberabo cum tua matre, me miserum, quā pene promisi, anime dura, heri fortior eras. Deinde subiūgit, quid properas, nemo tibi preter me roganus est, ergo, inquit, misereberis, nihil promitto ante trigesimum diem. Illa autem herba, anime dura, &c. citantur à Fabio libro. ix. cap. ij.

DECLAMATIO QVINTA DE torta à tyranno pro marito.



ORTA à tyranno vxor, nunquid de virti tyranicæ dio sciret, perseuerauit negare. Postea maritus eius tyrannum occidit. Intra quinquerium non parientem, sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingratis.

¶ Prima pars pro vxore.

Has nuptias tyranicidū diduxit, quas non diduxit tyranus. Thabantur matronæ. Rapiabantur virgines. Nullæ tunc videbantur felictores, quā quæ filios nō habebat. Suspiciens est tyranus de tyranicidio hūc cogitare, siue isti aliqd excidit, siue nō bene tegit vultus ma-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xix.

gna cōsilia, tamē de vxoris garrulitate quārī nō potest, cū sciat quemad modū taceat. Imposita in eculeū sēpius ad absentē virū respexit, q̄ ad præsentē tyrānū. Explicatur tōl aduersus infelicē fœminā tyrānicæ crudelitatis apparatus, & illa instrumēta virorū quoq; animos ipso visu frāgētia, ad excusēdū multebris pectoris semētiā prōponit. Verberib; corpus abrūpit. Nescio respublika, an tibi liberos ista mulier datura, sit, tyrānicidā dedit. Miraris, si transit quinquēniū inter vxorem tortam, & vitrum occupatum? Scissum corpus flagellis, igne adustum, tormentis conuulfum. Ignoscetis puto mulieri, si dixeris, fessa est. Quid tyrānicidio gloriari? Facilius est tyrānum occidere, quā sustinere verbera, lāminas, eculeos. Quicquid antiqua fœnitia inuenierat, quicquid adiecerat noua. Quid amplius dicam? Et tyrānum torquebat, cum de tyrānicidio quateret. Non premit cœsum onerosa sumptibus. Et (vt scētis Alias
mos est) in deterius luxu fluente multebris ambitio certamine mu-
tuo, vscq; in publicā damna priuati insaint. Nunquid gēmas, & ex alie
no littore petitos lapillos? Expecta, potest parere. Non respondeat ad cer-
tam fœcunditas diem, sūt turis retum natura est. Vtrū ne magis miran-
dum esse, tuū tyrānicidium, an huius silentium.

C Pars altera contrā vxorem.

Ego torta sum, merito obilceres, nisi te vindicassem, etiam si sc̄isti de tyrānicidio, nec indicasti, non est beneficium, scelus non face re. Deinde neq; sc̄isti. Non enim tibi indicaui. Nec tam magnum consi-
litum, virilibus quoq; graue animis, cōmisi multebris garrulitatē, quae id solum potest tacere, quod nescit. Quo tempore vxor torta est, nihil ad-
huc de tyrānicidio cogitabam, postea cogitau. Et hæc cogitandi causa fuit, vxoris vltio. Si quod audierat tacuit, non beneficium est, sed fides.

SCHOL. (Has nuptias.) Enthimema ex repugnantibus. (Trahebatur,) auget factum suū per aliarum miseriam. (Explicatur.) Locus est amplificatus
et affectuosus. (Tyrānicidam dedit,) quasi hoc penset sterilitatem, etiam si sit ster-
ilis. (Miraris.) Altera pars, qua probat posse sperari sobolem, à causa. Maxima,
causa sublata, non mirū si non sequatur effectus. (Quid amplius dicam) uno uer-
bo absoluit omnem crudelitatem. (Non premit.) Ad frugalitatem pertinet.
(Expecta,) et id quod erat alterius obiectionis fundamentum, cœrit. Non enim
fœcunditas, aut sterilitas certo tempore dijudicatur. (Vtrum ne magis.) Ex com-
paratione facili.

C Altera pars.

DEniq; neq; scisti.) Maritus assumit colorem nihil illam scisse, & ita nihil deberi, si nihil retexerit. Locus communis esse potest, in garrulitatem malorum. Occurrit ordine singulis obiectionib; ego torta sum, nihil debeo, quia vim dicavi. (Etiam si scisti.) Duplex est diuisio iuris & conjecturæ. (Non est beneficium) à finitione. Non est beneficium, nisi ubi licet utrūvis, aut facere, aut non facere. Nam in finitione beneficij, continetur facere, quod est aliquid positum, non facere autem priuationū est, non sunt ergo eadem. (Nec tam magnū) à maiori. (Quo tempore.) Pertinet ad illud, prius vindicasse, & ab euentu probat voluntatem. (Si quod audierat.) Quorum diversa effecta, diversa sunt & ipsa.

¶ Diuisio.

PRo uxore prima questio est in ingratū, quantum beneficium contulit. Que omnia ad tractationē magis sunt accommodata. Diuiditur autem in id quod passa sit, & in id quod contulerit. Passa est tyrāni cruciatus, hic locus amplificatiuus. Quid contulit? contulit uitam, contulit ut tyrānum possit occidere. Et an illa uisa sit interficisse hoc ipso. Deinde etiam si hoc neget esse beneficium, non posse se repudiari propter sterilitatem incertam. Et hoc questionem habet naturalē, quo tempore fecunditas terminetur, & si certa sit sterilitas, an in grati sit, cum qua tandem, & in magna charitate uixerit, repudiare. Pro marito optime diuisi. Latro, an beneficium dederit, hoc in hac diuisit. Etiam si scisti de tyrānicidio uiri & non indicasti, non est beneficium, scelus non facere. Deinde ne, scisti quidem, non enim tibi indicaui, nec tam magnum consilium uirilibus quoq; animis grave, cōmisi muliebri garrulitati, quae id solum potest tacere, quod nescit. Etiam si dedit beneficium, an receperit. Occidi tyrānum, libertatem mili, tibi ultionem reddidi plenissimam. Persecutus sum nefarium hostem, illic occidi, ubi torserat. Dices me rei pub. causa fecisse, & tu rei pub. causa racuisti. Deinde ultima equitatis tractatio, an quod fecit, sacerdebuerit. Hoc diuisit in hæc duo, an iam certam sterilitatem uxori bone obijcere debuerit, an ne sterili quidem pro certo sit.

Alias
facere.

¶ DECLAMATIO SEXTA

de patre & filio luxuriosis.



VIDAM luxuriantे filio, luxurianti coepit. Accusatue a filio dementia. Contradicit,

¶ Prima pars p̄o patre contra filium.

DECLAMATIO SENECAE.

fol. xx.

Accusator meus intra se contrarios habet affectus, cupit reū dam
nari, crimen absoluī, sed tu senex, inquit, hoc dicens, luxuria tua
serius cōspit, cōtius dēfinit. Quidam summum bonum dixerunt volu-
ptatem. Nihil est mihi opus praeципientibus, habeo exemplum. O sten-
dit tibi luxuriam, quā in te non videbas. Ebrietatē patri obicit ebrius.

¶ Pars altera pro filio contra patrem.

Adoleſcens luxuriosus peccat, senex luxuriosus infantilis. Nemo vi-
ta quæ odit, imitatur. Quis imperator ob hoc de prælio fugit,
vt bene pugnaret exercitus? Non coercet vitia, qui prouocat. Meam
quoq; luxuriam patri imputabo. Non sub ſeuera fui disciplina, nō ſub
bene institute domus lege, quæ poſſet adolescentis formare mores, & à
vitiis ætatis abducere. Quidammodo ad luxuriam à patre præmissus
sum. Madent cani vnguento, & cōmēſſator ſenex nulli nimis luxurio-
ſus, ſed parum fanus videtur.

¶ SCHOL. (Cupit reū) euhibimēma ex repugnantibus, (ſed tu ſenex)
uſurpat orationem filij cuius confeſſione mollius efficit peccatum. (Quidam ſum-
mū) autoritate ſe per ironiam purgat, deinde etiam exemplo, quo magis expo-
brat filio ſtultitiam, qui quod in ſe prius admiferit, in alio reprehendat. Hæc au-
tem controuerſia, conflat ḥytria & ḥyogia, id est mutua accusatione. (Oſtendit
bi) color uſurpat à patre.

¶ Altera pars.

Adoleſcens) diſſoluit obiectionem, non te accuso flagitijs, ſed inſanīe. (Ne-
mo uitia,) & colorem oſtendit ineptum inductione. (Meam quoq;) re-
torquet in illum occaſionem luxuriae, qui ille obiiciebat filio. (Præmissus,) quasi
dux & explorator missus.

¶ Diuifio.

Latro ſic diuifit, an ob hoc accusari pater poſſit, minime ſolere patri obi-
ci luxuriam, non magis quā auariciam, quā iracundiam, non uitia patri
accusari ſolere, ſed inſanīa, alioqui & abdicare filij permittitur. Et ſi poſſit, an
ab eo filio poſſit, qui eodē uitio teneatur. Velut ſi ebrietate obiicias ebrius, etiā ſi ob
hoc accusari poſſit, etiam ſi à tali filio, an ſi ad caſtigandum filium hoc conſilio
uſus eſt, dānandus ſit. Adoleſcens contra, ait. Quolibet alio genere debuisti me ob-
iurgare, Quid ſi adulterium uindicare uelis cōſittendo? Turpe eſt ſic caſtigare hi-
tia, ut imiteris. Aut ſi eo conſilio feciſti, quare ſi coepiſti ſic emendare filium,
cum emendaueris, non deſmis? Et ita pulchre dixit Papirius Fabianus, Nauem
in portu mergis. Alter ſolito tempore labitur, alter inſolito, alter alieno, alter
ſuo. Alter annos ſequitur, alter ſenectuti repugnat. Non ſimulas iſta, ſed facis.

¶ iiiij

LIBER SECUNDVS.

Nec amātem imaginari, sed amas. Nec potantem adumbras, sed bibis. Nec do-
ces dissipare bona, sed dissipas. Nemo uitia quae odiit imitatur. Sequitur deinde
pulcherrima inductio. *Quis imperator ob hoc ipse de prælio fugit, ut bene pugna-
ret exercitus? Quis ut ambitum comprimeret, ipse honores mercatus est? Quis ut se-
ditionem leniret, turbauit rem pub? Omnia autem hæc antitheton habent, id est
contrapoitione. Claudit deinde figurâ sententia. Non coeret uitia, qui prouocat.*

Clubet hic totam latronis declamatione transcribere quæ longe pulcher-
rima est, atq; utinam multo plures, tam integræ extarent, quamquæ hæc multis
locis est, & depravata & intercisa.

DECLAMATIO SEPTIMA DE peregrino negotiato, & formosa.



VIDAM cum haberet formosam vxorem peregre
profectus est. In viciniam mulieris peregrinus merca-
tor migravit, ter illa appellauit de stupro, adiecit pres-
ces. Negauit illa, decessit negotiator, testamēto omnīū
bonorum suorum taliuit formosam hæredē, & adie-
cit elogium, quia pudicam compert. Adiit hæreditas
tem, reddit maritus. Accusat adulterii vxorem ex suspitione.

C Prima pars contra formosam.

Decla-
matio.
PORTII LATRONIS. Quanq; eo prolapsi lā mores sūt, vt ne
mo ad suspicāda adulteria nimī credulus videri possit, tamē ego
adeo longe ab eo vitio semp fui, vt euā timeā, ne quis in me, aut nimia
patientiam, aut nimium stuporem arguat, quod tam seram querelā des-
tuli. Non accuso adulteram, nisi diuitem factam, ex ea domo ream pro-
traho, in qua iam nihil meum est, cum ego tandem peregrinatus sim, nul-
lum periculum terra mariq; fugerim, plus ista intra vnam viciniam, q
ego toto mari, quæsui. Post tantos impudicitiae quæstus, si tacere pos-
sim, confitendum habeo, hac me causa fugisse, vt in accessione patris
monii peregrinando cum uxore certarem. Illud indices mihi tormen-
tum est, quod notata iudicio vero, vt multiplicatam dotem perdat, plus
tamen ex quæstu habet, plus habitura est, quā quātum damnatae perdē-
dum est. Tantum in istam duas amator effudit, vt post pœnam quoq;
expedita fuisse adulteri. **Quæ præceperim uxori proficisciens scio, cæ-**

DECLAMATIO. SENECAE.

Fol. xxii.

tera quemadmodū adolescens, formosus, diues, ignotus, in vicinia for-
mosæ, & in absentia viri nimirū liberæ mulieris cōmigraverit, quemad-
modū assidua societate quotidiana per diem noctemq; libidinis exhan-
stis viribus perierit, interrogate rumorē vos. Intelligo iudices quid offi-
cit meli fuerit. Poteram ego saluo pudore meo nihil de hæreditate suspi-
cari, in qua etiānum autor ab uxore dictus sum. Veni nihil aliud, q̄d ut
fortunam meam querar, nam causam melius vos nostis. Tempus est in
dices de uxore & marito credi, mulierē tam formosam amari potuisse.
Pudica forte sic amari, ne sollicitaretur, potuit. Nec est quod dicat, in
meo istud arbitrio possum: Erratis vos iudices, si non maritis ad solli-
citandam matronam putatis irritamentum, spem corrumpēdi, quēuis
facilem, quēuis amabilem sensum. Si tantum in formosa sperari potest,
quantum placere potest, omnes formosæ in se vniuersos populos con-
uerterent matronæ, qua esse aduersus sollicitates lascivias solent. Prodeat
in tantū ornata, quantū ne immunda quidem sit: habeat comites eius
ætatis, quæ impudicos, si nil aliud, verecundia annorū remoueant, ferat
iacentes in terram oculos, aduersus officiosum salutatorem inhumana
potius quā inuercunda sit, etiam in necessariam resalutādi vicem mul-
to rubore confusa, longe ante impudicitiam neget in ore, quā verbo: in
hac seruandæ integritatis custodia nulla libido irrumpet. Prodite mihi
fronte in omne lenocinium composita, paulo obscenius, quā posita ve-
ste nudæ, exquisito in omnes facetias sermone, tantum non vltro blan-
dientes, vt quisquis viderit non metuat accedere. Deinde miramini, si cū
tot argumētis pudicitiam proscripterit, cultu, incessu, sermone, facie, ali
quis repertus est, qui incurrit retia adulteriæ: se non subduceret inter
nunciu: puto illud sollicitari se, arripi & denudari iussit, flagella & ver-
bera, & omne genus cruciatus poposcit, in plagas deterrimi mancipiū
vix imbecillitatem multebris manus continuit. Quoties quod nō vna
peregrinaretur quæsta est, nemo sic negantem iterum rogat. Cum quo
quæsta est? apud quem indignata est? Abunde in argumentum pudici-
tiae profuturum putas, si stuprum tantum negaueris, quod plerumq;
etiam impudicissima spe vberioris præmissi de industria simulat. Quan-
do de iniuria tua viro scripsisti? Et ne in occasionem similis iniuriae solle-
quido tua pateret, maturiorem redditū rogasti? Et quanto decentius con-
quimeliam penetralium meorū uxoris epistola, quā testamento sollicita-

addidū
fotasse,
ubi s̄esit:

LIBER SECUNDVS.

toris cognoscerē: Miserrimus omnis seculi maritus, si contentus absen-
tia mea fuisset, etiam nunc iniuriam meā nescirem, si quod fecerat tace-
re voluisse. Totes sollicitantē in istam faciem, qua placere poteras, con-
uertisti. Non omne ornementū, veluti causam talis iniuriae execrata es,
quod proximū est à promittente rogata stuprum, taceret. Sola mihi hæ-
res esto. Quid ita habes, inquit, scripsit causas: quā cum semel appellas-
sem, cum iterum, tum tertio appellasse non corrupit. O nos nimium
felices, & auro (quod atunit) seculo natos. Sic etiā qui impudicas quæ-
runt, pudicas honorant. Omníū bonorum meorum, omnis pecunia
mea sola hæres esto, quia corrupti non potuit, quia tot sollicitatione-
bus expugnari non potuit, quia tam fideliter pudicitiam custodiuit.
Tace paulisper nomen autoris, nunquid nō testamento viri creditis? nul-
lam esse in uxore suspicatur infamia inter mutuū eius amorem, aut cers-
te ita creditum, tam morituras tabellas occupat. Si vultis cū munerib⁹
meis imponere, elogium, ex testamento adulteri petendū est. Sola hæres
esto, quāvis aliena, quāvis ignota, tantum, quia pudica, quia incorrupta
est. Quid isti tam censorio adultero non mater est? non soror? nō pro-
pinqua? aut nulla earum pudica est? Idcirco scilicet cum tantis diuinitis
peregrinas urbes in honorem pudicitiae incognitae perambulabat? Illic
vbi natus est, nulla pudica erat: at illuc vbi negociauit? quin nulla non
prostituta erat, vacuo testamento pudica hæres per errorem quæsita est.
Ego adulterā arguo, quā in matrimoniuū recepi, qui cōmuneis ex illa li-
beros precatus sum, qui pudicā mihi libertissime crederē. Adeo ne iam
omnis patientia seculi nostri abiit, vt aduersus querimonias viri uxor
aleno teste defendatur? At Hercules aduersus extenorū quidem op-
tiones speciosissimum patrocinium erat, ego viro placeo. At ego si
hunc morem inscribendi recipitis, in conspectu vestro ita scribam.
Uxor mea hæres esto, quod peregrinante me adamata est, quod hæres
ab adolescentie aleno ac libidinoso relicta est, quod tam infamē hære-
ditatem adiit, à duobus vos testamentis in consilium mitto, vtrum se-
cuturi estis, quo ab adultero absolvitur, an quo dānatur à viro? Ma-
gnus pudicitiae fructus est, pudicā credi, & aduersus omnes illecebras,
atqz omnia delinimenta muliebris ingenti, est veluti solum ac firmas-
mentum, in nullam incidisse fabulan.

CQuę sequuntur ex alta declamatione sumpta sunt. Muliebrisū vitiosū

DECLAMATIO. SENECAE.

FOL. XXXII.

fundamentū avaritiae est. Quae potest nō timere opinionē adulterii, potest nō timere adulteriū. Ex omni rupe cōchyliū trahitur, quo uestis cōtentetur. Infelices ancillarū greges laborāt, vt adultera tenui ueste perspiciat, & nihil in corpore vxoris suae plus maritus quā quilibet alienus, peregrinusq; agnouerit. Futura cōstirabo indicia. Interim qui rogat, cōperit pudicā. Omnes te impudicā loquuntur, pudicā tantū & unus, & peregrinus, cui plus laudator, quā accusator nocet. Vxorē meā nusquam audiui pudicā, nisi in adulteriū elogio. Deince in terram oculos, & aures tuas extēnorū vocibus clande. Si bī quisq; pro te neget, pudicam ille dixit, ego impudicā. Puto plus creditis ciuit, quā peregrino: marito, quā adultero. Ipsum elogium corruptoris animo scripsit, quia pudicam, inquit, compert, quod nulli, præter me contigit,

¶ Pars altera pro vxore formosa.

Errmosa est, hoc natura peccauit. Sine viro fuit, hoc maritus peccauit. Appellata est, hoc alius peccauit. Negauit, hoc pudice. Haec res relata est, hoc feliciter. Hæreditatem adiit. Hoc consulto fecit.

CSCHOL. (Quanquā co.) Exordium est, in quo id agit ne videatur malo animo detulisse uxorem, uel quæ uellet eam repudiare, uel eius bona occupare, atq; ita indicat expedituisse magis sibi, illam non deferre, nec cupide se ad accusationem descendere, qui tandem siluerit, et si posset etiam nunc fileret. (Non accuso) propositio est adiūcis simul causis suspicionis. (Iam nihil meum est,) sed ea solum quibus ab adultero est locupletata. (Post tantos.) Indicat non fuisse sibi liberum tacere, cum si dissimularet tantos questus, protinus intellectu fuerint homines, ideo illum absuisse, ut locum relinqueret uxori turpi questui faciendo. Vel simplex sententia est, qua confitetur causam peregrinationis, ut utriusq; labore res accresceret. (Illud iudices.) Occurrat illi opinioni, qua exsimilatur ideo detulisse, ut bonis omnibus spoliaret, sed non potest id videari, cum etiam si mulieretur magna parte, superfit illi maior. (Quæ præcepimus.) Principium narrationis, quā non ex abrupto aggreditur, sed hac sententia cōnectit, et id quod erat marito turpe dictu, præterit figura, tamen intelligendum relinquit, sparsis omnibus ad credibilitatem suspicionibus. (Poteram ego.) Occurrere eorum suspicioni, qui dicent, ideo detulisse, quod tantam locupletationem alijs adulterij argumentum fore crederet, etiam si id admissum non esset. Sed non eo feci. Nam etiā nunc hæreditatem dissimulare poterā, cū etiā uxor meā uideri uult. (Veni.) Propositio post narrationē, cōiecturalēm habens statu. (Temp

LIBER SECUNDVS.

pus est.) Initium confirmationis, persequitur uerisimilia. Et hæc sumpta sunt ab adiacentibus. Adiacens enim est pulchritudo, lascivia ut sollicitetur. Quæ autem se sollicitari permittit, & ea quiduis uidetur factura. Pudicæ enim, tametsi amen tur, non sollicitantur, quæ sperant posse expugnari, sollicitant. Inde locus cōmu nis sequitur de modestia muliebri. (Deinde miramini.) Inducit ex p̄cedentibus complexionem, non mirum esse si quæ sic proscripterit, id est, uelut in publica au Elione pudicitiam omnium libidini uenalem proposuerit, ab adulteris sollicite tur. (Se non subduceret) auderet internunciū agere. (Puto illud) forte puto ubi illud. Et est alia suspicio, admisisse illam, quæ sollicitanti nō repugnauerit. Neq; enim satis est ut, inquit, semel negare, quod sit interim ad invitandam magis libidinem. Et ita defensionem illius in suspicionem uertit. (Quando de iniuria.) Ab his quæ non fecit, quæ facere debuisset, quæ tamen omnia contingentia sunt. (Tacer.) Ipsum silentium in suspicionem uertit. (Sola mibi hæres.) Persequitur aduersa se partis defensionem, modis omnibus efficiens suspectam. Et primum à pugnab; bus. Quod non sit credibile, in eo qui impudicam expeteret, tanquam pudicitiam fecis se, ut eam integratam donaret hæreditate. (Quid ita habes.) Propositionem aduersarij replet suspicionibus. (Sic etiam.) Entibimema ex repugnantibus. (Tace pa lisper.) si hæc ita proponantur autore non nominato, nōne creditur à marito dicta? (Nullam esse in uxore.) Fictio est, qua maritum morientem representat, & illi uerba tribuit. (Si uultis.) Ut magis pugnare ostendat, cum irrisione hoc addit, ex adulteri testamento uxoris cōmendationem petendam. (Sola mibi hæres.) Aliæ circumstatiæ sunt, quibus fiat incredibilius, quod alicna, quod ignota, cum essent illi multæ sorores, aut mater, aut propinquæ, quas non deberet p̄terire, (per errorem) peregrinationem. (Ego adulteram.) Confert personam mariti f̄ adulteri, ut appareat utri sit magis credendum. (Adeo re iam,) quasi nimium patientes sint uiri, qui patiantur per alienos uxores laudari. (At ego si hunc.) Iocundissima simulatio, qua iudicibus suam remissionem uelut exprobat, & tanquam deprehensum uxoris mendacium pressit, est autem ḥæc, quotiens ad imitationem alterius scripture aliquid componitur, quod nomen dictum est à canicis ad aliorū similitudinem modulatis. (A duob; uos.) Post hæc duo testamēta quibus se utraq; pars tuetur. (Magnus pudicitia.) A rumore locus cōmuni. (Futura estimabo.) Quid ad me pertinet estimare, quod alij sint indicatur? Illud certe scio, me pudicam repertam ab eo, qui rogauerit. (Ipsum elogium,) quasi nusqua alia pudica reperta sit, ita corruptoris elogium seruauit animo.

¶ Altera pars.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xxiii.

¶ Altera pars.

IN altera parte nihil aliud est, quam singulis obiectionibus mire redditia solum.

¶ Diuisio.

Consideranti locos suspicionum, facile per se patet diuisio, quod formosa, quod lasciva, quod passa sit se sollicitari, quod ad virum non scriperit, quod magis credi debeat marito, quam adultero. Et de rumore ultimo loco.

¶ LIBRI SECUNDI DECLAMATIONUM. ¶ FINIS.

LIBER TERTIVS.

¶ DECLAMATIO PRIMA TER-

tii Libri, quæ est de luxurioso à sodalibus cæcato.



AEGVS DE PVBLICO MIL-
le denarios accipiat. Thema. Decem adolescen-
tes cum bona sua comedissent, sortiti sunt, ut
cuius nomen exisset, ex pacto excæcatur, &
acciperet mille denarios. Existit fors cuiusdam.
Excæcatus est, petit mille denarios, negantur.

¶ Pars prima contra luxu-
riosum excæcatum.

Hi sunt oculi quos extinxisti mariti. O legem abrogandam, si
excæcat homines. Nulli dat mille denarios, nisi qui inustus acci-
pit. Dic nunc, miserere, hoc cum excæcareris non dixisti. Respu. debi-
litatem consolatur, non emit. Consumptis patrimonis membra conser-

LIBER TERTIVS.

tunt. Ut ilius est Reipu. unū cæcū repellit, quā nouē fieri. Non solus à nobis petit alimenta, sed primus. Aliam eū, qui propter debilitatem alitur. Non aliam, qui propter alimenta debilitatur. Sic fit, ubi homines maiorem partem vitæ in tenebris ita agunt, ut nouissime sole, quasi superuacuum fastidiant.

Pars altera pro excæcato.

Thī nouem nihil datus est, nulli nō favorabilis erit, si eos a quibus excæcatus est, deceperit. Circūuentus adolescens ab illis nouem veteranis consumptoris, solus, inquit, nouē cogētibus resistere nō potui. Omnia ex cōposito facta sunt. Vnus mentione intulit, omnes approbauerunt. Electus est, qui sortiretur. Sors ei⁹ que exiret prima, subiecta est. Cū repugnaret, excæcatus est. Si circūuentus est, inquit, iniuria psequatur: de vi agat, talionē petat. Videbit⁹, primū est, vt habeat unde viuat.

SCHOL. (Hi sunt) libidinem nota⁹, qui propter prodigalitatē eo sit redactus, ut in excæcatione spem poneret. (O legē.) O stendit contra legē fecisse. Nō enim illa excæcat, sed excæcatus solatur (Inuitus) propter causam qua accipit. (Hoc cū.) Non est dignus cōsideratione, qui sui ipsius non miseretur. (Respub.) Interpretatio legis est, alioqui pernicioſa esset. (Utilius.) Ab eo incōmodo quod sequatur, si hic admittitur. (Alam eū.) Contrapositio est, ē causam legis continet. (In tenebris.) Lucem fugientes propter turpitudinem.

Altera pars.

Circūuentus.) In eo colore perstat quod deceptus sit, & coactus. (Vnus mentionem.) Argumentū quod cōposito. Non enim omnes approbassent, tam impia. (Cum repugnaret.) Argumentū quod non uoluntate, quoniā repugnaret. (Si circūuentus.) O biectionē soluit. Non enim alterū alteri obstat, ut & illos accuset, & habeat ipse, unde viuat.

Diuisio.

Hic intueri licet quomodo status ex legibus nascantur. Nam adolescentes, nisi lex esset, nihil peteret. Petit igitur, ex lege, opponitur non esse illā legis uoluntatē. Ex lege igitur nascitur cōtrouersia. Et tamē cōiecturalis quæſſio est, an illa sit legislatoris uolūtatis. Hęc pendet ex alia, an iustum fuerit illud sentire legislatorum. Aduersarij igitur tuentur, illos solū intelligi, qui calamitate cœci sunt. Primo igitur querendū, an se sponte excæcari passus sit. Vbi ille color adhibetur deceptū fuisse & coactū. Deinde etiam si ex industria sit factum, an solūmodo uerba legis intuenda sint. Et si uerba legis non sint intuenda. Deinde, an uoluerit cum quoq; intelligi, qui primo sponte fecerit, deinde mutarit animum pœnitentia, & an ille mutauerit, id est nunc quoq; uelit eos a quibus excæcatus est iuuare.

DECLAMATIO SENECAE. Fol. xxviii.

¶ DECLAMATIO Secunda de parricida absoluto.

VIDAM Filiū accusauit parricidū. Aequis senten-
tia absolutū abdicat. ¶ Prima pars cōtra parricidā.

Minus est iam qđ rogo. Nō peto vt me a' parr-
ida vindicetis, sed vt separetis. Parricidā, nō ac-
cuso, sed fugo. An isti accusatori parcer, q' patri nō pep-
cit. Igitur nihil mediū est inter testamētū & culeū. Non
est absolutus parricida, sed dubijs sentētiis. Vt absoluatis, multis tibi sen-
tētiis op̄ est. Vt dāneris, vna. Nō absoluētū reū, sed sāculo peperunt.
Miraris in hac ciuitate misericordiā, in qua lex absolitionē dat parib⁹
tabulis? Quæris qđ multis nō placeas? Si vnu adiecerō, parricida es. Ab
solutionē legi, nō innocētiae debes. Absolut⁹, inquit sum. Nō abdico te
pter parricidū, sed ppter alia uitia, q' te fecerūt tā credibilē parricidā.

¶ Pars altera pro parricida.

Manifest⁹ est adolescētis color, vt dicat se autoritate p̄tis opp̄stū.
¶ SCHOL. (Aeqs sentētijs) sic absolutū, ut adhuc suspicio esset. (An iste.)
Mouet suspicionē. Nō tuto cū eo se uiuere, quē parricidij accusauerit, fī sic ueluti
necessariā ostēdit abdicationē. (Igitur nihil.) Si indignū indicaueritis testamēto,
nihil sup̄st q' ut culeo. i. supplicio parricidiij dānetis, fī si ab hoc absoluatis, dignū
indicabitis testamēto. (Nō est absolut⁹.) Traclat pr̄e iudiciū, quo probat nō esse ab-
solutū, q' dubijs sentētijs absoluatur. (Vt absoluatis.) Vna sentētia pr̄eter illas sa-
tis erat ad dānandū, plures nōdū ad plane absoluēdū: ergo à maiore, nec paucior-
es. (Nō absoluētū.) Quæstio de nolūtate. (Sāculo peperūt.) Dū noluerūt ostē-
dere, tā suspectos se habere sāculi mores, ut in eo parricida existeret. (Miraris in
hac.) Argumentū misericordia absolutū, cū fī leges ipse sint misericordes, q' pa-
rib⁹ sentētijs absoluūt. A maiori. (Nō abdico te) hoc ad alia quæstionē p̄tinet, an
si parricida non sit, propter alia uitia sit abdicandus. Argumentū autē aliorū uit-
iōrum, q' parricida creditus fit. ¶ Diuīsio.

An absolutus sit, q' parib⁹ sentētijs absoluatur. Hec quæstio ex ægitate ma-
gis q' ex iure tractatur, fī si absolutus sit quoad legē, an recte faciat pater
illū a se expellendo. Hec autē alijs nititur, nō esse propter innocētiā absolutū, sed
propter legis misericordiā. Deinde nō tuto admitti cū, quē parricidij insimulaue-
ris. Et si iure sit absolut⁹, an ille abdicādūs, q' ceteris uitijis eā de se cōcītauerit sus-
pcionē. Pro adolescētis sunt quæ dicūtur cōtra falsa pr̄e iudicia. Innocētiae oppres-
siones, cōtra probabilitā, suspicione. Et potissimū autoritate patris oppressum.

LIBER TERTIVS.

DECLAMATIO TERTIA de abdicato, qui fratrem abdi- catum adoptauit.



V M filio tricenario pater patrimonium dedit. Thes-
ma. Quidam habust filium frugis, & luxuriosum. Ab-
dicat luxuriosum. Frugi peregre profectus est. Captus
est a piratis, scripsit de redemptione patri. Patre cessan-
te, luxuriosus praeuenit, & redemit. Rediit frugi. Abdos-
puit fratrem suum. Abdicatur.

C Prima pars pro fratre adoptante.

Non est, quod quisquam me laudet. Prior frater fecit inter nos ples-
tatis exemplum. Vna nauigauit, vna periclitatus est, vna omnes
emensus est terras. Non reliquit me, tandem ad paternam domum re-
duxit. Non est quod excusatione aetatis utaris. Potes navigate. Vtique
gratias agere debes. Frater me isti reduxit. Ego isti fratrem. Si tanquam
inertem abdicasti, nauigauit, si tanquam impium, suos redemit. Non pos-
test eripi filio, quod lege accepit. Quomodo enim pater potest eripere,
quod non potest dare?

C Pars altera contra filium adoptantem.

Mihis necesse est abdicare, quem nolo. Hoc uno alter alteri placet,
quo utique patri displaceat. Ut amur medicina qua cogimur, quod
in vulneribus periculis fieri solet, ut malum cum ipso corpore exerce-
tur. Adoptare adolescenti permittitis, quem lex in dividendo patrimo-
nio experitur. Lex te ad ministerium patrimonii admittit, non in domi-
nium. Est aliqua aetas, a qua filius esse desinat. Nec tricenario, quidem
filio adoptare licet. Neque enim quisquam potest alium in manum suam re-
cipere, qui in aliena manu est. Quomodo fieri potest, ut tibi potestas
vitae necisque, aut in fratrem sit, aut in filium non sit? Si bene de te merue-
rat, patrem pro illo rogasses. Nam quod ego non redemi, paupertatis fuit.
Nihil in medio comparebat. Quicquid tunc tricenarius reliquerat, ab-
dicatus abstulerat. Quid facerem solus, senex, inops, cuius patrimonii
alter diuiserat, alter absumperat?

SCHOL. (Non est.) Causam facti pietatem ostendit. (Non est quod.)

DECLAMATIO. SENECAE. Fo. xxv.

Contra senem est, qui se ætate excusabat. (Ego isti.) Nam me non reducto, frater reditutus non erat. (Si tanquam inertem.) Refutatio est sublatis causis. (Quod lege accepit.) Iubet enim lex cum tricenario rem diuidi. (Quomodo potest.) Quod non potest pro arbitrio ergare, non potest pro arbitrio eripere, quoniam utrumque ab eadem facultate est, nimurum quod ipsius est.

C Altera pars.

Mibi necesse est.) Color est, se inuitum facere, & tanquam ad extrema re media descendere. Vnde subiicit, utamur medicina. &c. (Hoc uno,) q̄ interq; sit abdicatus conciliantur sibi, quasi in inuidia meam, & me consensu suo torquere uolentes, hoc autem ipso mibi displicent. (Adoptare adolescenti.) Interpretatur legem, quasi non illa integrum facultatem patrimonij tradat. Sed solū modo in divisione experietur, id est tentet, qualis sit postea futurus cum plenū habeat dominium. Et ita adiungit, lex te. &c. (Est aliqua ætas.) Probat semper esse in potestate patria, quia semper sit filius. Causa enim ut quispiam sit in patria potestate, ea est q; sit filius, quæ dum manet, manebit ē id quod effecit. Qui uult autē locos cognoscere, conferat illos ad id quod probant. Ut hic filius cum patria potestate confertur, & agnoscitur, esse causa tanquam aliquid inseparatum, ut sunt propria. Syllogismus autem sic neclit. Nemo potest alium adoptare qui sui iuris ipse non est, sed Tricenarius sui iuris non est, hoc probatur. Quia nulla ætas est à qua filius esse definit. (Quomodo fieri potest.) Vis tu habere potestatem in fratrem, quod non licet, ē non uis me habere in te filium, quod licet? ē est argumentum à minori. (Si bene de te.) Quomodo poteras debuisse pensare beneficium. (Nam quod ego) colore uititur, q; propter paupertatem non redemerit, quā paupertatem & filii imputat, ut uel sic iuste uideatur abdicasse.

C Diuisio.

AN Tricenarius sit in patria potestate, an qui est in patria potestate possit adoptare, & si nō possit, an iā diuisio patrimonio possit. Hęc habet alias, lex quæ patrimonij diuidit, administrationē solū bonorū, an usum permittat. Et si possit adoptare, an contra uoluntatem patris, & si contra uoluntatem possit, an debeat, & si debeat, an fratrem debeat. Hęc pendet ex alijs. An tantum à fratre beneficium acceperit, quod non possit aliter pensare. An idem ipsum fuisse à patre accepturus, si facultatem habuiisset. Vbi color pro patre est.

DECLAMATIO QVARTA de seruato filio,

D

LIBER TERTIVS.



ERVATVS contra seruatorem; nequaquam habeat actionem. Seruatus a filio eum abdicat. Ille præscribit.

C Pars prima contra filium seruantem.

L Icuisset perire, cui non licet loqui. Seruatum me putas? Captus sum. Redde me hosti. Captiuus loquitur. Qui licet. Quo iam tantopere beneficia vitæ facta? Audite quis prior dederit. Si quis me hosti reddiderit, seruatorem vocabo. At vos abdicationem putatis actionem, etiam si actio est, lex quæ de seruato loquitur, ad personas tantum extraneas pertinet. Ad filium, & ad patrem non magis, quæ ad seruum & dominum, libertum, & patronum. Vt à patria potestate discedas, & ad estimationem beneficij ventias, qui dat vitam, si prior accipit, non obligat, sed reddit. Processi in aciem in exemplum filio meo. Vis cit me non hostis, sed ætas. Seruauit me, quem sepe seruauerat. Rediuium me senem meretrix vocat. Parasitorum tocantium materia sum. Omnibus istis tanquam seruatoribus tacere iubeor. Fili si vivere mihi non licet, cur perire non licuit? Ego, inquit, te proteksi. Ita tu adolescens in acie non ante patrem stetisti? Audite filii mei gloriam, parricidium non fecit, cum posset seruare, seruauit.

C Pars altera pro filio seruante.

H Ic me genuit. Hic mihi spiritum, hic mihi has manus, quibus seruaretur, dedit.

CSCHOL. Actionis verbū generale est ē speciale, ut Vlpian⁹ tradidit in de uerborū significatione. Nā omnis actio dicitur, sive in personā, sive in rem sit peti-
tio. Actionis autē exclusio, exceptio est qua illā infirmam⁹. Qua autē ius agēdi adi-
minim⁹ præscriptio. Præscriptio itaq; imponit agēti silentiu, ē rem differt. Exce-
ptio autē ab ipsa nos accusatione defendit. Fortunatius tamē Rhetor præscriptio,
in q̄, actionē excludit, trāslatio differt. Queritur pater, q̄ phibetur actionē intēde-
re. (Icuisset perire) optatis est. (Seruatum) auget in felicitate, cui ne id qđc, licet
qd captiuis licet. (Quo iā) O flendit ne beneficiū qđc accepisse, qđ esset debitu. (An-
uos). Nō potest abdicationē tanq; actionē prohibere. Abdicatio enim actio nō est.
Et est quæstio generis q̄ ad finitionē deducitur. Et si abdicatio actio sit nō prohibe-
tur patri, sed alijs. Argumētū à simili. Quemadmodū nec seruo cū dño, liberto cū
patrono, licet agere, sic nec in iure filio præscribere. (Vt à patria.) Aliā questionē
facit, an beneficiū acceperit. (Processi.) Ab omni parte extenuat beneficiū. Primū,
q̄ ipse filio exēplū sit fortitudinis. Deinde q̄ nō ab hoste, sed ab etate sit uetus, qđ

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xxvi.

Seruauerit seruatus, & seruauerit in cōtumeliā, ut ludibrio esset meretrici, & parafito, quos filio sic obiicit. (Fili si) si nūc uobis uideor int̄pestiuus uitæ, cur tūc interire passus nō es? (Ita tu adolescens,) quasi dicat, si me protexisti, etiā & te ipsum q̄ ante patrē slabas. Et tendit ad cōiecturā. Quid ego scio, an me seruare uolueris, an te rātu, & si maxime uolueris, nō est beneficiū nō admittere parricidiū, quod admittere uidebaris me deferendo.

¶ Diuīsio.

Hic apparet plane statū actionis excludi. Quānis enim de actione disceptatio fit, an dari debeat cōtra filiū, tamē in causa status fundatur, an seruato contra seruatorem sit actio. Que questio in alias diuiditur, iuris & æquitatis. Iuris, an illa lex inter patrem & filium intelligatur, & si intelligatur, an abdicatione sit actio. Aequitatis, an filio pater sit obligatus. Primum an seruatus ab illo, coniectura. Deinde an ille dicatur seruare, qui se simul protexit, & in eodem erat periculo. Finis, deinde, an is dicatur conferre beneficium, qui prius accepit, & si dicatur, an is qui si non contulisset fuisse impius. Filius dicit posse se præscribere. Primum, quoniam non est idem in seruo, aut liberto & filio, & si sit idem, ideo illos non præscribere, quia dominus pro imperio non agat cum illis apud iudicem. Modo qui ad iudicem ueniat iam indicare se non posse cogere. Cetera autem uersantur in cōmemoratione beneficij. Facit inuidiam patri, dum accepta ab illo beneficia cōmemorat, & gratitudine sua illius ingratitudinem ueluti damnat.

DECLAMATIO QVINTA, quæ est de raptâ incontinentie.



APT A, raptoris, aut mortem, aut indotatas nuptias petat. Raptor postulat, ut raptâ ducatur, pater nō vult.

¶ Prima pars contra raptorem.

Iste raptor est. Ego in ius adducor. Non est enim, tam facile homini probò occidere, quā pdito mori. Cōmunit, inquit, lex est, dñi faciat ne cogas me experiri, an tota mea sit. Quādo ergo, inqt, optabis? Hoc tēpore nō possū. Curo vulnera. Fa miliā reficio. Expugnatā domū lugeo, ereptā virginitatē cōsolor. Minā te sibi ipsi custodio. Quādo optabis? Cū raptâ voluerit, nō cū raptor. Quādo optabis? Cū tu nō voles. Quādo, inqt, optabis? paro me optio ni. Cōfirmo animū. Nō est facile hoīem occidere, p̄mo interim gemis

LIBER TERTIVS.

meos, & intorsus harentes lachrymas ago. Scio quid futurum sit. **Vul-**
tus te meus decipit. Stulte quenquā morari putas nuptias filiæ suæ? in
securim incurris, & carnificem vltro vocas. Cum rogare debeas, con-
suetum facis. Nemo vindicare se cogitatur.

¶ Pars altera pro raptore.

Nihil est miserius quā incertū inter vitam mortemq; destitui. Iam
beneficium erit etiam si mortem optauerit. In amorem filiæ istius
incidi. Appellare de nuptiis debui patrem. Feci, sed videte, quā etiā in le-
ge latus sit. Raptor vitam alieni arbitrii habet, libertatem sui. Lex cō-
muniſt̄ est. Habet hic raptor quod timeat. Habet & quod sperare possit.
In lege, inquit, non est scriptū quando, immo statim. Quoties tempus
non adiicitur, præsens intelligitur. Tam longum tibi ius in caput ciuis
permittitur. Crudelitus est quā mori, semper timere mortem.

S C H O L. Raptæ admittebat nuptias, quas raptor appetebat, prohibebat ra-
ptæ pater, tanq; cōtra crudelē, & ibumanū agit raptor. (Iste raptor) Indignū est il-
lū deliqſe, & me accusari. (Nō est em) Cur nō statim optas qd uis, & illū occidis?
Respōdet, nō esse tā facile homini probō occidere, q; pdito mori. Vtitur autē colore
iā antea usurpatō, nā & spem dat futurū ut ignoscat, & tamē nō palā, ne dissol-
uatur cōtrouerſia. (Comunis inqt,) q; ex arbitrio utriusq; Si etī ego nolo indota-
tas nuptias possum mori, & tu potes occidere, etiā si ego uelim. Et colorē magis
aperit, dum optat ne cōtingat uti tota ea potestate quā lex pmittit. i. ne illū pdat.
Et ne se penit⁹ pdat, subdit. Quādo ergo optabis. i. eliges, aut morte meā, aut nup-
tias? Ille autē respōdēs multiplici responſione suspēdit, nō interclusa spe, nec penitus
ostēsa. (Curo uulnera) q; in raptu accepi. (Nō est facile.) Nūc rursum suspendit.
(Scio quid) uerba raptoris sunt, cui respōdet pater, uultus te meus decipit. (Stulte
quenquā,) si ego nuptias uellem, neutiquā differrē. (In securim) dum me cōuitijs
irritas. (Nemo vindicare.) Respōdet ad id quod dicebat reus, tam longū tibi ius
permittitur, uel iam absolue, uel occide, ne imponas necessitatē, inquit. Nemo uin-
dicare se cogitatur, uel non mirum si solūmodo permittat lex, nemo vindicare se co-
gitatur, uel satis per me festino cogendus non sum.

Nihil est. Etiam in tardiu ſuspendendo crudelitas eſt. (Sed uidete.) A maio-
ri. (Raptor uitā.) Docet legē esse comunē. Pater potest uitā adimere, rapt-
or potest si uelit indotata nō ducere. (Habet & qd sperare possit) nuptias. (In le-
ge) obieclio, qua dicit sui arbitrij esse, quousq; uelit ſuspendere, & ideo respōdit,
immō statim. (Tam longū ius) ut tardiu diſtorqueas ſuspēdebo.

¶ Altera pars.

¶ Diuīſio.

DECLAMATIO SENECAE. Fol. xxvii.

AN uolente nuptias filia possit pater prohibere, an iniuria filiae illata patri
uideatur inferri, & si possit, an ex aequo & bono id facturus sit. Locus co-
munis hic pro clementia, & contra crudelitatem. Etiam si postea debeat ignosce-
re, an crudeliter faciat mani metu fatigando.

DECLAMATIO SEXTA DE domo cum tyranno incensa.



AMNI Illati sit actio. Quidam tyrannus ex arce fugi-
entem cum persequeretur, in priuatam domum con-
pulit. Incendit domum. Tyrannus cum domo cōflagra-
uit, præmio accepto, agit cum illo dominus damni.

CPars prima pro tyranicida.

CVr non exclusisti? Quare recepisti? Quare nullam aliam domū
tyrannus petiit. Nemo venienti domum clausit. Aditum in domum
non habui. Non gaudes te aliquid impeditisse publicæ libertati? Hic est
in culis domo tyrannus occisus est. Tanquam tyranicida monstratis. Red-
de, inquit, domum. Ita viuo tyrano non perdideras, tyranni amicus, ty-
ranni satelles, certe, quod negari non potest, hospes. Diu expectauis, an eis-
ceretur tyrannus. Facilius potes accusare aut te, qui tam familiaris tyranno
fueristi, ut illi maxime tua placeret domus, qua illum recepisti: aut tyran-
num, qui tibi dānum dedit, quod in tuam domum confugit. Aut ut cul-
pa te liberem, facilius potes accusare fortunam, quæ tyranum potissimum
ad te detulit.

CPars altera contra tyranicidam,

Alias
habuit
q in arcē
habuit.

EIus debet esse dānum, cuius est præmium. Non est iniquū eius rei
tibi iniuriam imputari, culis fructum perceperisti. Non elegit do-
mum tyrannus, nec enim hoc illi vacabat, sed in eam quā potuit irrupe-
rat. Cum ego in ea non essem, nactus hic occasionem nocendi, intrare
noluit, sed tyranicidum elegit, dubium, lentum, pericolosum urbē, ac-
cepit præmium, matus sine dubio, quā si dānum sarciret.

CSCHOL. (Cur non exclusisti?) Coniecturam mouet, an tyrano faueret,
ab aëlis.) Nemo uenienti.) Potuit alias petere quia omnes petebant. (Aditum in do-
mum,) nisi tibi clam esset amicus, bene potuisset alias domos intrare, qui potuit
penetrare in arcem, uel si (non habui) dicamus, erunt uerba aduersarij. Non po-
tui intrare domum meam, iam incendio septam, cui respondet. (Non gaudes te,)

D iii



LIBER TERTIVS.

quasi dicat, gaudere deberes.) Ita uiuo.) Perseuerat in suspicione. Non mirum est si petas tibi reddi, qui non amiseris uiuente tyrano, quippe illi amicus. (Facilius.) In alias causas uertit culpam, in ipsum, in tyranum, in fortunam.

¶ Altera pars.

EIUS debet.) A subiecto uidetur, qui percipit premium, sentiat danum. (Non elegit domum.) Diluit motum suspicionem. (Cum ego.) Non solum a se mouet culpam, sed etiam in aduersarium transfert. Qui cum possit aliter, periculose urbi mortis genus elegerit. (Accipit premium.) Ostendit etiam ex equitate se petere, quoniam id quod accepit, non solum in premium sit satis, sed et ad pensandum danum inde superfit.

¶ Diuino.

Questio in qua status est, an propter occidendum tyranum possit alicui, etiam danum inferri. Haec questio habet illas, an potuerit aliter occidere. Et si potuerit aliter, an sic comodius, et si eque comode, an sic debuerit. Haec habet alias ex suspicione magis quam ex iure. An ille tyano esset amicus, et præterea, etiam si non esset, se tamen quo serebatur impetu, et ardore non considerasse, quid faceret. Post haec omnia illa questio est, ipse ne ex suo premio, an Responsum teatur pensare danum. Haec habet aliam inclusam, an qui accepit premium, debeat sentire danum, an ad quem ex eo facto peruererit utilitas, id est Responsum.

¶ DECLAMATIO SEPTIMA, de veneno dato filio furenti.



ILIO Furenti, & sua membra lananti pater venenum dedit. Accusat ab uxore male tractationis.

¶ Pars prima contra maritum.

NON mirum est quare viuat, quae filium perdidit. Viuit qui occidit.

¶ Pars altera contra uxorem.

Quem quotidie perdebat, aliquando extuli. Fallaris misera mulier, in orbitatis tuæ tempore, non perdidisti filium nunc, sed extulisti.

SCHEL. (Non mirum est.) A maiori ad minorem, si que occidit uiuit, uiuet que non occidit, sed prodidit. Et ita tacite indicat, quem vel dolor et conscientia debuisse et occidere magnum admisisse scelus, ideoque tanto magis puniendum.

¶ Altera pars.

Quem quotidie.) Docet se pietate fecisse quod fecerit. Et est a fine (in orbitatis tuæ tempore.) Quae putas te nunc perdidisse, iam olim perdideras, ex quo ccepit furere.

¶ Diuino.

DECLAMATIO SENECAE. Fol. xxviii.

AN filium propter pietatem interfecit. Coniecturalis quæstio, etiā si propter pietatem interfecit, an facere debuerit, an quisquā sine autoritate publica debeat manū inferrere, an sit atrocius interfici, quā sic uiuere, an potuerit sanguini. Alfius Flanus in hanc sententiam dixit. Ipse sui est alimentū erat & damnum. Hunc Cæstius, quasi corrupte dixisset obiurgans. Apparet, inquit, te poetas studiose legere. Iste sensus est eius, qui hoc saeculum amatorijs non artibus tantum, sed sententijs impleuit. Ouidius enim in libris Metamorphoseon dixit. Ipse suos artus lacero diuellere morsu, cœpit. Et infelix minuendo corpus alebat.

DECLAMATIO OCTAVA de patre qui accusatur concursus sum fecisse.



VICETŪ & cōcurrsum fecerit, capitale sit. Viuta Olyntho, cum filio adolescentē Olythus senex Athenas venit. Athenientes omnibus ciuitatem Olynthiis decreuerunt. Inuitatus ad cenam ab adolescentē luxurioso, cum filio venit. Ibi cum de stupro filii mentio esset, pater profugit. Filius retentus est. Pater flere ante domū cœpit, incensa est domus. Decem adolescentes perierunt, & filius Olythus. Accusatur pater, quod cœtum concursumq; fecerit.

Prima pars pro reo concursus.

Misero si flere non licet, magis flendum est. Imperari dolori silem non potest. Fuerunt ex populo qui dicarent, hic meum filium, hic meam corrupti uxorem, suū quisq; illo, & ignem attulit, & dolor. Timeo filii ne dum te quæro, in ossa alticutus raptoris incidam. Vide an Vbi Athenarum fides? Vbi hospitales inuicem dextræ? Capti in qua sit potius filii sumus. Dum licet fugiamus, sed tanquam a Philippo. Pariter apud legendū Philippum certe viri fuimus. Lachrymæ meæ vocantur in crimen, qua sit, licet si ex quo Olythus capta est, flere desierim. Tantus scilicet sum, ut in fugia ea ciuitate populum concitare potuerim, in qua filium seruare non possumus, sed tui? Non quoties conuenerunt in aliquem locum plures, cœtus & nō tanquam concursus est, sed quoties conuocati, quoties parati, quasi ad ducem Philippo suum concurserunt. Non si vna vicinia coit, aut si transiuntum paucis apud pli

D ill. lippum

LIBER TERTIVS.

corum numerus affluxit, sed ubi totus, aut ex parte magna populus. Vbi diuisa est in partes ciuitas. Cœtus multitudinis magnæ nomen est, coeuntis ex consensu quodam. At illic initio pauci fuerunt. Deinde reli qui non ad me conuenierunt, sed ad incendium, quod tamen populus maluit spectare, quā extingue. Lex non eum punit, propter quem cœtus factus est, sed eum à quo cœtus factus est. Non mihi tanti vltio fuit, vt amittere filium vellem, & tentauit populum rogare, nec potui.

¶ Pars altera contra reum concursus.

Quid cœtu opus est? Sunt scriptæ ad vindictam iniuriarum omnium leges. Mota semel multitudine, modum non seruat. Ardere illo incendio ciuitas potuit.

CSCHOL. Philippus Olynthum expugnauit, propterea q̄ duos eius fratres posſi cædem unius per misericordiam recepissent, quos ille ex nouerca genitos ueluti participes regni interficere gestiebat. Iustinus libro. viij. (Misero si.) Quod imperatis, & iniustum est & difficile. Prohiberi pro filio lachrymas iniustum, contineri, difficile. (Fuerunt in populo.) Ostendit non solum propter filium, sed propter alia innumera in omnes ciues scelera punitus. (Et dolorem.) Quoniam omnes erant uiolati, qui eo confluxerant. (Dum te quero.) Ad sepeliendum. (Capiti fili,) hunc locum sic emenda, capti in qua fili sumus, licet fugiamus, sed non tanquam à Philippo, apud Philippum certe uiri fuimus. Et ostendit indigniora apud Athenienses, quā apud Philippum passum. (Lachrymæ mee.) Nunc lachrymas non potestis uocare in crimen, nam & ante a flebam, & est à pari. (Tantus scilicet,) hæc pertinent ad conjecturam animi, & est argumentū à facultate, quod desperamus nos posse, id non tentamus. (Nō quoties,) hoc ad finitiones spectat, quā probat à circumstantijs, à causa efficiente, quod conuocati & parati, à fine, quasi ad ducem suū, à numero. Non si una uicinia, à tempore ubi factio[n]es sunt, ubi diuisa est in partes ciuitas. (Cœtus.) Comprehensio, & uelut finitio nominis. (At illic.) Ostendit non competere suo facto hanc finitionem. (Lex non eum.) Interpretatio uoluntatis. (Non mihi tanti.) A pugnatibus. Pugnat enim ut quisque uel in ultionem filium uelit occidere.

¶ Altera pars.

Quid cœtu opus est? Ostendit contraria omnia, uoluisse conuocare cœtum. Nam si aliter iniuriam persequi uoluisses, per leges poteras, qui propositis, aut duobus, aut pluribus unum eligit, uidetur repudiare alterū. (Motu semel.) In culpa est etiam, qui non malo animo conuocari propter periculū.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xxix.

Et deinde periculū subiicit, ardere illo incendio, uel ciuitas potuit, & sunt cuncta.

C Diuisio.

Controuersia tota est finitima ex lege, quid sit concursum facere, aut cœtū conuocare. Potest in has questiones diuidi. An qui nolens conuocari, dicatur conuocasse. An qui id agens, quod lege non prohibebatur, etiam si uoluerit. Et postremo, an conuocari, & si conuocari is ne in culpa sit, qui facit, an propter quem sit. Prima habet conjecturam, an uoluerit. Hæc diuiditur in illas, an potuerit, an expedierit. Secunda ius habet, an id faceret, quod lege prohibetur, id est flere. Tertia fitionem, an quæcumq; multitudo dicatur cœtus, quouis loco, quo uis tempore, quauis causa congregata. Ultima est æquitatis. Vitrum potius lex intelligat, qui mouerit multitudinem, an propter quem mota sit.

¶ DECLAMATIO NONA, DE cruce serui venenum suo domi- no negantis.



GER Dominus pettit à seruo ut sibi venenū daret.
Non dedit. Gauit testamento, ut ab hæredibus cruci-
figeretur. Appellat seruus tribunos.

¶ Prima pars pro seruo.

LEx Cornelio te appello. Ecce hæres iubet, quod tu vetas. Ne quis illum domino displicuisse puz-
tet, tunc huic patari crucem fuisse, cum sibi venenum. Plura serui crimi-
na confitemur, intempestivas potiones, inutiles cibos, desideranti nega-
uit. Quid enim non voluit, qui venenum pettit? Maluit crucem pati &
mereri. Si vincitur, periturus est. Si vincit, seruiturus est et, à quo in cru-
cem pettitur. Ex altera parte lex est, ex altera testamētum. Crux vtrinq;. Furiosus seruū sine causa occidere voluit. Quæritis insanæ argumen-
tum? Et se ipse voluit occidere. Seruo, inquit, tribuni non possunt suc-
currere. Seruū natum, regem habutinus. Seruo indice, patesacta est Bru-
ti liberorum cum Tarquinis conuratio. Ergo nihil interest, venenum
domino aliquis dederit, an negauerit? Etiam ubi remedium nō est mo-
ri, scelus est occidere. Tam cito vos de vita domini seruū desperare vul-
tis quā hæredem. Mortem si supplicium putas, quid rogas? Si benefi-
cium, quid minaris? Venenum quisquā oblixit, nisi datum? Finem vle-

LIBER TERTIUS.

Ium facies tribunitiae potestatis quā P.R. vt ipse plutimum posset, valere plusquā se voluit. Venenum habere scelus est, tam magnum, quā dominum occidere.

¶ Pars altera contra seruum.

Mori volens elegit huic ministerio nequissimum seruum, audacē, infestum sibi. Ille non saluti consuluit domini, quem videbat insanabili morbo tabescere, sed tormenta extendit. Seruus herilis imperii, non censor est, sed minister. Agitur de iure testamentorum, quotū interiit omnis potestas, si viui neglexerint imperia mortuorum. Tribuni ne ferent, vt sur praeferatur domino? Nō morieris dominiarbitrio, morietur dominus tuus?

¶ SCHOL. (Lex Cornelias,) quae de homicidis erat. Seruus punitur ab hereditibus, quod homicida non fuerit, iubent igitur heredes, quod lex uetat, qui uolebant me homicidam esse. (Ne quis.) Videtur hunc colorem uoluisse facere clamator, sibi mortem intulit, ergo non iudicauit malum mortem, cum alij eam uellet inferri. Non igitur quod haberet iniurium seruum iubebat occidi, qui scipsum occiderit, uel ad probandum furore pertinet, furiosus enim existimatur, qui se uoluerit occidere. (Plura scriui.) Ironia est, qua innocentem ostendit. (Quid enim non uoluit.) Videtur obiectionis solutio, fortassis etiam si petebat uenenum se nollet occidere. Quid ita nollet, respōdet ille, qui uenenum peteret? Enthimema ex pugnantiis. (Maluit crucem.) Maluit crucem pati non obtemperando, quā mereri uenenum porrigendo. (Si uincitur.) Mouet miserationem ex utraq; parte proposita miseria, & ita subiungendum, crux utring. (Ex altera parte.) Testamenrum iubet occidi, qui non occiderit hominem, lex non occidit, utri igitur parendū? Vel adhuc proponit miserrimam servi conditionem, qui si obtemperasset domino, lege erat puniendus, si nō obtemperasset, testamento. (Furiosus,) quasi non sit misrum, q; uoluit occidere, uoluit enim furiosus, furoris autem argumentum, quod & se uoluit. (Seruum natum.) Seruum Tullum. Apud Liui libro. pri. In seruorum defensionem, apud Macrobius multa. (Seruo indice.) Vindictius is fuit Vettiorum seruus, apud Liuum libro. ij. pri. de. (Ergo nihil interest.) Si utruis fecerit puniendus est. (Etiam ubi.) Respondet obiectioni, at illa mors erat remedium. (Tam cito uos,) si sciebas moriturum, cur non occidetas? Sperabā uicturū respōdet. Neq; enim tam cito desperat seruus de domini uita, quā heres, qui id sibi finxit quod optat. (Mortem si.) Enthimema ex repugnantiis. (Valere plus.) Vnus enim tribunus intercessione tecum eripit. Quod cum populus aegre posset, tribunos creauit. Sed quomodo cum ipsi tribuni, plebis fauore nitantur, plus potest?

DECLAMATIO SENECAE. Fol. xxx.

Non plus potest, sed uoluit illum plus posse. (Venerum habere.) Etiam si non ipse dares, poteras afferre uenenum, respondet ille, habere, tam est magnum sc̄ius, quā dominum occidere.

¶ Altera pars.

Mori uolens.) O stendit alias eum seruum displicuisse sibi, quem ad tam triste ministerium elegerit. (Ille non.) Mouet suspicionem, qua mente fecerit, à fine. (Seruus.) An seruus omne debeat obire imperium domini. (Agitur de iure.) Præfert testamentum legi. (Morietur dominus tuo?) Nolens enim illi subministrare quod petebat, coegisti illo genere mori. ¶ Diuisio.

Status in eo est. An iusta fuerit causa imperandi ut occideretur, & noluerit uenerum domino porrigere. Diuiditur in has quæstiones. Primum, an propter ullam causam possit seruo dominus necem inferre. Deinde an propter hanc. Hæc rursus in alias. An in ijs debeat obtemperare seru⁹, quæ sciat imperanti pernicioſa. Et si in ijs, an in illis, quæ lege prohibentur. An hoc lege prohibeatur, pertinente uenenum dare, etiam si tu non occidas. Post hæc omnia, etiam si ille imperauerit, & honeste posset imperare, an aliorum sit explere. Hic inducitur color, contra heredem, quem insimulamus, ideo mortem serui petere, & negato ueneno, domini mortem non naturauerit.

LIBRI TERTII DECLAMATIONUM. ¶ FINIS.

LIBER QVARTVS.

DECLAMATIO PRIMA, DE PATRE RAPTO A SEPULCHRIS TRIBU FILIORUM AB ADOLESCENTE LUXURIOSO.



VIDAM AMISSIS TRIBVS LIBERIS, cum assideret sepulchro, à luxurioso adolescenti in vicinos hortos deductus est, & detonsus. Coactus est conuincere interesse, mutata ueste, dimissus iniuriarum agit.

¶ Prima pars pro rapto à sepulchris tribu filiorum.

LIBER QVARTVS.

Nunc lachrymæ opprimentur imperio, sed etiam irritatur. **N**ula flendi maior est causa, quā flere non posse. **N**ā rapuit me, quale in coniuto puderet ventre, dñmisit, qualē ad sepulchrū redire puderet. Credo mirari aliquem, quod in forum amissis modo liberis, veniam. At ego iam in coniuto fui. **Q**uousq; inquit, flebis? **E**st quædam in ipsis malis miserorū voluptas, & omnis aduersa fortuna habet in quere illi leuamentum. Ibi me flere prohibes, vbi crudeliter ipse non flettes. Cum miserrimum sit flere, quā infelix sum, cui nec hoc quidem licet. Vidi ebriorum sitim, & vomentium famē. **Q**uis est iste, qui supralugē tem patrem censuram lugendi postulat? protectus in omnia gulæ libidinisq; flagitia, omnibus denotandus censoribus, sæculo præcepta cōponit. Scit quantum super amissis tribus filiis patri flendū sit, cui si uiueret pater, fletet. Senex, orbus, infelix hoc tantum inter miseras solatium capio, quod miseror esse non possum. Cineres mortuorum in sepulchro video. Magnum solatium est appellare sæpius nomina filiorum, non responsura. Hic mihi vinendum est, nec de nuptiis, nec de liberis cogitandum. Dīrum omen occurrit, cogit flere, qui non sunt. Insulta esset felicis, in illo coniuto morari.

C Pars altera contra raptum.

Qvæstus fui prius de inhumanitate eorum, qui illum propinquitate contigerent. Nemo amicus, nemo, inquit, propinquus est. Sed melius, ut video, illius rabiem nouerant. Festo die sodales, amiciq; mecum, quorum vius. Quid hunc miserum sic perire patimur? Nemo sibi p̄fī finem flendi fecit. Pudet illos desinere, cogi volunt. Consolaret diutius, nisi iam & accusare posses.

C S C H O L. (Nulla flendi.) Dicebat se fletum sedare, eo quo magis prouocabat, nō igitur solebat sedare (Nam rapuit.) Lugubri ueste in coniuto adhibuit, hilari ad sepulchrum remisit. (At ego iam.) A maiori. (Vidi ebriorum.) Magna amplificatio in coniunctione. Si enim ebrij, quomodo sitiebant? aut si uomebant, quomodo esuriebant, magna profecto intemperies eorum, qui fū in ebrietate sitiunt, & in nausea esuriunt, qui non capientes in gestos cibos, alios uellent in gere. (Quis est iste.) Nulli licet modum prescribere alieno dolori, & multo minus luxurioso. (Cui si uiueret pater.) Qui tam est impius fū intemperans, ut nolleat patrem uiuere, nec mortem eius, sed uitam ægre ferret. A repugnantibus. (Senex, orbus.) Ostendit quot & quantæ sunt flendi causæ. (Magnum solatium.) Hoc

DECLAMATIO SENECAE. Fol. xxxi.

ipsum recreat, quod desperationem auget. (Cogit flere.) Prohibendo fletum. (Inuria esset.) In tanto luxu, uel felici mihi indecorum esset. A maiori.

C Altera pars.

Q Vestus fui.) Hunc tuetur colorem, humanitatem & misericordia indu-
tum se id fecisse, & ostendit illius magis suisse obstinationem animi, &
rabiem, quā permittendū dolorem. Prius culpam rei ciebam in amicos, & pro-
pinquos, sed illi qui nouerant eius rabiem, iam desliterant. (Nemo amicus.) Ver-
ba sunt sensis, q̄ dicebat, nec amicos, aut propinquos suisse ausos illum à sepulchro
rapere, uel patroni agentis in persona adolescentis, uel ipsius etiam adolescentis,
nam illud, inquit, s̄epe in his declamationibus ociosum est. (Festo die.) Ad nar-
rationem pertinet, & intuit non suo dumtaxat consilio id factum. (Nemo sibi ip-
si,) h̄ec omnia honestam faciunt adolescentis deliberationem, ita enim secum ani-
mo ratiocinabatur. Cogit uult, ne videatur sponte definere, & est honestus color.
(Cosolarcr.) Ad coniecturam pertinet nō illum ualde ægre ferre, qui accuset, cui
uacat meditari accusationem, non penitus dolore distinetur. Ab effectu.

C Dimisio.

H ACE cōtrouersia magis est tractationū, quā q̄stionū. Primū tractatur,
an officiosum sit, uel nolentis lacrymas interpellare, & si inofficiosum
sit, an ille noluerit abduci a fletu. Et si uoluerit, an coniuicio adhibere, &
ponde re inofficiosum sit. Prima tractatio habet, an liceat, uel contra uolūtatem illa pro-
hibere, que noceant, & si liceat, an ille bono anima fecerit, & misericordia, ac non
potius per ludibrium, & iuuenilem petulantiam, que colorem potissimum arri-
pit prars pro adolescenti. Et illud tentari potest, etiam si petulanter fecerit, an pros-
banda sit petulantia, que in bonum cesserit. Deinde etiam si moderate flet, pos-
se prohiberi, sed non fecisse moderate. An noluerit. Coniectura mentis, an qui flent,
uelint uideri non sponte definere. Et ideo accusat quo pietatem suam magis pro-
bet. An videatur moderati ferre, qui iā accuset, postrema q̄stio tractationis est.

C DECLAMATIO SECUNDA DE ME tello coacto ne fungatur sacerdotio pristino.



A CERDOS integer sit. Metellus pontifex cum ar-
deret Vesta templum, dum Palladium rapit, oculos per-
dit. Sacerdotium illi negatur.

C Prima pars pro Metello.

LIBER QVARTVS.

Vesta mater fortasse nullū sacerdotem haberet, nisi Metellū habu-
tis. Sacrōrū causam ago, nō Metelli. Plus eorū interest, ne Metel-
lum sacerdote, q̄ Metelli, ne sacerdotiū p̄dat. Nō erat tātus Metell⁹, cū il-
li sacerdotiū dedim⁹. Cūlitas sollicita p̄debat. Duo periclitabātur, qui
bus nihil populus habebat preciosius, sacra & Metellus. O faciēndū sa-
cerdotē, n̄iſi effet. Lex integrū ad animū refert nō ad corpus. Lex æstis
mari hoc voluit, tunc cū quis peteret, non cū haberet sacerdotiū. Habet
Vesta duplex pontificis tui meritum, seruauit nec vidit.

¶ Pars altera contra Metellum.

*Sine refert curar. in cla-
re. in p̄me. n. 5.* **S**acerdos nō integri corporis, quas in aliis omnis res vitāda est. Hoc
magis obseruāda est debilitas. Nō enim sine ira deortū debilitatur sacer-
dos. Apparet nō esse propitios deos sacerdoti, quē ne seruati qđē seruat.
SCHOL. De Lu. Metello plura apud Pliniū libro. 7. cap. 43. (Vesta ma-
ter.) Considerāda causa propter quā se debilitauerit, nimirū ut tueretur Vestam,
quæ nisi ab illo fuisse seruata, fortassis non habuisset sacerdos, cur igitur sa-
cerdos non sit per quem alij sunt? (Sacrōrum.) Ab utilitate. (Non erat tantus.)
Propter merita tunc contulimus, mēn̄c maiora sunt, non debemus auferre, manen-
te fine, immo aucto, propter quem aliquid sit, non debet omitti. Maxima hæc est
à fine sumpta. (O faciēndum.) Inclusam habet uim contrariorum, n̄iſi effet sa-
cerdos, deberetis creare, mēn̄c sacerdotium uultis eripere. Aliter etiam à maiori.
(Lex integrum.) Duplex legis interpretatio, an integrum referendum sit ad ani-
mum. Altera, an de sacerdote facto, an faciendo lex intelligatur. (Habet Vesta)
duplex beneficium, primum q̄ oculos amisit, deinde q̄ cæcus seruarit. Hanc tau-
men sententiam dilemate Pollio uoluit eludere, ante hoc si cæcus factus esset,
non abstulisset, si postea cæcus factus, uidit.

¶ Altera pars.

Hoc in uiūclimis. A minori. Hostiae eximiae fī leclē dicebantur quæ dij⁹
erant destinatae, apud Macrobiū. (Post sacerdotiū.) Respondet illi que-
stioni, de quo sacerdote lex sentiat. (Apparet.) Merito hunc colorem non proba-
uit Gallio, summo cum honore Metelli. Afferens contra Metellum agendum ita,
ut cogatur cum iudicibus officio pontificum, & ipse consulere, id est de pro-
pria causa indicare.

¶ Diuīsio.

Scripti fī uoluntatis controuersia est, an intelligat solūmodo de eo qui ante
sacerdotium sit cæcatus, & si de eo etiam, qui iam sacerdos amiserit oca-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xxxii.

Ios, an de eo qui propter tuenda sacra emiserit. Deinde ex circunstantijs persone magis ex aequitate, quam ex iure. Prima illa quæstio habet, an debilitas nideatur iram numinis indicare, etiam in eo qui iam sacerdos est.

¶ DECLAMATIO TERTIA, de patre exule, & filia rapta.



MPRUDENTIS cædis damnatus, quinquento exulet. Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet. Cum quidā haberet filiū, & filiā, imprudētis cædis damnatus in exilium abiit. Filia eius rapta est. Raptor ad patrem puerilæ se contulit. Impetravit ab illo, ut iuberet filiā nuptias optare, & epistolam daret ad filiū. Fratre autore, mortem optauit puerilla. Pater rediit, abdicat filium.

¶ Prima pars contra filium.

Q Vomodo me excusabo Reipub. cui duos abstuli? Neutrū mea culpa. In altero me fortuna decepit, in altero filius. Filia etiam fratri paruit. Filius nec patri. Per humanos, inquit, errores agnoui preces meas. Potes, inquit, omnibus hominum ostendere, quem non possis occidere. Scis me ciuem debere Republicæ. Hoc intererit tamen, quod imprudentes occidimus, & prudentes seruavimus. Alter quem in exilio intra fortunam meam vidi.

¶ Pars altera pro filio.

I Krupit contumeliose tanquam in exulis domum. Peruenit ad patrem, non pepercit eius dolori. At ego querebar, quod absenti fecit iniuriam. Non possum ob hoc abdicari, quod lege factum. Non potuisse pater de iniuria iudicare, quam non noueras. Multa nobis extorquentur, quæ nolumus scribere, & tum fortuna ea eras, in qua possest iniuriam accipere, & ille is erat, qui etiam in patria posset iniuriam facere. Quia sciebat malam causam suam, egit apud illum, qui eam non nouerat. Rediit superbus, tubebat, & nos optare nuptias cogebat. Videbatur sic & illic coegisse. Aliquid tamen epistolis consequutus est. Nemo unquam tardius perire. Collegit ingentem numerum perditorum. Expugnauit domum. Vexauit pueram. Hoc tibi raptor non narrauerat.

LIBER QVARTVS.

SCOL. Imprudentis cædis, quæ per imprudentiam admittebatur, dum hostem putantes, aut alium occidimus. (Quomodo.) O stendit infelicitatem suam sine culpa. (Filia etiā.) A minori. (Per humanos.) Verba sunt filij, inquis mibi filius me agnouisse preces meas, id est quibus ab alijs ueniam precarer, per humanos errores, dum in alijs considero hominū lapsus, qui sēpe solent contingere. Huic illud simile. Non ignara mali misericordia succurrere disco, uel patris etiā es se possunt. (Potes, inquit.) Etiam est obiectio, saltem habebis aliquem hominem, quem possis dicere te non interfecisse per imprudentiam. Quod uelut per ludibriū dicebatur à filio. (Scis me.) Comendat factum suū, q̄ ex officio teneretur facere. (Hoc intererit.) Qui imprudens occidit, non omnino admittit homicidium, qui autem prudens seruat, omnino seruat. Maior igitur pensatio nunc est, quā olim fuerat dānum. (Intra fortunam meam,) id e. supplicem ē abiectum, ē eo magis sui ad ignoscendum promis.

¶ Altera pars.

Irrupit.) O stendit non sūisse ignoscendum per exaggerationem peccati. Primum à modo faciendi, q̄ contumeliose tanquam in domum exulis irruperit, & ostendit ipsius patris causa fecisse. (Peruenit ad patrem.) Impudentiam notat. (At ego quærebar.) Colorem adhibet, q̄ patri uolens placere fecerit. (Non possum.) Omnis autoritas ē legis defensio, ad pronunciata refertur. (Non potuisti pater.) Quæ parum cordate fiunt à parentibus, emendari debent à filijs, né tamen impudenter, hoc uideatur patri obijcere, emollit ea & excusat, q̄ uix potuerit aliter facere, idq; probat his causis, q̄ sublata agnitione, tollatur ē indicium. Præterea ab extorsione petentis, qui uel in patria posset iniuriam facere. Et est à maiori, à fortuna eius qui patretur. (Aliquid tamen epistolis consecutus.) Ut differretur mors. Nemo enim illo tardius periret, qui dignus esset matrius mori. Scro autem perit, qui uit multorum malo, ut de Clodia Tullius dixit. (Collegit) hoc rursum ad circūstantias narrationis.

¶ Divisio.

Dicas potest habere quæstiones, an etiam si cordate, ē honeste pater iussit, debuerit filius obtemperare. Deinde, nec honeste, nec cordate iussisse, prior illa aliam quæstionem habet, an quæ fiunt permittente lege, cōtra iuslum patris imperium, iure possint defendi. Altera sequens illas tractationes habet, an tantū fuerit flagitium, ut non sit æquū condonare. Deinde an quæsciamus patri non probanda, si rem penitus intellexerit, nobis mutanda sint. Deinde an intelligere potuerit. Sublatæ cognitione non potuisse recte iudicare. Detraxisse illum narrationem consulto. Et etiam si potuerit iudicare, propter fortunam suā, ē alterius uiolen-

DECLAMATIO SENECAE. Fol. xxxiii.

tiam non fuisse ausum aliter facere. Bene iudicat Seneca illum colorem non ap- probandum, quo à filio in sororem culpa transfertur. Latro aiebat semper inui- sum esse, qui reum alium pro se subiiceret, non oportet hoc deriuari factum in sororis uoluntatem. Qui defendit, inquit, crimen, auditur tanquā reus, qui transfert, tanquā accusator, malo autem loco est, qui habet rei fortunam, accusa toris inuidiam, Asinius Pollio dicebat colorem in narratione ostendendum, in argumentis exequendum. Imprudenter eos facere, qui in narratione omnia instru- menta coloris insumerent. Nam & plus eos ponere, quam narratio desidera- set, & nimis quam probatio.

¶ DECLAMATIO QVARTA DE eo qui armis sepulchri factus est viator.



EPVLCHRI violati fit actio'. Bellum cum esset in quadam ciuitate, vir fortis in acie, amissis armis, de sepulchro viri fortis arma sustulit. Fortiter pugnauit, & reposuit. Præmio accepto, accusatur sepulchri vio- lati.

¶ Prima pars pro viro fortis.

A Rina vix contigeram, secuta sunt. Hæc si sumo, arma sunt. Si res linquo, spolia. Videlicet vere violari sepulchrū, si illo venisset ho stis. Vterq; quod alteri deerat cōmodauimus. Ille vero arma, ego armis virum, Respub, multum consecuta est. Vir fortis nihil perdidit. Neces- sitas est, quæ nauigia facta exonerat. Neces- sitas est, quæ ruinis incendia opprimit. Neces- sitas est lex temporis. Quicquid fit non legitime pro le gibus, melius est. Pro ipso sepulchro actum est, in quo notiora sunt ite- ri in arma vītricia. Pro Republica plerumq; templa nudantur, & in vīsum stipendiū dona constamus.

¶ Pars altera contra virum fortē.

R Eum habemus, in prælio inertem, in fuga audacē, in utroq; tur- pem, non minus patrocino, q̄ criminē. Arma sua perdidit. Hoc excusari nō poterat, nisi rapuisset aliena, at rapuit aliena. Hoc excusari nō poterat, nisi & sua perdidisset. Arma vītricia, arma consecrata diis manib; ar- ma quæ te quoq; fecerunt virū fortē. Reposui, inquit, arma. Glo- riatur quod non & illa perdi-derit. Non teneor lege, quia reposuit. Tam teneris hercle, quā qui vulnerauit aliquē, licet vulneris sanauerit, quā qui

ille vero arma

LIBER QVARTVS.

surrepuit aliquid, licet deprehensus reddiderit. Non est hoc sibi crimen propter virtutem donandum. Iam gratiam virtuti retulimus, præmitū consecuta est. Aequos nos esse conuenit. Vnum virum fortē honoravimus, alterum vindicemus.

SCHOL. (Arma uix.) Colore usitur, quasi uelit uideri uoluntate deorum id factum. (Si relinquo) Spolia cum diripientur ab hostibus, quæ nunc arma sunt, dum arcent hostes. (Vidissem uere.) Interpretatur legem. Non enim in quocunq; usum prohibentur rapi. Omnium autem est maxime necessarius, cum illius à quo rapiuntur interest rapi. A fine. (Vt ergo, quod.) Non uidetur eretur, quod est melius pensatum. (Respublica) ab effectu. (Necessitas) εὐαγγελία, id est inducō à rebus similibus. (Quicquid) Etiam si fieret præter uoluntatem legis, quia tamen sit propter eam tuendā, melius esset, nūc autē & secundū mente sit. Et ita est à maiori. (Pro ipso.) Etiam si non esset diruendū sepulchrū, magis est tamen nobilitatum. (Pro republica.) A maiori. **A**ltera pars.

Patrocino.) Quoniam turpe est arma perdidi dicere. (Hoc excusari.) Per ironiam dictum. At excusatio si admittatur, rursum alia excusatione indiget, q; mea perdidī, utrumq; autem turpe. (Arma.) Ab his quæ armis adiacent. (Reposui.) Si non reposuisset multaretur, non igitur præmium debetur pro his quæ si aliter facias penā mereris. A contrarijs. (Tam teneris.) A simili. (Non est hoc) sine tollit. (Iā gratiā.) Diuersis causis, diuersa effecta respōdet. (Unū uirū.) Quæ sibi iniucem in eodē non obstant, utraq; præstanda sunt. **D**ivisio.

AN debuerit rapere propter propulsandos hostes. Deinde, an propter hoc rapuerit, prior illa, an illa sit legis uoluntas, deinde, etiam si non sit, an contra leges oporteat facere, quæ defendant ipsas leges. An maior utilitas sit ex direptis, quā bonos fuisset ex non direptis. In secunda consideranda sunt, & quæ antecesserint, & quæ sunt subsequuntur.

DECLAMATIO QVINTA, DE PRIVIGNO MEDICO, & NOUERCA MORIENTE.



BDI CAVIT quidam filium. Abdicatus medicina studuit. Cum pater ægrotaret, & medici negarent posse sanari, sanauit. Reductus est patri, ægrotare nouerca coepit. Desperauerunt medici, rogat pater filium, ut curet nouercam. Nolentem abdicat. **P**rima pars pro filio medico.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xxxiii.

Quo pacto istud enenit, ut abdicatione mea pater ægrotaret, re-
ditu nouerca? Pietati cessere morbi, medicinam relinquo. Mul-
tum laboris, multum vigiliarum. Adhuc quod qui sanantur, ingra-
ti sunt, & medicus possum decipi, & non possum priuignus excusari.
Eundem, inquit, medici morbum esse dicunt. Nempe illi, qui nega-
uerunt te posse sanari. Ego non credo, si fateris illam sic posse sanari.
Timeo fortunam. Imputabitur mihi, si quid acciderit. Ecce tu me nō
posse, non credis. Omnes medici negant, & nunc diligentiores fue-
runt, quia in te decepti sunt. Non sum tantæ scientiæ, quantæ videor.
Magnis præceptoribus opus est. Abdicatus studui. Quæris quomodo
te sanauerim? Nō tibi medicus, sed filius profuit. Desiderio laborabas.
Gratum tibi erat, quicquid meis manibus acceperas. Ut primum intra-
ui, recreatus es. Quid in te curandum esset, aduerti. Hæc non eodem
morbo laborat. Multa sunt dissimilia, sexus, ætas, animus. Nihil ma-
gis ægris prodest, quā ab eo curari à quo volunt. Temerariis remedii
graues morbi curantur, quibus vti non audeo in nouerca.

CPars altera contra filium medicum.

LVgendum est, flendum est, in hoc me conseruasti. Hostis aliqua
do vulnus sanavit, quod fecerat, ob hoc maxime, quia alius sana-
re non poterat. Negant posse sanari. Nemo suscipit, nemo enim vult
filio curationem præcipere.

CSCHOL. (Quo pacto.) Tota hæc declamatio uarijs est referta colori-
bus, inter alios hic usurpatur, q[uod] propterea pater sanari potuerit, q[uod] à filio curare
tur, nouerca, uel solo eius redditu ægrotarit. Causa autem, q[uod] pater conualuerit,
quia abdicatione ægrotarit. (Pietati.) Si propter solâ pietatem morbi leuantur,
medicinam mitto, laboreq[ue] omnes, & uigilias in ea perdiscenda. (Adiace huc.)
Alius color, fieri potest ut medicus fallar, Et illa pereat, Et quod alias esset excu-
satū, propter priuigni nomē infame, erit suspectū. (Eundē, inq[uestiō].) Aliorū obieclio,
sed refellitur, q[uia] hoc ab illis dicitū, qui tuā desperabant salutē, quāvis autē dicant
esse eundē morbi, nō dicūt posse sanari. Quomodo igitur tu liberatus es, q[uia] libera
baris à filio. (Omnes medici) oppono opinioni tuæ opinionē medicorū. (Abdi-
catus studui.) Quasi hoc argumento sit, me non potuisse diu perseverare in studijs,
quāquā Et hoc argumentū cōverti potest. (Quæris quomodo.) Ostendit aliā cau-
sam. (Multā sūt.) Colligit dissimilia. Sic enim similitudo euertitur. (Temerarijs.)
Idē ille color qui prius, imputabitur mibi, si q[uod] acciderit. C Altera pars.

LIBER QVARTVS.

LVgendum est.) Non est beneficiū quod confertur in cruciatū, & ita negat, q̄ ille uolebat uideri pium. (Hostis aliquando.) Occurrit illi, priuignus sum sanare non potero, nam & hostes mederi contingit. (Nemo suscipit.) Transfert in aliam causam aliorum excusationem. **C** Diuīsio

EXclusis alijs questionibus, coloribus dumtaxat se tuctur excusatio filij. Neq; enim in questionem uenit, an pium sit priuigno curare nouercam, cum etiam hostibus remedia exhibeantur. Vsurpat igitur h̄c colorem, morbum sibi uideri insanabilem, etiam si idem fuerit in patre, & subiicit causas, quia in patre facile fuerit curari à filio, in nouerca autem à priuigno, longe sit propter nouercalē odium, difficultimum. Deinde etiam si sanari possit, non tamen audere, cum quia nullius sit scientiæ, aut experimenti, tum etiam si sit non audere tamen mortis sustinere inuidiam, & suspicionem, si eam mori contingat. Ea omnia refellit pater, quoniam & liberari morbo, possit, & si non possit, tamen in patris gratiam, h̄c omnia filio esse sustinenda. Adiicit Seneca. Non oportet adolescentem quicquā nouercē succensere, alioquin odit & gaudet. Ferendus est adolescentis, si se excusat, non est, si uelicitur. Pollio dicebat, inter patres, & filios id solum licere, quod oportet.

DECLAMATIO SEXTA, DE indistinctione filii, & priuigni.



VIDA M mortua vxore, quæ in partu perierat, duxit aliam, puerum rus misit. Ex illa subinde sustulit filium. Vtrumq; puerum ruri educavit. Post longum tempus redierunt similes. Querenti matri, vter eius esset, non indicauit. Accusatur ab ea malæ tractationis.

C Prima pars pro marito.

Quid fletis pueri? securi estote. Nō minimæ iam lites sunt, & nō dum indicauit. Qualis erit nouerca, quæ sic fieri cupit. Alter tu⁹ est. Alter tui frater est, & si per te licuerit, neuter priuignus erit. Dum alterius vis esse mater, vtriusq; es nouerca. Si coegeris, metiar. Nō mater, sed nouerca decipietis. Hos ipsa noluit natura distinguere. Indicare, nisi tam pertinaciter quereres. Hic tu⁹ est. Quid alterū nouercalibus oculis intueris? Ille tuus est. Vni tibi contingit ut habeas priuignum, & non sis nouerca. **C** Pars altera contra maritum.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xxv.

Mala tractationis agit. Filius eius rus ablegatus à patre, & educatus est, sic, ut ignotus esse posset & matri. Tibi rediit vterque filius, huic vterque priuignus. Eo crudelius filio caret, quo propius accessit. Times huius iniuriam, cum ini quis magis ipse ames eum, cui alterius vis donare matrem, quā cui non vis reddere suam.

SCHOL. (Quid fletis,) quasi putatis me indicaturum, & timeatis sanguini ne alter uestrum priuignus sit. (Non minimæ.) A maiori. (Qualis erit.) Ab initio exitus, quale illud apud Fabium. Qui possum Togam prætextam sperare, qui exordium pullum uideam. (Alter tuus.) Clemensius est non distinguere, cum neutrum nunc priuignum putas. (Dum alterius.) Dum distinguui uis, & neutrum putas tuū, & ita neutruius mater es. (Si coegeris.) Frustra illa petuntur, quæ cum accipiuntur, nondum constet, illa ne sint, quæ petebantur. (Non mater.) Dabo tibi illum pro filio, cuius tu nouerca es, & ita decipieris nouerca, quæ te putabis esse matrem. Nō autem decipieris mater, neq; enim dicam qui sit filius, cum esse priuignum. Esto igitur quod sic fiat, unde scies te deceptam? Melius igitur erit, utrumq; ames, dum plane tuū ignoras, quā id postulare, quo decipi possis. Magnum autem argumentū expedire, uel ei qui postulet. (Hic tuus est.) Ex fictione. (Ut habeas priuignum,) dum te utriusq; matrem putas.

C Altera pars.

Mala tractationis. Etiam si te nunc dicas misericorditer facere, non desinit tamē esse mala tractatio, in priore iniuria. (Tibi rediit) retorquet argumentum. (Times huius.) Tu utriusq; es pater, & tamen illum magis amas, cui alienam matrem uis donare, quā alterum, cui non uis reddere suam, iniustum autem est duos afficere iniuria.

C Diuīsio.

An possit cogi maritus ad ostendendum, & an debeat. Non possum, quia cumque certum futurum sit post indicationem, non possum cogi ad id faciendum, quod cum fecero nondū constet. Non debo, quia magis teneor utriq; puero cōsulere, quā alteri. Et an sic consulat utriq;. An ignorans mater uter sit, parent sit in utrumq; amore seruatura, & si id factura sit, an hoc æquius sit, quā sūi illi filium ostendere. Et an sit iustius falli in amore, dum utriq; bene uelit, quā totum amorem uni filio impendere.

C DECLAMATIO SEPTIMA, DE Tyrānicida, & adulterio Tyrāni.

E iij

URSITARIA

NAP

LIBER QVARTVS.



YRANNICIDAE præmiū detur. In adulterio
deprehensus à tyrāno, gladium extorsit à tyrāno, &
occidit eum, petiit præmiū. Contradicitur.

¶ Prima pars contra Tyrānicidam.

Non fecisset tyrānicidiū, nisi illū tyrānus armā-
set. Cuius adulteriū nō fuit, qui etiā tyrāni fuit. Im-
putat nobis, quod in adulterio mori nolunt deprehēsus. Tyrānicida no-
ster ture occidi potuit à tyrāno. Certamen impari cōditione contractum
publica fortuna distraxit. Non innocentior vicit, sed fortior. Tulit se
cum tyranus gladium. Sic enim occisiū venient. Cur solus ad præmiū
venis? Tyrānum certe occidisti cum adultera. Non loricam, clypeumue
sumpsit, sed tenuem ac perlucidam vestem, perfusus vnguento intrauit
cubiculū, in quo nō esse tyranum diligenter agnouerat. Tyrānicida no-
ster ne tyranū inuenit, optauit. Dicat tyrānicidam in arcem tyranus,
non vxor, odiū, nō amor, ascēsurus ferat animū, ferat ferrū, eat illo vbi
inuentat tyranum. Omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio per-
ficit. Sæpe honorata virtus est, etiā vbi eam sefellit exitus. Scelera quoq;
quāvis cītra exitū subsederunt, puniūtur. Nec infelix virtus amittit glo-
riæ titulum, nec gloriā virtutis intercipit fortuita felicitas. Nunq; maios-
tum nostrorū prudentia tantis muneribus tyrānicidiū emeret, si etiam
id libido permetteret. Nouo, inauditoq; more pugnabant. Tyrānicida
pro adulterio, tyranus pro pudicitia. Occidisti tu maritū, fortuna tyra-
num, tyranū cadere Republicæ volo. Occidat illū ciuis iratus, misceat
maledicta vulneribus, qualia in adulterū maritus attulerat. Ab adulteriæ
oculis ad præmiū curris? Nolo tyrānicida imitetur, antequā occidat, ty-
rannū. Pop. Romanus veneno vinci hostem noluit, proditione noluit.
Honorabo subitum tyrānicidium, nō honorabo fortuitū, nō coactū.

¶ Pars altera pro tyrānicida.

Non habebas, inquit, ferrum. Quid enim tyranus profuit quod
habuit? In eo quod inertius ad tyranum venit, non minor vir-
tus est, sed periculum maius. Non queras, quid in arcem tulerim, tyra-
nicidium detuli. Non est gladius meus, sed manus mea est, sed animus
meus est, sed consilium, sed periculū, sed tyranicidium meū. Adulteriū
vocas, quo effectū est, ne quis timeat adulteriū? Diligēter arce munita
occisionē requirens, tētauī seruos, tētauī amicos. Per uxore solā fulsū oc-

DECLAMATIO SENECAE. Fol. xxxvi.

casio. Non putauit adulterium vxorem tyrani polluere, sicut nec homicidium, tyrannum occidere. Ferrum in arcem ferre periculorum erat, inuenire facile. Si tyrannum, inquam, inuenero obutum, quaelibet res telum erit. Certe semper solet secum tyrannus habere ferrum. Gladius inter duos, fortioris est. Quam sollicitus fui adulteri, ne non deprehender.

SCHOL. (Imputat nobis.) Qui non occidit ut tyrannum occideret, sed ut se defendet, non uidetur tyrannum occidisse. Quod quis facit necessitate coactus, non honeste uidetur facere. Causa enim honestorum uoluntas est, honestum finem spectans, non coactus, aut fortuna. (Tyrannicida.) Qui iuste potuit occidi, non uidetur iuste potuisse occidere. A pugnatisbus. (Certamen.) Rejecit in alia causam, quam ille uideri uolebat, id est in publicam felicitatem. (Sic enim occisi.) Ex circumstantijs probat non uenisse cum animo occidendi, et est ab instrumento. Maxima. Qui instrumentum non affert, quo aliquid efficitur, non uidetur uelle facere. Alia autem illa est quae usurpatur a Cicerone. Qui permittit instrumentum, permittit et id, quod illo efficitur. Quid comitatus nostri, quid gladij uolunt? Quos habere certe non licet, si illis uti non licet. Et rursum. Qui adimit instrumentum, adimit esse finem. Haec autem idcirco adduxi, ut ostendam, cum unus locus sit, plures tamen ab eo maximas propositiones deriuari. (Tyrannum certe occidisti,) quasi et illi etiam premium debeatur, que et occasionem praestit, ut tu occideres. Et est argumentum a pari. Quemadmodum nec illi debetur, sic nec tibi. (Tyrannicida noster.) Quomodo conuenit, ut uoluerit interficere, qui noluerit ab illo deprehendi. A pugnatisbus. (Ducat tyrannicidam.) Ostendit honestam oportere esse causam. Et ex contrapositione, arguit suisse in honestam. (Scelera quoque,) id est quamvis non expletar puniuntur. (Nunquam maiorum.) Si a luxuriosis et mollibus, tam preclarae res conficerentur, nunc quam tantis iniuriantur premis. Etiam a pugnatisbus. (Nouo inauditoque.) Nunc magis explicat tyrannicida finem, per antisleton. (Reipublicae,) propter rem publicam. (Occidat illum.) A modo quo aliquid fit. (Nolo tyrannicida.) Ante ipse tyrannum facilis exprimat. (Popul Roma.) A maiori, uel patri, si tyrannum cum hoste conferas. Intelligit autem Pyrrhum, cuius medicus cum polliceretur Fabritio Consuli se regem ueneno necaturum, ad ipsum est cum epistola remissus.

A Altera pars.

Q Vid enim, (quasi hoc sit, quam ferrum afferre, tyranno eripere. (Periculum maius.) Eadē uertit in favore, q̄ alter usurpat in suspicionē. (Tyrannicidū detuli.) Spectetur solummodo effectū, cū de causa nō cōscit. Et est contra illud, spē

LIBER QVARTVS.

Et standam esse uolūtatem factorum. Et est ~~temporū~~ in uerbis: (Non est gladius.) Pensat alterū altero, uel potius superat. Et est amplificatio per congeriem, singula cuius que adduntur, potentiora sunt, (adulterum.) Enthimēnia ex pugnā tibus. Et est traductio in iteratione uerbi, (Diligenter arce.) Vsurpat colorem con filio id factum, per uxorem tyrañi. (Non putauit.) A pari. (Ferrum in arcem.) Colorem tuerit, amouens suspiciones. (Quād sollicitus.) Ex eo ipso, q̄ deprehēsus sum, probo me uoluisse deprehendi. Ab euentu deſlimationem.

¶ Diuīſio.

AN tyrānicidē intelligendi sint quocunq; modo, & quocunq; animo tyra num occiderint. Status in controvērſia legali, scripti, & uoluntatis est. Deinde, an eo animo occiderit, ut occideret tantum, & si eo animo fecerit, an per occasiōnē alterius sceleris debuerit efficere. Prior illa coniecturas habet pro utraq; parte. Accusator enim dicit, qui inermis, solus, adulterij causa in arcem ascēdit, non ascendisse ut interficeret. Tyrānicida contra ea omnia uertit in colorem, consulto id fecisse, quo maiorem haberet occasionem.

DECLAMATIO OCTAVA, DE patrono operas dimissas repetente à liberto.



ER vīm metumq; gesta irrita sunt. Bello ciuiti patre nus vīctus & proscriptus ad libertum confugit. Recepitus est ab eo, & rogatus, vt operas dimitteret. Remisit. Consignatione facta, restitutus exigit operas. Contradicit. ¶ Prima pars pro patrono.

PATRONUS à liberto restitutionem peto. Si pacisci tunc à me voluisses operas, spoondissem. Bona bello perdidisti, ad restitutionem nudus veni. Nunc libertorum operas desidero. Profer tabellas crudeliores tabula Syllanæ proscriptionis. Persequebatur illa, quos vicerat, hæ persecutæ sunt, quos receperant. In illa vītio fuit, in his perfidia. Deniq; illa tam desist, hæ pseuerant. Non mea, inquit, sed aliena vīs fuit. Aequē dignus est poena, qui ipse vīm adhibet, vt qui ab alto admota, ad lucrum suum vītur. In hunc primum incidi. Et dum timeo ne offendere, se cutus sum hoc extigentem. Non recepit me, sed inclusit. Nihil est venia misericordia turpis.

¶ Pars altera pro liberto.

DECLAMATIO. SENECAE. FO. XXXVII.

Nihil tibi opus est potestas. Scisti illum parere, etiam si cogi non potest, quaslibet indicas operas. Nunquam tamen indices, ita periculosa, quam indixisti. Habeo iudicia tua. Bene de seruo iudicasti, manus missisti. Bene de liberto. Proscriptus potissimum ei te commisisti. Si voluisssem, patronum non habere potui. Vnus ex proscriptis fuisti, qui tunc non posses etiam rogari. Restitutio tibi proscriptionem remisit, non quicquid in proscriptione geffisti, rescidit.

SCHOL. Operæ sunt, quas ex officio liberti tenentur patronis præstare. (Consignatione.) Consignatis tabellis, quibus sponsio continebatur. Restitutio est remissio proscriptionis. (Restitutionem peto,) quasi non omnino restitutus, qui liberti operas perdiderim. (Si pacisci.) Necessitate coactum se fecisse ostendit. In ea enim eram fortuna, ut si sic me uoluisses tunc astringere, ad exhibendas operas, sponsurus fuisset. (Nunc libertorum operas desidero.) Bonis omnibus natus, unde tu tanto magis teneris, etiam ex æquitate præstare. (Profer tabellas.) Quibus stipulatio continetur, ne mihi exhiberes operas, sed plus æquo uidetur attollere rem non magna atrocitatis. Omnis autem amplificatio debet habere fundamentum, ne uana & frigida uideatur. Cui enim credibile sit has tabulas crudeliores esse syllana proscriptione? (Quos receperant.) Nam ad se confugientem seruus receperat. (Perfidia.) Liberti, est autem amplificatio per comparationem, quæ magna alioqui sunt, alijs collata, minera uideri uolumus. (Non mea, inquit.) De pulso alterius est, que infirmatur à pari. Perinde enim est ipsum infirme, fū ab alio illatam in suam utilitatem conuertere. (Et cum timeo.) Timore factum indicat, ne proderetur. Quorum causa timor, infirma in iure sunt. (Non recepit,) ηταροφωσις. (Venali misericordia) quæ spe p̄emij miseretur.

C Altera pars.

Nihil tibi opus est. Non indiges potestate iuris ad cogendū, cum ille sponte pareat. (Ita periculosa.) A maiori. Qui in tanto periculo suā tibi operam præstavit, fū in alijs. (Habeo iudicia) Tuo de illo iudicio, probo semper fuisse obsequenter, ideo enim manumisisti cum seruus esset, fū illi te commisisti cum libertus. (Si uoluisssem.) Qui potui prodendo me liberare hoc onere, non sum uisus in conservando, cum detrectasse laborem. (Qui tunc non posses,) qui potuisssem, uel non rogare, quod minus est, quā orare. Et probat iure, qđ prius probauerat æquitatem. Est enim questio iuris, an restitutio omnem pristinam uideatur restituuisse fortunam, an solum proscriptionem remisisse.

C Divisio.



LIBER QVINTVS.

TN co status est, an metu, aut ui operas remiserit. Duplicem tractationem habet, alteram aequitatis, alteram iuris. Aequitatis, an humarum sit ab eo operas exigere, qui ipse fecit prestatuerit, et prestaturus videatur, cuius fidem suo iudicio patronus probabit, dum illum manumisit, dum se illi credidit, qui in tanto periculo seruavit patronum. Iuris, an metu id fecerit, an vim inferat, qui premit aliena ui pressum, qui conditiones exigit. Etiam si metu fecerit, an per restitucionem recuperetur pristina fortuna, an tantum ne proscriptus sit. Adiicit Seneca extra controuerfiam. Omnes inuecti sunt in libertum. Varius Geminius, **E** Otto Iunius egerunt lenius, ut patronus remissurus uideretur operas, si obtinueret. Nam Otto dixit, sine me iudicio meo, uideris redemisse. Fac, iam remittā. Quid me sic times, tanquā inuitus promiserim? Contra Cæstius, ait. Tūc huiusmodi utendum est coloribus, ubi uerendum est, ne uideamur rem duram postulare. Vbi contra honestam personam, promiso iudex molliore fallendus est. Quid in hac persona ueremur & causa? nisi hoc unum, quod ex colore meo uerendum est, ne si nolimus haec remittere, etiam noluisse uideamur.

CLIBRI QVARTI DECLARATIONUM. **C**FINIS.

LIBER QVIN T VS.

DECLAMATIO PRIMA DE EO QUI Incidit alteri laqueum, quo se ipse suspenderat.

For. libe
ratio.



NSCRIPTI MALEFICII FIT ACTIO. Quidam naufragio facto, amissis tribus libertis, & vxore, incendio domus, suspendit se. Praecidit illi quidam ex præterentibus laqueum. A liberto reus fit maleficiti. **C** Prima pars pro eo q[uod] praecidit laqueum,

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xxxviii.

TRes, inquit, liberos perdidit, Utinam & illos seruare potuisse, Vitæ. Mutantur vices felicitatis humanæ. Proscriptus aliquando proscriptus. Vixi fugiunt, proscripti latent, natant naufragi. Amisi, inquit, vxorem, liberos, patrimonium. Tu putas ea te cōditione acceperis sc̄, ne perderes? Ludit te suis fortuna muneribus. Et quæ dedit, auferit, & quæ abstulit, reddit. Nec vñquā tutius est eam experiri, quā cum locum iniuriae non habet. Cn. Pompeius in Pharsalia vixit. Mortem tuorum, tuū putas naufragium. Crassus vixit. Non priuatas perdiderat, sed publicas opes. Omnia tibi fortuna abstulit, sed spem reliquit. Tolle spem hominibus, nemo vixit retentabit arma. Nemo infeliciter experta negociaſione, alios appetet quæſus. Nemo naufragus viuet. Spes est ultimum aduersarum rerum solatium. Ut viueres nasti, misertus sum. Nec in te amplius, quā periculum cogitauit. Non attendi incendium, non orbitatem. Aut si attendi, meminerā te post illa vixisse. Non visus es mihi animum mortendi habere. Legeras locum, in quo interpellari posses.

C Pars altera contra præcedentem laqueum.

TOt ille fundorum dominus, aliena arbore suspendo laqueum. De fortuna nihil queror. Mori permittit. Nunc, inquit, more re. Iniuria est, ut qui meo arbitrio debui, tuo moriar. Amisi uxorem, liberos, patrimonium. Fortuna mihi nihil præter laqueū reliquit. Iste nec laqueū. Sumpsi instrumenta mortis, solitudinē & laqueū. Alterum aptū morituro, alterū misero. Quisquis interueniens, si amic⁹ es, defle, si inimicus, specta. Cū à me iste accusetur, grauiorē de me, quā de reo ferre sententiā. Ego ut ne moriar, iste ut ne prohibeat. Ne hæc narrarem mori volui. Præcidit remedium meū, si qua fides est. Nō enataut, sed electus sum. Nihil iā timebā, nisi viuere. Dom⁹ meæ fata claudio, nullo miseror, qd ultim⁹ mortor. Cul me vitæ reservas? Ut ædificē! Aspice incediū. Ut nauigē! Aspice naufragiū. Ut educē! Aspice sepulchrū. In tam calamitosa domo felictores fuisti, vxor, & liberi. Vobis mori cōtigit.

C S C H O L. Inscriptum maleſicium, quod non est ſcriptum, id est lege nulla notatum, uel expreſſum. Nusquam enim lege ſcriptum eſt, ut incide laqueum pro maleſicio habeatur. Apud Varro n̄ eſt, ne ſi inſcriptū pecus pauerit. (Aliberto.) A liberato emenda. Neq; enim libertus fiebat eius qui liberasset, alioq; uteretur eo argumēto, q; accusat. (Utinā ſt̄ illos.) Vide quā nō me pœnitiat te ſeruasse, ut no-

LIBER QVINTVS.

luerim etiam liberos seruare. (Vine.) Euerit causam, qua se ille molebat suspenderet. (Ludit te.) Dum credis futura perpetua. (Nec unquam.) Nunquam tutius nos illi comittimus, quā cum non habet in quo feriat. Id est ubi abstulit omnia. Et ita uertit in solatum extremam calamitatem. (Ut uiuere natasti.) Velle uidebaris uiuere cum enatasti, & id ego intelligens te cripui. Cætera autem infortunia nouum menti occurrerant, uidetur hic color, sed in causa tam honesta no erat opus. (Postilla.) Qui potuisti tunc uiuere, poteris etiam nunc. (Legeras locum,) id est elegeras. Et à loco arguit, non babuisse animum moriendi.

¶ Altera pars.

Aliena arbore) Amplificatio ex ratiocinatione. Inde enim colligitur magnum fuisse eius paupertatem. (Mori permittit.) Ex coparatione. Si enim præ te de illa non queror, quæ infestissima fuit, utiq. tu infestissimus fuisti. (Nunc inquit, morere.) Non habes q̄ queraris, cum nunc possis. (Sumpsi instrumenta.) Occurrit illi, legeras locum, in quo interpellari posses, (Quā de reo.) Id est probibentes mortem, quod est mihi longe grauius, quā si mori cogatis, dum modo fertatis ne iste prohibeat, & ita tacite indicat se moriturum, qui iam nunc cauet, ne prohibeatur. (Ne hæc.) Clausula hæc concrebatur cum narratione fortassis, in qua sua conumerabat infortunia, unde truncata est. (Precedit remedium.) Ex relatione ad mortem amplificatio deprehenditur. Qualis enim erit uita, ubi mors remedium appellatur? (Non enataui) respondet illi, ut uiuere natasti. (Cui me uite.) Species inductionis est, quando singula divisionis membra tolluntur, & id relinquuntur, quod erat propositum, nimurum non esse, q̄ uelut uiuere. Narrat autem causas uiuendi.

¶ Diuino.

An uoluerit se ille occidere, an debuerit, & si uoluerit & debuerit, an recte ille fecerit laqueum succidens. An uoluerit, qui aliquamdiu superuixerit ijs calamitatibus. Eum uideri non inuitū uiuere, qui semel eruptus non se rursum suspenderit. Qui enatarit, an debuerit, non adimi spem meliorum, etiam in summis malis, maiorem iam esse fortitudinis laudem in aduersis. Postremo illum recte fecisse, qui quocunq; modo pereuentem hominem debuerit seruare.

DECLAMATIO SECUNDA de filio pauperis, qui factus est gen ner diuinitis inimici.

DECLAMATIO. SENECAE.

FOL. XXXIX.



A V P E R cum haberet filium, & diuitem inimicum filiam habētem, peregre profectus est. Rumor fuit de morte. Filius cum diuite in gratiam rediit, & eius filiam duxit. Reuersus pater cogit illum vxorem repudiare. Nolentem abdicat.

C Prima pars pro patre paupere.

Nemo quicquā facile credit, quo credito, dolendum sit. Ego diu non credidi de nuptiis tuis, desertor patris, inimici cliens, vxoris mancipium. Non fleuisti patrem, non quæsuisti, sic inimico placui sit. Rumor, inquit, fuerat, decessisse te. Mirabar, si talem uxorem iubente patre habere potuisses. Non queris, ubi perterritim. Mors mea tibi debet esse suspecta. Inimicum habeo. Quis alius hanc famam potuit immittere, nisi qui me viuo, filiam collocare non poterat? Non times ne inter ipsas nuptias patris ossa referantur? Tot serui sequuntur, tot liberi, tot clientes, ut quicquid dixerit, rumor sit. Fabricius aurum à Pyrrho recipere noluit, beator iste fuit animo, quam ille regno. Plures insidias in itinere fuit, & factum dives, quod faciendum mandauerat, creditit.

C Pars altera pro filio pauperis, genero diuitis.

V Anum gloriae genus, odium diuittarum. Mortales esse inimicitiae debent. Scipio Gracchi inimicus, & postea sacer. Cuins vitio inimicitiae contractae sint, apparent. Ille amat filium tuum, tu nec tuū.

CSCHOL. (Nemo quicquā) Si me amares, non tam facile credidisses me mortuum. Nemo enim facile credit, quod sit futurum magno dolori, (Ego diu.) Non debuisses tu tibi persuadere meam mortem, cum ego tuas nuptias nunquam potuerim credere. Et ita ex contrario magis ostendit illius in patrem impietatem. (Non flevi.) Ex effectis probat animum, & id indicat fuisse in causa, ut placaret diuini. (Mirabar). Saltem non poteris hoc uti pretextu, meo id iussu fecisse. (Non queris,) hæc omnia suspectum reddunt adolescentis animum, ab ipsis quæ fecit, & quæ facere omisit. Debuisses enim suspicari me à diuite inimico interficere. (Non times.) Etiam si uera mors fuisset, tamen hoc debebas uereri. (Tot serui.) Potuisse fieri, ut ille rumor à domesticis diuitis spargeretur. Nam quod à domino audiunt, id protinus efferunt. (Fabricius.) Cum apud Pyrrhum legationem obiret de captiuis reddendis, & ille offerret regni sui partem, si apud illum uellet manere, non expedit tibi, respondit ille. Nam si me nouerint, à me potius regi optabunt. Exemplo arguit debuisse illum diuitis promissa, & fortunas contemnere. (Plures insidias,) hoc colore uititur se insidijs petitum à diuis

LIBER QVINTVS.

¶, ideoq; creditum intersectum.

¶ Altera pars.

V Anum glorie.) Nō iustas fuisse inimicitarū causas, sed ambitione quādam potius ē uanitate odiſſe diuitias, (Scipio Gracchi) eius Scipionis qui Annibalem uicit filia fuit Cornelia Gracchorum mater, quæ Tyberio Graccho nupsit, licet illi non amicus, sed aduersarius in Republ. Scipio foret. (Cuius uisio.) A pari ostendit potuisse habere diuitem benevolentiam in pauperem, qui filium eius amarit, at eum qui ne filium quidem amet, à maiori, nec alienos amatūrum.

¶ Diuīſio.

TO ta hēc tractatio equitatis magis est quā iuris, an debuerit ducere, ita diuiditur, an iustæ fuerint inimicitarum causæ cum diuite, & si iustæ fuerint, an oportuerit cum illo redire in gratiam. Hēc autem habet locos suspiciorum, an à diuite paratæ fuerint insidiae, an filius bono fuerit in patrē animo, an eius mortem certam putarit, & si putarit, an contra pietatem fecerit, qui paterno funeri statim nuptias adiunxerit, & iam nuptijs firmatis, an inhumānum sit illi illas disjungere, an iustiora postuleti filius, qui uelit illos sic conciliare. Adiecit Seneca. Senianus rem stultiſſimam dixit. Diues me semper contempſit, nunquā nisi pro mortuo habuit. Ut aliquid ē simile de Seniano dicam, post hanc sententiam Senianum semper pro mortuo habui.

¶ DECLAMATIO TERTIA, DE duobus fratribus Pancratiasitis.



ALAE tractationis sit actio. Duos filios quidam Pancratias instituit, & ad Olympia duxit. Cum compoſitileſſent, ut ſimul pugnarent, acceſſit ad pugnantes, & ait abdicaturū ſe ſi quis perdiderit. Cōmortui ſunt iuuenes, & decreti ſunt hiſ honores diuini. Reus fit pater malæ tractationis ab uxore.

¶ Prima pars pro filiis.

TERTIUS sine forte pugnasti, & vtruncq; viciſti. Stetit cruentus pater. Iam perlerant, & adhuc minabatur. Moritur, nō alterab altero, ſed vterq; à patre. Miserā mater, odiſſe nō potest, qui filium ſuū occidit. Iuuenes inuicti, niſi habuiffent patrem. Piſi iuuenes, nec parricidium patri negare potuifſis. Vincere propter parricidium nolunt, vincere propter abdicationem. Abdico, inquit, eum qui vicitus erit, demens meliorem abdicaturus es. Inuoco Iouē, cuius Olympia parricidis abſoluta ſunt.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xl.

¶ Pars altera pro patre contra filios.

Non facturus dixi, & si facturus, pro gloria eorum dixi. Non de-
beo in inuidia solus esse, cum luctus communis sit. Omnes aiebant
collusuros fratres. Minatus sum, non ut necessitatem filii imponerem,
sed ut populo satisfacerem.

¶ SCHOL. (Pancratias,) qui in omni genere gymnici certaminis excel-
lit. (Compositi.) Componi dicebantur gladiatorum paria. (Tertius sine sorte.)
Quoniam sorte paria componebantur. (Stetit cruentus.) Crudelitate arguit fecis-
se patrem, non amore laudis. (Nisi habuissent patrem.) Reddit admirabilem sen-
tentia hac coniunctione, quasi per patrem steterit quominus inuidi sint. (Nec parricí-
diū.) Vno impetu puenit ad summū, quāquā ea sententia temeraria est. (Demens
meliore) magis pium, qui se propter pietatē uinci patiatur. (Cuius Olympia.)
Cuius ludi exitum habuere nephandū, nimirū parricidiū. ¶ Altera pars.

Non facturus.) Tota defensio coloribus constat. Neq; enim patrium erat id
factū simpliciter defendere. In insinuationibus profuerit statim a colore
exordiri. Nam si exordiretur pater à confessione omnium auerteret animos, sed
non ex animo fecisse dicat necesse est, ut populo satisfaceret, nec id credidisse de fi-
lijs, tam suam miserabilem faciat conditionem, quā mater, id nimirum q; est fau-
rable transferri in principia oportet. (Pro gloria.) Hoc respondet illi stetit pa-
ter cruentus, (Cum luctus communis.) A contrarijs, nam si ad illum pertinet luo-
ctus, non debet pertinere inuidia. (Omnes aiebant) prosequitur colorem, non cre-
dideram, & uolui populo satisfacere. ¶ Diuīsio.

Etiam si ex animo dixerit, an inhumane fecerit, Deinde non ex animo dixisse.
Prior illa, an tanti facienda sit laus, ut pro illa, mors iuste alijs imperetur.
Deinde, an illa gloria esset fratrem uictorem esse contra fratrem. Et id est quod di-
cit, Demens meliorem abdicaturus es. Deinde, an ex animo fecerit. Ad hoc à pa-
tre adhibentur omnes colores.

¶ DECLAMATIO QVARTA DE

damnato parricidii alligante fratrem.



VI falsum testimoniuū dixerit, vinciat apud eū i quē dixit.
E duob; filiis pfect; est cū uno pater. Adolescēs sol; redit.
Accusat; a fratre parricidii est & dānat;. Dieb; festis interce-
detib; poena ex lege dñata est. Redit pater. Accusat dam-

LIBER QVINTVS.

natus fratrem falsi testimonii, & obtinuit & vinxit. Cogit pater ut vin-
ctum soluat. Nolentem abdicat.

¶ Prima pars pro patre.

FAlsum, inquit, testimonium frater dixit. Si vis illius graue cri-
men facere, te exorabilem praesta. Crudelis in fratrem, miraris, si
in te creditum parricidium est: Ergo ego duos filios habere non pos-
sum: Adolescentiam potes & parricidium facere. Alligatus est alter fi-
lius, quia non reuertebar. Alter, quia iam redi. Nunquam solues fratrem:
si talis es, nihil testis mentitus es. Parricida es. Non impio in te, sed in pa-
trem pio animo dixit. Suspectum habuit, quod reliqueras patrem. Inter
catenas filii iaceo, eodem clausus ergastulo. Ingrate, testem tuum simul
alligasti.

¶ Pars altera pro filio.

MEo periculo solutus sum, meo alligatus. Vix solui poterat, si te
simonium falsum pro fratre dixisset. Parricidium de patre fin-
xit, de fratre commisit. Venisse patrem mihi carnifex nunc auit. Parricida
sum, sicut obsecitur. Hoc leuius irascor. Miraris, si eum fratrem alligare
possim, qui me potuit occidere? Ingrata pene erat ipsa poenae meæ di-
latio. Expectare grauitus videbatur, quā pati. Imaginabar mihi culleū,
serpentem, profundum.

S C H O L. Diebus festis etiam de grauissimis criminibus quæri licebat.
Ut in oratione pro Cælio indicat Cicero. (Te exorabilem præsta.) Tanto enim
magis apparebit non fuisse credibile in te crimen parricidij, qui ingenio sis tam
mansuetus. A contrarijs. Contraria enim sunt mansuetudo & impietas. Aliud au-
tem est ex contrarijs argumentum, aliud ex repugnantibus. Nam ex repugnantio-
bus locus non est, sed explicatio argumenti. Et hoc pacto contingit omnem argu-
mentationem in hac formam uertere. Sic enim recte enunciatur, si prudentia est,
virtus est. Quod si dicamus, non est prudentia est, & virtus non est, id est, fieri
non potest ut prudentia sit, & virtus non sit, iam a repugnantibus efficitur, que
per interrogationem elata idem efficit. An uero prudentia sit, & virtus non sit. A
contrarijs autem tunc dicitur, cum ea quæ assumuntur contraria sunt, ut mansu-
etudo & iracundia. Prudentia autem & virtus, non sunt contraria. (Crudelis in
fratrem) relatum ad subiectum adiacens est crudelitas, ad parricidium conim-
gens. Defendit autem & fratrem, cui id fuerit uisum uerisimile, (Duos filios.)
Quoniam licet tu damnatus non sis, alterum tamen mihi eripis. Illud ergo comise-
rationem habet. Tale est quod apud Liinium Coriolani mater, inquit. Ergo ego ni-

DECLAMATIO. SENECAE. Fo. xii.

Si peperisse, Roma nunc non oppugnaretur, (Adolescens.) A pari quodammodo. (Alligatus.) Vtq; igitur modo infelix sum. (Nihil testis,) nam ex tuo ingenio coniecturam fecit. (Non impio in te.) Defendit factum fratris, & est color. (Suspiciunt habuit.) Adiuuat suspicionem circumstantijs. (Inter catenas.) A persona sua miserationem mouet. (Testem tuū,) id est me, cuius testimonio liberatus es, licet id quod cuius est, non proprio testimonij dicatur. ¶ Altera pars.

Meo periculo.) Quoniam iam iam insuendus in culicum, redditum tuū audiui à carnifice, quasi dicat, in summo periculo sum liberatus propter innocentiam meam. (Vix solui,) à maiori. (Mibi carnifex.) In uno uerbo amplificatio est per ratiocinationem. (Parricida) ironia. (Hoc leuius,) habet etiā ironiam, alioqui non deberet leuius irasci propter parricidium obiectum. (Minaris) à maiori. (Ingrata pene.) Exaggerat calamitatem, ut iustius videatur siccens fratri. ¶ Diuiso.

Anuel fratrem falsi testimonij connictum debeat alligare. Deinde, an conuictus sit. Prior habet, an propter ulum scelus, liceat in fratrem esse crudelē, & an illud sit esse crudelē, & si non sit, dum se alio quoniam modo occulere ueliscitur, an qui ad magistratus defert, crudelis sit. Altera, quæstionem habet finitionis. Quid sit falsum testimonium. An is dicatur falsum testimonium dicere, qui ex magnis suspicionibus aliquid credens ad magistratus defert, an oporteat non solum id sibi persuadere, sed certo scire. Deinde, an ille hoc sibi persuaserit. Prior quæstio tractationem habet ex circumstantijs negotij & persone. Qui patrem deferuerit, qui ingenio sit crudeli. Sequens etiam ab eisdem sumit conictreras. An imitator frater fuerit.

¶ DECLAMATIO QVINTA DE DOMO pauperis per diuitē cū arbore, quæ dicitur Platanus, cōbusita.



VII scens dānū dederit, reddat quadruplū: qui inscīes, simplū. Diues pauperē vicinū rogauit, ut sibi vēderet arbore, quā sibi videbat obstare, paup negauit. Diues incendit Platanū, cum qua & domus ars sit. Pro arbore pollicetur quadruplū, pro domo simplū.

¶ Prima pars pro paupere contra diuitem.

Excitatus flāmarū sono, vicinū primo fidē implorauit. Arbor ramis discurrentibus totā domū texerat. Nō potest extorari. Incens-

LIBER QVINTVS.

datur. Est hoc impotetiae, sine fine cōcupiscere, sine modo trasci. Nō potest expugnari precib⁹, expugnetur ignibus. Nihil inter me & pauperē interest, si iure agam⁹. Liceat & pauperē gaudere prospectu. Vos possedetis agros, v⁹ bīnū fines vrbesq⁹ domib⁹ impletis. Intra ædificia v⁹ a vidas, & nemora cōprehēditis. Nihil lætit⁹ oculis, q̄ ruine mīc⁹. Domū pdi dī, qui carere nec arbuscula quidē poterā. Delitius tuis diues ardebit⁹. Oculis voluptas incēdīo q̄ritur, & prospectus ignib⁹ relaxatur. Prospektū obstabat. Quid in abulatibus nobis nō obstat seruorū cateruē? Et in immēlam erecti altitudinē parietes lucē nō impeditūt? In infinitis portrectā spaciis ambulationes, & vrbū solo ædificatae dom⁹, nō nos prope à publico excludunt? Sub hac arbuscula imaginabar diuitū sylvas. Quātū pdidīt, quē faretur tratus inimicus plus pdidisse quā voluit? Nō iniquū postulo. Elus dāno desinat incēdīu, cui⁹ cōsilīo cœpit. Scilicet vt dom⁹ ad cœlū omne cōuersæ, brumales æstus habeat, æstiva frigora, & nō in suis vicib⁹ intra istorū penates agatur ann⁹. Alunt in summis culminibus mētita nemora, & navigabiliū piscinarū freta. Arata quondam populis rura, singulorū nūc ergastulorū sunt. Latiusq⁹ nūc villici q̄ re ges imperat. Maria sub mouētur protectis molibus. Nesciebas quāta sit posetia ignīu, quā irrevocabilis, quemadmodū totas cōsumant vrbes, q̄ leuib⁹ in illis orriatur incēdia. Etiā si partē dāni dare voluisti, partem nolulisti, in totū quasi prudēs dederis, tenēdū es. Ex toto enim noluisse debet, qui imprudētia defenditur. Si fateretur iste sc̄iēter ianuā incēdisse, puto tota dom⁹ intelligeretur, ex parte, si vñū tignū. Nec enim quisquā omnia incēdit, sed vñā aliquā rem, ex qua surgat in omnia se sparsurus ignis. Atqui pars domus est, arbor, quae in domo est.

C Pars altera pro diuite.

P Est silentem mihi domū faciebat arbor. Ccelum omne per quod salubris spiritus venire posset, obduxerat. Rogauit pauperem & dixi, nihil tibi nocet arbor recisa, mihi plurimum non recisa. Quid ad te illi rami pertinent, qui extra domum sunt? Quasdam partes domus meæ rami premebant. Iam etiam quosdam parietes minuerant. Seis tis quantia vis sit arborum, muros discutiunt.

C S C H O L. (Excitatus.) Ad narrationē hoc pertinet. (Non potest exorari.) Imitatio alieni sermonis συλλογισμὸς quod ad Aethopeiam pertinet. Est autem Aethopeia expressio affectū si motū in tribuēda oratione, si cogitationib⁹ glo-

DECLAMATIO. SENECAE. Fo^r.xliii.

nis accommodatis. Patopeia, uehemens, sive ad dolorem, sive l^etitiā impetuosoq^{ue} affectus concitatio, personae attributa. Qualis est tota illa Didonis in Aeneam dira imprecatio. Pertinent h^ec autem ad prosopopeiā. Nā in psonis potissimū est orationes conuenientes fingere. (Vndas ēt nemora.) Amplificatio ex ratiocinatione. Quanta enim domus sit intra quā ēt undæ, ēt uemora sunt? Talis fuit Neronis regia, de qua dictum est.

Roma domus fiet, Veios migrate quirites:

Si non ēt Veios occupat ista domus.

(Delitijs tuis.) Ut tu habeas delitias, nostra domus incenditur. (Prospectui obſla bat) ἀντισταγωγή, id est compensatio. (Vrbī solo,) Quod satis edificandæ urbi. (Quantū perdidi,) si uel inimico h^ec uidentur multa, quāto plura mibi. A mi nori. (Non iniquū postulo,) hoc est iam iuris, ēt ad causam pertinet. (Sic licet) emēda, scilicet, quasi dicat, in eum nimirū usum dilatatur. (Ad cœlū omne.) Ad omnem coeli regionē, ut hyemē admittantur temperatores flatus, Aestate frigidiores, nec annus in illorū domibus agatur pro ratione temporū. (Erga florum.) Erga flū locus ipse crat, ubi lapides, aut metalla fodiebantur à seruis ibidē uim. Eius ēt opus facientibus. (Nesciebas quanta sit.) Occurrit defensioni diuitis, quae dicebat inscientem dedisse dānum. Non enim insciens est qui coniectari facile potest, ita aliqd futurū, sed qui omnino nō suspicatur futurū. At diues scire poterat propter uim ignis. Et est argumentū à contrarijs. Quomodo enim nesciebat, qui sciebat illam esse flamarum uim. Et habet coacervationem, id est οὐναθεοποίησιν illa frequentia membrorū idem exprimentiū. (Etiam si partem dāni.) Dicebat diues se uoluntate defendi, quoniam in unam partem uoluerit mittere incendium, ēt non in omnes. Refellit pauper, ad imprudentiam nihil facit noluisse in partem, sed ex toto debet nolle. Quāvis enim alia partem comburere noluerit, si suspicatus est posse fieri, tam tenetur, quā si omnes uoluisset, quandoquidē illā uoluit ex qua ad proxima poterat incendium serpere. Præterea etiam si unam partem dū taxat uoluerit, satis est. Nam omnes qui scienter dānum dari, ab una parte incipiunt, ēt non simul in totum ignem mittunt, ergo non potes defendere, quod in unam dū taxat partem dederis, nec etiam q^{ue} nolueris in alias.

¶ Altera pars.

PEstilentē mibi.) Totā defensionē cōserit in causas cōburēdæ arboris, quod dōnum redderet pestilentem, quod rogatus noluerit, quod nihil ad illū pertineret, quod parietes etiam diruerentur, quod si sola illa nocebat, uisus est solam illam uoluis se comburere, ēt ad hoc habuisse idoneas causas.

¶ Diuīsio.

LIBER QVINTVS.

Controuersia est, an teneatur etiam pro domo reddere duplū. Hoc pendet ex statu, an diues dānum dederit. Hoc pendet ex duplice quæstione finitionis, & conjecturæ. An is dicatur sciens, qui non quidem vult dare dānum, sed probabiliter conjecturatur posse euenire, & si is dicatur, an ille voluerit solam arborem incendere, & an suspicatus fuerit incendium latius peruagaturum. Prior illa, an is dicatur uelle ea quæ ex his quæ tentat possint contingere, id est qui non euitat. Sequens habet probationem ex uigore & celeritate incendiorum. Est & ex equitate tractatio, in inimicum diuitem inuidia ex cōmiseratione pauperis.

DECLAMATIO SEXTA DE raptō adolescentē in ueste muliebri.



MPVDICVS concione prohibeatur. Adolescentē speciosus sponsionem fecit, muliebri ueste se extiturū in publicū. Processit, raptus est ab adolescentib⁹ decē, accusauit illos de vi, & dānati sunt. Cōcione prohibitus à magistratu, reum facit magistratū iniuriae.

C Prima pars p magistratu cōtra adolescentulū raptū.

MVliebrem uestem sumpsit, capillos in feminæ habitu compo-
suit, oculos puellari lenocinio circundedit, colorauit genas. Nō
creditis? Et qui non crediderant, vixi sunt sponsione. Et hoc de sponsio-
ne forsitan venerat, vt auderet impudicus cōctonari. Date illi uestē puel-
lare, date noctem, rapietur. Sic illum uestis sumpta decuit, vt videres-
tur non tunc prīmū uestem sumpsisse. Facta totius adolescentiae remis-
to. Vna nocte contentus sum, sic imitatus puellam, vt raptorem inueni-
ret. Nunquid cecini. Nunquid carmen famosum composui, aut (vt pro-
prium genus iniuriae tuæ dicam,) nunquid te rapui? Apud patres no-
stros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium
extra togam exerere. Quā m̄ longe ab his moribus aberant, qui tam
verecunde, etiam virtute vtebantur? Constat hunc stupratū, cum dam-
nati essent qui rapuerunt.

C Pars altera pro adolescentulo.

COnstat semper grauem, semper severum fuisse, semper rigidum.
Sed hoc totis adolescentium factum est. Cæterum tam nota erat
verecundia eius, vt nemo sine sponsione crediderit.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xlvi.

SCHOOL. Sponzionem facere est obligare se aliquo prelio, aut premio uictori proposito. Id ipsum est spōzōne contendere. (Muliebrem uestem.) Ad tur pitudinem facti singula explicatur. Et est ἐπιτροπή membrorū non idem significantium coacruatio. (Et hoc de sponzōne.) Ironice dictum, unde enim magis oportebat deterri, inde magis incitatur, quasi ex illo egregio facto nati sint animi. (Nunquid cecimi.) Quoniam magistratus reus fiebat ab illo iniurie, rogat nūquid te illa contumelia affeci, carmen famosum componens, aut canens, aut te rapiens? Habet autem διαστυγη, id est increpationem cū irrisione. (Apud patres.) Ex contrario impudentiam amplificat. Elucent enim magis quae conseruntur. Appellat autem forensia stipendia, exercitationem fori, ludumq; campes- trem quando primum prodibant in lucem, & commercia hominum, aut exercebantur, ludo in campo Martio. Faciunt autem ad hunc locum, ea quae sunt apud Ciceronem in oratione pro Cælio. Nobis quidem olim annus erat unus ad cohendum brachii toga constitutus, & ut exercitatione ludoq; campesti tunicati ute- remur, eademq; erat, si statim mereri stipendia cooperamus, castrensis ratio ac mi- litaris. (Qui tam uerecunde.) A minori. Qui etiam honesta exercitatione, & per- missa cum uerecundia utebantur. (Constat hinc.) Praeindicio etiam quo ille est absolutus premitur.

¶ Altera pars.

Constat usurpat argumentum ex uita ante acta à contrarijs. (Sed hoc iocis,) Color est. (Cæterum) Argumentū in defensionem uertit, quod prius aduersarius contra illum usurparat.

¶ Diuīsio.

Questio est, an impudicitiae nomine continetur uestem mutare. Habet tractationem amplificatiuam plenam suspicionibus. Deinde, an adviciat nouam infamiam raptum esse. Et an in raptu stupratus sit. Et si iniuritus uim sit passus. An qui occasionem dederit perinde infamis sit. Rursum illa prima, an qui ioco id fecerit, & per ludum aequē damndandus sit.

DECLAMATIO SEPTIMA DE trecentis non receptis ab Imperatore.



OCTE portas aperire in bello non licet. Impera- tor in bello sumimam potestatem habeat. Trecentis ab hoste captiui ad portas nocte venerunt, imperator nō aperuit. Ante portas occisi sunt. Imperator post vi- toriam eius reus est læsa Republicæ.

LIBER QVINTVS.

¶ Prima pars pro Imperatore.

Non putauit meos. Nouerant legem. Cur, inquit, trecēti p̄iererunt? immo cur n̄e petirent, capti sunt. Hos ego in die nō recepissim, nisi vīctores. Noctu ne vīctores quidem. Procedens postridie in prælī pugnaturus ostendi trecentos, in quibus laudari nihil potest, nisi fuga. Nihil desiderari, nisi numerus. Fugiunt, vt leges relinquant. Redeunt, vt leges tollant. Populus Romanus in Carthaginensi prælī in summas redactus angustias, cum seruorū desideraret auxilia, captiuorum contemp̄ sit, & credidit eos libertatem magis tueri posse, qui nunquā habuissent, quā qui perdidissent. Nocte quomodo hostem cīemq; distinguit. Quam mihi dabis notam, vt arma cognoscam? Credo in insidias hostes fuisse, vt exclusos occiderent, sequerentur admissoſ.

¶ Pars altera contra Imperatorem.

In festus illis trecentis fuit, quod iniquo eos collocauit loco, hoc ne argui posset, nō recepit. Capti sunt fortissimi duces, Regulv, Crassius. Hæc postremo rogantū vox erat. Mitte arma. Certe hoc lex nō vetat.

¶ S C H O L. (Non putauit) Color. (Cur.) Cur maluerunt se capi quā peri-
re. Obieclio obieclione soluitur. (Hos ego.) A maiori. (Obliudi trecētos.) Interfe-
ctos. (Populus Romanus.) Secundo bello Punico, cum capti in pugna Camensi
Annibal potestatem faceret se redimēdi, missi Romani legati à Senatu impetrare
non potuerunt. Cum tamen octo millia seruorū, tūc fī à dominis publice empta
sint & armata. Linius. iij. Deca. libro secūdo. (Nocte.) Arguit non fuisse tutū.

¶ Altera pars.

In festus) hoc usitatur colore, propter priuatum odium uoluisse illos perdere,
id adiuuat suspicionibus. (Capti sunt) occurrit exemplis, non esse turpe aliquando capi. (Hæc postremo.) Qui non misit illis arma, ut se fuerentur, odio id uidetur fecisse. Quæ similia sunt, ex eisdem causis uidentur nasci. ¶ Divisio.

An omnibus iubeat lex portas claudi, & si non omnibus, an rediuntibus
captiuis. Tres hæc habet quæſtiones, an illi inſidioſe redirent, & si non
inſidioſe redirent, an propter metum alterius periculi. Et si nec inſidioſe, nec cū
periculo redirent, an capti sint excludendi. Hæc habet alias, an sua ignauia capti
sint, an potuerint si fortes fuissent, se tueri.

¶ DECLAMATIO OCTAVA DE TY-
ranno post absolutionem petente magistratum.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xliii.



OM PETIT ORI Liceat in competitorem dicere. Tyrānus sub obligatione dominationem depositus, ut si quis obsecisset tyrānidem, capite puniretur. Petuit magistratum, competitor contradicit.

¶ Prima pars contra tyrānum.

ANNO MEO SPONDEO, nulla rapietur, nullus occidetur, nullum spoliabitur templū. Cur honores tandem gesserit, narrat, per cōmūnem deprecor libertatē. Moriar, obsecetur tibi q̄ occideris ciuem. Vult aliquo imperio, aliqua potestate distingui, homo magnae nobilitatis, magnae gratiae, ingēnitae pecuniae. Siciliæ dicitur fuisse domin⁹, qui inclusos æneis tauris homines subiectis vrebatur ignibus, ut mugitū ederent, verba non possent. O hominem in sua crudelitate fastidiosum, qui cum vellet torquere, tamen nolebat audire.

¶ Pars altera pro tyrāno abdicato competitorre.

QUICQUID EGI, quicquid gessi, causa reipublicæ feci. Peto ne mihi lex pro me lata noceat, neue quid noceat, quia non obsecetur, quod non noceret obiectum.

SC H O L. (Anno meo) hoc dicit per schema, uolens intelligi id à tyrāno factum. (Per cōmūnem deprecor.) Etiam ēt hoc occultam habet inuidiam. (Moriar,) si uel ego moriar, tu eris suspectus meæ necis. (Vult aliquo) per ironiam, cum non posset obsecere tyrānidem schematis utendū fuit, quibus nihilominus intelligeretur.

¶ Altera pars.

QUICQUID EGI. Colorē assumit se pro Republica fecisse. (Peto ne mihi.) Lex pro me lata iubet, ne mihi quid obseciatur, at idipsum quod non obsecitur, remanet apud tacitas uestræ uolūtates, ēt facit me uobis inuidiosum, at ego peto, ne mihi noceat, quod non obsecitur, quod non noceret obiectum, à maiori, & est traductio.

¶ Diuīsio.

Causa comparativa est, ēt uelut diuinatio. Uter sit magistratus dignior. Est tamen in eo anceps difficultas, nā si obsecit illi tyrānidē, quo maxime potest premere, lege tenetur, si non obsecit, multum decedere uidetur cause. Totā igitur controuersiā plane figuratā esse oportet. Sed potest esse diuīsio, pro tyrāno. An etiā si tyrānus fuerit, iam emēdatus admetti debeat ad rem publicā. Que pēdet ex coīcē futurorū. Deinde, an tyrānus fuerit. Que pendet ex ijs, an illa pro republica fecerit, an ita exigeret occasio ēt status ciuitatis. A cōpetitore primū est, ita obsecere, ut non uideatur contra legem fecisse, & tamen obseciat illi sua scelera. Deinde

LIBER SEXTVS.

de , an ullo pacto possit obijci , an pro republica . Cum si non obijciatur , ille sit
rurus inuasurus tyramnidem .

CLIBRI QVINTI DECLA- mationum. CFINIS.

LIBER SEX TVS.

DECLAMATIO PRIMA DE fratre dante fratri abdicato chiro- graphum de parte hæreditatis.



BDICATO FRATRI, FRATER
chirographum dedit, dimidiam partem se hæ-
reditatis sibi daturum, si non respondisset. Ille
tacuit. Abdicatur alter à patre.

C Prima pars pro patre contra filium
dantem chirographū fratri abdicato.

T Antum æris alieni habet, quantum viuo
patre non potest solvere. Vis scire cuius
fidei sis? Nec frater quidem tibi sine chirographo crediderit. Alterius
spe morior alterius fide viuo. Etiam patrimonium meum diuisum est.
Nisi succurritis, vincit me , & ille qui tacuit , Non dissimulo me hodie
duos abdicare. Chirographum prode parricidarum fœdus, & nefaræ
spei pactum. Chirographum danti impium, patri periculoseum, accip-
enti turpe.

C Pars altera pro filio contra patrem.

T N omnem me fortunam, frater , tibi iungam comitem. Si militan-
dum, militabimus. Si peregrinandum, vna vrbes peragrabimus. Si
quotidianam rogauero stipem, & illam tecum diuidam , Nolui recens-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xlvi.

tem iram exagitare patris. Malui, vt tacendo patrem vinceres. Meæ patris hæres ero, tuæ custos. Et quia de re maxima melius sibi quisq; credit, do chirographum, tu da operam, vt istud magis à patre accipere, quā à fratre videaris. Hoc quod honeste, & quod pie gerebamus, tam palam egimus, vt pater sciret. Quid enim timebam, nisi si rescisseret pater, moleste ferret filium suū, hominē avarum nō esse, fratrem pium. Ita mihi contingat pater vtrumq; nostrum placere.

SCHOL. (Tantum æris.) Sperat meam mortem, quia non potest dissolnere æs alienum me uino. Et ita mouet suspicionem, propter quam fuerit abdicatus, & id intelligit de fratre chirographum dante. (Nec frater.) Amplificatio ex ratiocinatione. (Alterius spe.) Is enim qui chirographum dedit, sperabat iam prope moriturum patrem, & ideo patrimonium diuidebat. Ille autem alter habens fratri fidem accepto chirographo desij sperare meam mortem, & ita uino illius fide, uel quia desij mihi insidiari, ubi à fratre diuisionem hereditatis sperauit. (Etiam,) antequā moriar, quod est indignum. (Et ille qui tacuit.) Quoniam nisi hic abdicatur, diuidet hereditatem cum fratre iam abdicato, & ita neuter abdicatus erit. (Duos,) hunc abdicando, qui alterum facturus est heredem, nisi abdicetur. (Patri periculoseum.) Quoniam nunc ambo mortem meam expectabis, & fortasse moliemini.

Altera pars:

TN omnem me fortunam.) Docet pietate factum, quod pater uolebat insidiose. Et sunt ad cōsiderationem apposita. (Nolui.) Causas subiicit, quibus honestum factum reddatur. (Tuæ custos,) dato iam chirograpto, ut nec si uelim possem aliter facere. (Melius sibi.) Pro certo habet ita futurum, qui chirographum habet. (Tu da operam.) Non id feci, ut te alienarem à patre, sed potius moneo, ut ita te pium in illum præstes, quasi id beneficij ab illo accepisses. (Hoc quod honeste) honesta consilia non captant latebras. Circumstantia facili modus, si referatur ad locum differentia loci est publicum, & priuatum, si ad personam adiacens, simplicitas, probat autem palam factum, quia pater scire potuit. (Quid enim timebam.) Non erat causa cur timerem, nisi forte hanc causam putas, ne resciceret pater, me & liberalem, & pium esse, id autem timendum non est. (Ita mihi contingat) uoto ostendit pietatem animi.

Divisio:

AN diuidens hereditatem cum fratre, id fecerit malo animo in patrem, Coniectura. Etiam si non fecerit malo animo, an quia patri displicuit sit abdicandus, iuris. Sed hec non admodum æqua est pro patre. Prior illa habet, an

LIBER SE XTVS.

coniurarint sic in perniciem patris. Questio tota conjecturalis est, & ea ratione tractanda.

DECLAMATIO SECUNDA DE patre exule, prohibito à fundo filii.



X V L E M Tecto, & cibo iuuare non licet. Imprudentis cædis damnatus quinquenio exulet. Quidam cum filium, & filiam haberet, imprudentis cædis damnatus, in exilium profectus est. Solebat venire in possessionē vicinam finibus. Rescivit hoc filius. Cecidit villus. Villicus exclusit patrem. Coepit ire ad filiā. Accusata illa quod exulum receperisset, adiuvato fratre absoluta est. Post quinquenium pater abscondit filium.

C Prima pars pro patre contra filium,

Accusator, clutum me fecit exulē, filius etiam meorum. Filiam honestiorem inueni, quod accusata est. Seruū frugallorem, quod cæsus est. Male meruisti de patre, quem exclusisti, de sorore, cui prædictio nocuisti, de iudicib⁹, quos in tam bona timuisti causa. Aut tu peccasti, aut soror. Filius me docuit, quod illum non recipio. Absoluta es, inquit, me adiuvato soror. Ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene istam causam agere posses, cum absoluta est quæ receperat, damnatus est qui expulerat. Filia me patrem iudicavit. Seruus dominum. Vbi filio exul fui. Ignosce fidelissime seruitorum, & tibi imprudens nocul. Quād bonam eius causam putas fuisse, quæ ne te quidem adiuvato, damnata est. Si te hærede possum mori, dignus sum, qui etiam tibi hūc seruū relinquam. Alī exul est, tibi pater est. Nulla lex scelus imperat. Certe quæ fecit, absoluta est. Lex eum tenet, qui iuuat exulē, nō qui patiatur iuuari. Ignora, dissimula, lex te innocentem, non curiosum es se subter. Si mea causa faciebas, me admonuisses, seruum prohibuisses, non cecidisses.

C Pars altera pro filio contra patrem.

FAcere lege prohibente non potuit. Accusata & absoluta est, quia muliercula nō videbatur nosse leges. Non pro me timui, sed pro te. Res in notitiam hominum venerat. Captabaris. Timui, ne occideretis. Vis scire notum fuisse? Soror accusata est. Malui seruum cædere frugallissimum, quā patrem optimum amittere.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xlvi.

SCHOL. (Accusator.) Amplificatio ex comparatione. (Quod accusata est.) Quia honesta causa accusata. In ipsa pugna uerborum maior, *est* uis & lepos est. (Cui praejudicio.) Nam patrem tu excludens, malam uidebaris facere sororis causam, quae illum recepit. (Aut tu peccasti.) Argumentum à disunctione, *est* hoc sit in contrarijs, quae medium non habent. Tu exclusisti, illa recepit. Igitur aut tu peccasti, aut illa. Non illa quidem, quae absoluta est, tu igitur. Hic explicatio disunctionis est. Sed argumentum ipsum à contrarijs sumptum, fieret dilecta, si singulis membris aliquid adiiceretur, quo aduersarius premere tur. Aut tu peccasti, aut soror, si tu peccasti, quid poenam detrectas? Si soror, quid illam defendebas? Cur absoluta est? In disunctione satis est sic efferriri, aut tu, aut soror peccasti, non soror, tu igitur. (Filius me docuit.) Ille me excludens docuit, se non esse recipiendum. (Absoluta es, inquit.) Argumentum ~~artis~~ ~~pro~~ por. Quo qui utitur eo ipso magis conuincitur. (Vni filio.) Ex relatione hæc omnia uim habent. (Tibi imprudens,) quoniam propter me cæsus es, *est* simul expor brat filio impicta, *est* alludit ad id, quod imprudentis cædis reus fuerit. (Ne te quidem.) Qui præjudicio uidebaris nocuisse. (Si te herede.) Si non te abdico, tam ne omnes malum putabunt, ut non mirentur me seruū fidelissimum non manu misisse, & adiecit inexpectatum. (Alij exul est.) Alterius hoc declamatoris est, qui non agebat personam patris, sed patromi. Alij, inquit, id est filio exul est, tibi id est seruo pater, uel filiae. (Nulla lex.) Dissoluit quod poterat obijci, *est* primum probat non intelligi in persona patris, quia nulla lex scelus imperat. Est autem hæc maior in syllogismo. Patre autem excludere scelus est. (Certe quæ.) Probat scelus illud suisse, quia eius contrarium pietas habetur. Neque enim absoluta soror fuisset. A contrarijs. (Lex cum tenet.) Etiam si te lex prohibeat suscipere, non prohibet, ut iuuari patiaris, & ita adiicit ignora, id est ne inquiras, aut finge te ignorare. (Si mea causa.) Refellit colorem filij qui dicebat, ideo se fecisse, ne à conqueritoribus necaretur.

C Altera pars.

Facere lege.) Amplior quæstio, utri magis teneatur, legi, an patri, & ita occurrit protinus obiectioni, absolutam sororem, quia ignara legum, id fecerit. (Non pro me,) hic est color à filio usurpatus, quem adiuuat, deinde à circumstantijs.

C Diuizio.

Aequi tractatione habet, iuris quæsiones, equi. Pietate munquā parētibus negandā, illa esse nature iura, alia scripta, omniaq; hæc inuidiose tractātur in filii. Iuris est nō illa generalis, an leges sceleris imperent. Neque enim id in co-

LIBER SEXTVS.

trouersiam uenit, sed an id scelus sit, iubente lege, patrem non recipere. Et si scelus non sit, an lex solūmodo præcipiat non recipi, non autem ne ab alijs recipi patiamur. Et an qui per seruū recipereatur, ab eodem recipi uideretur. Sed his omnibus unico colore occurrit filius, propter eius utilitatem se fecisse.

C DECLAMATIO TERTIA DE MA, tre nothi, lecta pro parte hæreditatis, vel patrimonii mortui.



AIOR frater diuidat patrimonium, minor eligat, ille ceat filium ex ancilla tollere. Quidam cum haberet legitimū filium, alium ex ancilla sustulit, & decepsit. Major frater sic diuisit, ut totum patrimoniu ex una parte poneret, ex altera nothi matrem. Minor elegit matrem, & accusat fratrem circumscriptionis.

C Prima pars pro parte nothi cōtra filiū legitimū suū fratre.

VNUS omnium exhæredatus sum diuidendo. Elegisset, inquit, alteram partem. Tu solus talis potuisti esse filius, qualis frater eras. Lex te diuidere, me eligere iussit. Aperte ne minor circūscribatur, timet. Sic diuisit, ut si vellem, non essem mendicis. Relinquerem fratrem in ægestate, matrem in seruitute? Non est diuidere, ex altera parte patrimonium ponere, ex altera onus. Talis fuit, ut illi cohaeredem pater ex ancilla tolleret. Elige, aut patrimonio careas, aut scelere. Circumscripторes dic solent, qui aliquid sustulerunt. Iste nihil relinquit. Tu, inquit, voluisti pauper esse. Cur igitur queror, si egestate delector? Obicit, inquit, non potest, quod lege factum, immo non nisi, quod ex lege factū est. Nam si quid aliter factum est, per se irritum est. Circūscriptio semper crimen sub specie legis innoluit. Quod apparet in illa, legitimū est, quod latet, insidiosum. Semper circūscriptio per ius ad iniuriam vēnit. Lex subet maiorem diuidere, minorem eligere. Nec tu diuisisti, nec ille elegit. Sic à te alligatus est, ut necesse haberet, quod non expediebat. Male nota fuit mea in matrem pietas. Non tñmuit, ne eligere possem alteram partem.

C Pars altera pro filio legitimo contra nothum.

E Go nthi altud quā diuisisti. Circūscriptio non in diuisione est, sed in electione. Habes matrem, quā quidam totis redemerunt bonis.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xlvi.

Habes gloriam, quam multi per ignes petierunt. Multa de patrimonio rapuit, cum haberet ius dominæ ancilla. Imprudentia timebas, ne in il lam sœutrem. Non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus essem. Nunc tantundem habes. Habes enim partem quam voluisti, & ut tantundem haberet, nec pater voluerat. Ideo matrem tuam ancillam reliquit.

SCHOL. Circumscribere est fraude agere. (Vnus omnium.) Est admirabile, quod in divisione exhiberetur. Nam qui exhiberantur, non admittuntur ad divisionem. (Tu solus.) Nam qui sic egisti cum fratre, eum circumscribendo, potuisse & matrem non eligere. (Lex te.) Primum probat id noluisse legem, cum eligendi fecit optionem ne circumscriberetur, deinde docet se circumscriputum. (Sic diuinit.) At ego, inquit, tibi iam feceram copiam ne essem mendicus, si uelles, à fratre hoc dicitur. (Relinquerem.) Non datur optio, ubi ex altera parte proponitur necessitas faciendi. Hoc enim repugnat optioni, & hoc quoad eligentem, qui pietate cogitur alterum eligere. (Ex altera onus.) Nec ille uidetur diuidere, qui non in eaqua distribuit. At tu satis sciebas, onus te mibi imponere in altera, & non patrimonium. (Eli ge.) In altera parte id mibi proponebatur, quod si relinquerem, scelere carere non poterat, si assumerem, patrimonio carerem, mea lumen igitur scelere. (Circumscriptores.) A minori. Nam si circumscriptores dicuntur qui in parte defraudant, quid qui in toto? (Cur igitur queror.) Ex contrarijs, & probat se coactum id elegisse. (Immo non.) Pulchra inuersio, nam ex legibus nascentur controuersiae & calumniae. Nam quæ prorsus ipsi desistuntur, ea ne in controuersiam quidem ueniunt. (Lex iubet.) Virumq; expugnat, nec à fratre factum docet. (Quod non expediebat,) id est quod non erat utile, separat tandem utile ab honesto. (Male nota.) Occurrit obiectioni. Poterat ille dicere, ego non existimabam tam te esse pium, ut continuo crederem electurum matrem. Respondebat ille cum ironia, male nota fuit, id est bene nota fuit mea in matrem pietas. (Non timuit.) Non uidetur diuisisse, qui pro certo iam habebat, quam essem electurus.

¶ Altera pars.

HAbes matrem) figuratum est cum irrisione. Notat enim illam emptam libidinis gratia. (Multa de patrimonio) Colorem usurpat. (Imprudentia timebas.) Hæc omnia schema habent, relinquimus enim intelligendum, quod non aperte dicit. Non satis prudenter timebas, si credebas me illam uerberaturum. Negis enim id mihi expediebat, cum in ea essem habiturus patrimonium, id est ex eius forma facturus quæsum, & tu idem ipsum nunc habes. (Nec pater,) nec tan-

LIBER SEXTVS.

tum tibi pater noluit relinquare , cum sciret quantus esset questus , alioqui manumisisset .

¶ Diuisio.

Hic licet intelligi nihil facere ad statū primā ne quæstio sit , an alia quæcūs . Hic enim primū obijcitur Circūscriptus à te sum , non es , nunquid in hoc statū & minime , contra legem fecisti sic diuidēdo patrimoniu , nō feci , nec dum hic . Nondū enim ratio ulla est . Non feci , cum sum sequutus uerba legis , & tibi permissem optionem eligendi . Respondet ille , nec diuisisti ut oportebat , nec mihi fecisti optionem , quia necessitatē imposuisti alterum eligendi . Cui autem liberum non est utrūvis eligere , is eligere non dicitur . Iam in hac duplice quæstione statū , an ē ille diuiserit ut oportet , & an huic cūposita necessitas sit . Sed ante statū omnes quæstiones sunt explicandæ per quas ad statū deuenitur . Velut hic ante id euoluendū est , circuiscribat ne is qui solūmodo uerba legis sectetur ē nō mentem . Et si constet etiam mentem fuisse , an circumscriptionis teneatur . Alioqui nisi eam eius intentionem euertimus non admittemur ad nostram defensionem . Præterea ut probes illum non recte diuisisse , precedat oportet non qualēcunq; intelligi diuisionem , sed eam quæ non sit cum animo defraudandi . Deinde hoc tractabis , an animo defraudanda fecerit . Deinde ut tibi permissem electionem ostendas , illa præsumenda sunt , non esse electionem , cum alteram partem non possis non elegere . Tunc ab hoc descendes , non licuisse tibi aliter facere . Hac ratione Cicero ante probatas esse aliquando hominem interfici , si quando , maxime cum insidiae despelluntur . Tunc id agreditur quod destinarat , id est Clodium insidiatorem suis se . Et in oratione pro Cicina modis omnibus contendit ius non esse in uerbis & apicibus legum , sed in mente , animo , & æquitate . Hæc ubi fueris amolitus quæcū debantur obstarre , licet agreditur statū bona iam laboris parte confecta . Is autem ē fraudulento animo diuisisse , nec relictam eligendi facultatem . Ad hæc tunc demum iam ad liquidum perducta , admouenda est totius probationis uis , quod non in paria diuiserit , quod in altera partē proposuerit , quod sciret non posse res cusare eligentem . Deinde quod ille non potuerit matrem non eligere , quam sic relinquiebat uelut fratri obijceret occidendam . Quod tamē si non contigisset , sine summo scelere ē impietate non posset dimittere . Sed iam monstrata scimel iūia , libebit plura exco gitare , in quo se potissimum debent exercere qui in omni tractatione copio si esse uolunt .

¶ DECLAMATIO QVARTA DE potione mortisera ex parte datayxori .

DECLAMATIO. SENECAE. FO. xlviii.



ENEFICI
I Sit actio. Proscriptum vxor sequuntur est. Quodam tempore secreto poculum tenerit et interrogavit quid esset. Ille dixit venenum, & mori se velle. Rogauit illa, ut partem sibi daret, & dixit se nolle sine illo viuere. Partem bibit ipse, & partem uxori dedit, perit illa sola. Testamento inuentus est heres, restitutus arguitur veneficii.

Pars prima contra maritum.

Sic egit ut deprehederetur, sic deprehesus est, ut exoraretur: sic bibit ut vineret. Quid est hoc venenū, quod tantū haeredi non nocet? Nemo enim tam palā uxori dedit venenū. Fugit ne occideretur, qui dixit se mori cupere. Vnus proscriptione locupletior factus est, ut viuere vellet, uxori illi persuadere non potuit. Persuasit res blandior, uxoris haereditas, sciuit quā partē potionis hauriret, contrarias partes gladio persecutus est, suas veneno: occidendi finem prius victores fecerunt, quā victi. Quid iam putabatis futurū, cum in exiliū uxor testamentū tulisset, iuritus venenū: Vbi est uxor? Et quid te pudet? Iam etiā proscripti redentur. Statim consumpta potionē collapsa est. Nolite mirari, si tam effici venenū est. Heres est, qui dedit. Stūmis fere partib⁹ leuis & innoxius humor suspenditur. Grauis illi & pestifera pars suo pondere subsidit. Apparet te diu preparatū venenū habuisse. Scisti dividere. Etiā si potest defendi qui volenti dedit, tu nō potes, qui fecisti, ut vellet. Id genus venenū fuit, quod pondere subsideret in simum. Potionem bibit iste, uxor venenum.

Pars altera pro marito.

Vitrum in pace dilexit, in bello secuta est, in consilio ultimo non reliquit. O, inquit, dignam, quam innocens sequitur. Bello ciuitati lege proscriptus sum. Exulaui. Quid his malis adiici potest, nisi ut venenum bibam, & viuam? Venenum inquam est. Hoc qui daturi sunt, dissimulant. Venenum Cato vendidit, quærite an proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere.

SCHOL. (Sic egit.) Haec omnia suspicionē mouent ex subsequētib⁹, ab exitu monstrantur initia. (Sic bibit) ex signis evidentiorib⁹ quæ **T**empore dicuntur. Alia enim sunt non magnæ probabilitatis, ut crux in ueste, sed pertenui dis crimine mihi a probabilibus secerni uidentur. Nam cum uiris consuescere in aula lanta, non tam signū, quā argumentū impudicitiae dicas. Et est tamen huic per simile expalluit aut titubauit, cum ad animū male conscientem refertur, sed obser-

LIBER SEXTVS.

uandum illud est signum uno uelut intuitu obiectum oculis protinus comonefas cere, ut crux, liuor. Non autem semel sic uisa Atalanta illam subit suspicionem. Deinde & probabilia pluribus sumuntur experimentis, & maiore inductione. Non enim quod una dūtaxat mulier sic uisa sit, continuo ea lex de omnibus fertur. Signa etiā non indigent tam longa ratiocinatione mentis, sed ad proximas causas sine longo processu referuntur, nec sunt tanta considerationis, quā probabilia, ita enim in his ratiocinamur. Versatur cum uiris, delectatur igitur eorum consuetudine, appetit eorum complexus, impudica igitur est. Signa autem in proximas causas sine magno processu referuntur, etiam si uarias habere possint, ut pallor in morbo, in timorem. (Haereditas non nocet) suspicionem habet à spe. (Tam palam.) Quoniam indicauit ē ipse uenenum esse. (Fugit ne) ex repugnantibus. (Sciuit quā partem.) Occurrunt obiectiones. (Quid iam.) Ex hoc ipso deprehendi potest exitus, à talibus nimis initus. (Vbi est uxor.) Verba sunt patroni rogantis illum de uxore, quia deberet pudere sine illa conspicere. (Statim consumpta) signum (sumis.) Probat potuisse fieri, ut uidetur causis naturalibus enatura rei, id est ex adiacentibus jumplis. (Tu non potes.) Non dicitur ille omnino uolens, qui instigatus ut uelit.

¶ Altera pars.

Virum. Ostendit non esse causam quā obrem illam uellet interficere. (O, inquit, dignam.) Digna est quā maritus, etiam innocens sequatur. Sunt autem herba mariti qui epoto ueneno, & collapsa iam uxore se continuo perturbat moriturum. (Bibam & uiuam) ταρποναστια est, & ab inexpectato uim habet. (Hoc qui datur.) Qui uenenum dant, non indicant esse uenenum. Hoc autem probat non quidem non fuisse uenenum, sed non dedisse male animo. (Venenum Cato.) Exemplum à maiori, licuisse sibi proscripto habere uenenum. De Catone, ita Plinius, inquit, cap. 4. libro. 29. Cantharides obicētæ sunt Cato ni Uticensi cur uenenum uendidisset in aedione regia, quoniam eas se fletijs. Lx. addixerit. Intelligit autem in aedione bonorum Ptolemæi regis Cypri.

¶ Diuinfo.

An etiam si scipsum uellet interficere, licuerit ne ē una uxorem sic occidere. Deinde noluisse quidem se, sed solam occidere uxorem. Prior illa habet, an etiam uolenti mori nos debeamus offerre occasionem, uel ministerium. Deinde uxorem noluisse ex animo, sed id dixisse quo magis probaretur marito. Altera coniecturæ est, an causam habuerit propter spem hæreditatis eam recendi. Et an ita potionem potuerit distinguere, ut ipse partem innocentiam, uxor uenenum biberet.

¶ DECLAMATIO QVINTA

de Iphicrate reo.



VI Vm in iudicio fecerit, capite punitatur. Missus Iphicrates aduersus Thracū regem, bis in acie vicit, fœdus cū eo percussit, & filiam eius duxit uxorem. Cū Athenas rediisset, & causam diceret, vīsi sunt cōtra iudicium quidā Thracū cultris armati, & ipse reus gladiū strinxit. Cum iudices citarentur ad iudicandum, palam absolutorias tulerunt sentētias. Accusatur, qđ vīm in iudicio suo fecerit.

¶ Prima pars contra Iphicratem reum.

Nemo iudicū tuorū non timuit, sic, tanquā tu de illis iudicatus es. Cum toto tibi regno sacer venit aduocatus. Non maioribus copiis bellum instruxit, quā iudicium. Iphicrate conde gladium. Iudicū est. Quid tibi cū gladio? Certe bis vīctis arma ponenda sunt. Quae est ista mutatio contra rerum naturam? In bello nuptiæ, in iudicio bellum.

¶ Pars altera pro Iphicrate reo.

Ego vīm non feci. Omnia enim legitime peracta sunt. Accusator suo loco dixit, reus suo respondit. Perfectum per omnes numeros suos iudicū est. Cum iudices sententiā ferrent, extraxi gladiū, vt occiderem me, si dānatus essem. Iudices tulerunt palam absolutorias, vt gratiam duci suo referrent. Nuptiarum causa, vītilitas reipublicæ fuit. Miles saepius pulsus erat infelici prælio. Barbaros circa iudicium fuisse, non propter iudicium armatos, sed propter morem suū. Quid potestis, inquit, queri, quod ob sidem vobis uxorem adduxi?

¶ SCHOL. (Iphicrates) magnæ indolis adolescēs, cui uigesimū agēti annū Athenienses exercitū cōmiserē cōtra Lacedæmonios, eius milites propter egregiā uirtutē Iphicratenses dicebātur quemadmodū apud Romanos Fabiani, apud Iustiū libro. v. (Sic, tanquā tu) Magnus metus fuit iudicū, qui sibi rei uidebātur, cū reus ipse uideretur index. (Nō maiorib⁹) Amplificatio ex cōparatione. (Iphicrate) ἀτωρεοφη. (Quid tibi) hostilis deriso. (Quae est ista) ἀντίστοι. ¶ Altera pars.

Ego uim Ab adiacentib⁹ cōnexis, qđ omnia in circūstatijs explorātur. (Ut occiderē me) Color adhibetur. (Tulerūt palā.) Verit in prædiū, qđ contra poterat usurpari. (Nuptiarū.) A causa fine res cohonestātur. (Miles) Ostēdit se bono animo & consilio cum hoste fœdus invisse. (Barbaros.) Desleclit quod erat suspicionis in consuetudinem. (Ob sidem uxorem.) Absimebit enim rex à bel

LIBER SEXTVS.

Io dum apud uos filia fuerit. ¶ Divisio.

E Initiosis est status, an illa uis fuerit. Pendet autem ex duplice quæstione, iuris, & conjecturæ. An illa permitti possint, dum non fuerit minatus iudicibus, quo cunq[ue] animo adhiberentur. Deinde nō fecisse malo animo, nec propter uim. Priorem magis usurpat pro se accusator, premit enim reum ab illis circumstantijs. Posterior pro reo magis est, nihil se ad misere, quā obrem iudicium formidaret. Et colorem usurpat, quo suspiciones diluit.

DECLAMATIO SEXTA

de adultera venefica.



E N E F I C I I Sit actio. Quidā cum haberet uxorem, & ex ea filiā nubilem, indicauit vxori, cui eā collocaturus esset. Illa dixit, celerius morietur, q[uod] illi nubat. Decepsit puella ante diem nuptiarū, dubius signis cruditatis & veneni. Torsit ancillā pater, dixit illa se nihil scire de veneno, sed de adulterio dominæ, & ei cui collocaturus erat filiā. Accusauit uxorem venefici & adulteri.

¶ Prima pars contra uxorem pro marito.

M Orietur, timeo veneficam, celerius quā nubat, teneo adulterā. Morietur, factum est, celerius quā nubat, factum est. Adulterium serius deprehendi quā factum est, veneficum, antequā fieret. Duo criminia ad vos detuli, & duas indices. Altera dicit, quod factum est. Altera, quod futurum est. Generi adultera, Filia pelle. Quām infelix est domus, in qua adulterium argumentum est. Dixi, honestus est, dixi, pulcher est, dum laudo generum, commendauit adulterum. O me tardissimum in malis meis. Veneficum nec denunciatum credidi, demum in veneficio adulterium deprehendi. Versæ sunt in exequias nuptiæ, genitalisq[ue] lectus mutatus est in funebrem. Subiectæ sunt rogo infelices faces, profertur putre corpus, & venientis tumens. Quid vltra queritis? Verbis signa, signis tormenta conuentunt. Ad vocem tuam facta conueniunt. Morietur, antequām nubat, factum est. Vidi mus fluens corpus, & in cadavere illius materna verba credidimus. Generum adulterio perdidit. Uxorem parricidio, Filiam veneno.

¶ Pars altera pro uxore contra maritum.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. 1.

Dvo grauissima crimina obiecit, adulteriu & veneficu. Adulteriu ancilla teste, veneficum, nec ancilla quidem. Cum indignaretur se non rogata, exciderunt illi verba, quae non minus quam pater filia luget. At quare dixisti, celei ius morietur, quam illi nubat? Verba dolor parum considerat. Exciderunt. Et est saepe fortuita diuinatio.


SCHOL. (Morietur.) Singulis uerbis uxoris, subiicit singulas suspicio-
nes, ex eo quod dixit morietur, suspectam se fecit ueneficij. Ex eo quod dixit cele-
rius quam nubat, adulterij. (Morietur.) Responderunt facta dectis. (Adulteriu
argumentum,) ubi ex adulterio reprehenditur beneficium. (Verse sunt.) Contra
rups exornat. (Infelices faces) que preferri solebant in nuptialibus subiecte sunt
rogis. (Fluens) tabe. (Parricidio.) Quoniam post tantum parricidium domi ha-
bere non debo.

C Altera pars.

Adulterium.) Alterum infirmat levitate testimoniij, alterum quod nec testi-
monium quidem habeat. (Cum indignaretur.) Color est, propter mulie-
brem iracundiam illa excidisse, signum, quod postea non minus luxit, quam mari-
tus. Ab effectu cause.

C Dimisio.

COniecturalis status non habet tam controversam diuisionem, quoniam sim-
plex affirmatio, aut negatio, multis est adiuvanda suspicionibus. Et ideo con-
iecturalis status, non transit ad alias questiones. Ille enim unus cum inficiatione
constet, omnibus alijs excludit adiutum, quod non sit in iure. Et ita uel sola nega-
cio, hic efficit statum. Nullum enim firmius fundamentum est, quam non fecisse. Sed
interim, si alij adiunguntur status, cum non satis est non fecisse, sed uelut ex abu-
danti adiutimus, etiam si feci, iure feci. Qui uult autem dividere in coniectura, se-
quatur omnes locos suspicionis, a persona, & a re, non quod persona res non sit,
aut illa res geratur sine personis, sed ad rationem praecipiendi haec separantur.
Personae distinguuntur in agentes, patientes id est reum & actorem, consciens, ad-
iutores, impulsores, testes, nam consideramus sexum, ut hic mulierem. Que fac-
ilius irritatur ad vindictam. Fortunam, ut diuinitas paupertatem. Conditionem,
ut magistratus priuatus. Relationem, que inter ipsos agentes consideratur, ut
pater ad filium, seruus ad dominum, inimicus ad inimicum. Habitus animi, qui
per totam uitam anteactam considerantur. In studiis, in uirtutibus, in uitiis,
& in quadam animi propensione ad haec, uel ad illa. Consilia etiam tractan-
tur, si spes & uota, uel ad consequendum, uel ad occultandum. Haec ad om-
nes personas que in negocio sunt referuntur, sed multo magis ad eas inter quas



G 7

LIBER SEXTVS.

lis est. Unde cuncti, tamen licebit, petenda est materia, ut hic à persona adulteri, qui idem erat gener futurus. Rem autē dicimus ipsam actionem, atq; id adeo, quod effectum est, ut hic ueneficium, homicidium, in qua pr̄eter locos illos generales & planc dialekticos, quædam aliae notæ sunt à rhetoriis traditæ. In his autem potissimum considerantur causæ, & à quibus aliquid sit, & propter quas sit, ut hie quo liberius fueretur adultero. Tempus, ut antequā nuberet. locus, ut domi sive. Modus, ut celeriter, occulte, palam. Instrumenta, ut uenenum, quæ postea insequuntur sunt, ut tumores, & liuores. Sed multo magis considerandū, quā hæc conueniat personis, aut personæ his. Inde enim constat quā credibilia, aut incredibilia sint.

DECLAMATIO SEPTIMA DE dementia patris, qui filio cessit uxorem.



EMENTIAE Fit actio. Quidam habebat duos filios, duxit uxorem. Alter ex adolescentibus cum ægrotaret, & in ultimis esset, medici dixerunt animi vitium esse. Intravit ad eum stricto gladio pater, & rogauit filium ut indicaret causam sibi. Ait amare se nouercam. Cessit illi uxorem suam pater. Ab alio accusatur dementia.

¶ Prima pars pro patre contra filium.

Audite rem nouā, Fratré crudelē, Nouercā misericordē. Insanus sum, quia alijs meo beneficio sanus es. Tradidi uxore illi, sed eri puerā. Testor, inquit, præsides pietatis deos, prius amare coepi, quā duxeras. Ita tu iniuria vocas quod fratrem habes, nō habes nouercā? Transit præter istius oculos cū ferro. Gladiū mihi nemo, nisi æger extorsit. Patri, qui periculū filii morientis sustinere non potuit, ignoscendū in qua licungis factio est.

¶ Pars altera pro filio contra patrem.

Alter lenocinio curauit, alter parricidio cōualuit. Quid hoc adulteriū non putas, quod marito cōciliante cōmittitur? Nescio fuisse si uxore duxerit, an habuerit, an dimiserit, an cōlocauerit? Quādem demens est, cui adulteriū pro beneficio imputatiū est? Stridxit gladiū matus, nō vt adulteriū vindicaret, sed vt faceret. Mori potius debuit frater, q̄ sanari turpiter. Quid enim si matrē, si sororē concupisceret? Quædam remedia grautora ipsiis periculis sunt. Omnia inter nouercā & priuignū composita sunt. Simulatū morbiū, derisum, animo turpissimo patrē.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. II.

SCHOL. (Dementia sit actio.) Imitatur uerba duodecim tabularum, quibus actio, id est ius persequendi & conuenienti aliis datur. Sed formulae quibus id ius certis uerbis concipiebatur, impetrabantur a collegio pontificum. (An mi uitium.) Affectum appellant, uelut amorem, aut odium. (Audite rem.) Sensum excitat coniunctione pugnantium. (insanus sum.) Enthimema ex repugnantibus. (Tradidi.) Quod iniuste eripitur, iuste redditur, maxima. Locus autem a contra ruis. (Testor.) Confirmat illius testimonio se eripuisse. (Non habes nouercam.) Desinit esse nouerca a me dimissa, & alteri tradita. (Transi.) Mouet suspicione, quod a fratre non fuerit auocatus. (Patri) generalem facit questionem, an liceat patri quiduis in morte filij facere.

¶ Altera pars.

A lter lenocinio.) Omnia facit suspecta in patre, q. se lenonem presliterit filio. (Quod marito) A maiori. Nam turpius est adulterium, quod a marito conciliatur. (Quam demens.) In hoc demens, q. nescit rerum discrimina, sed quod est turpissimum obsequium, patitur sibi imputari tanquam beneficiu. (Mori potius.) Mediū est indiferens cum turpi collatum praeferriri debet. (Quid enim si) Per fictionem est, pari. (Omnia) hoc colorem habet.

¶ Divisio.

G eneralis illa questio est. An dementia sit morbus, an uero quodcunq; praeter consuetudinem factum hoc nomine continetur. Sed singamus id ita esse. Illa deinde questio exoritur, an hoc inter ea conumerari debeat, & si conumeretur, an tolerabile sit in patre pro filio id faciente. Deinde non esse conumerandum, quod iuste sit factum, id in plures licet causas mittere, quod reddidit, id quod eripuerat, & an eripuerit. Quod ex illa pendet, an filius ante amauerit, an liberum sit illi facere in seipsum, quemadmodum fecit Cato, qui Marciam Hortensio tradidit. Et an in fratrem, id faciendo iniurius, aut contumeliosus fuerit, an nouercam ademerit, fratrem seruarit. Pro filio colores sunt turpis pleni suspicionibus.

DECLAMATIO OCTAVA, de virgine vestali incesti accusata.



IRGO Vestalis scripsit hunc versum. Felices nuptae, mortal nisi nubere dulce est. Rea est incesti.

Ellices nuptae, cupientis est, Mortal nisi, affirman-

G ij

LIBER SEXTVS.

tis est. Nubere dulce est. Aut experta iuras, aut inexperta peieras. Neutrū sacerdotis est. Tibi magistratus suos fasces submittunt. Tibi consules prætoresq; via cedunt. Nunquid exigua mercede virgo es? Sacerdos ras ro furet, nec unquā nisi per suā Vestam, Moriar. Nunquid perpetuus ignis extinctus est? Moriar. Nūquid de nuptiis appellata est? Ad ultimū Vestam inuoco, ut tam infesta sit sacerdoti, quām inuisa est. Recita carmen, dum querō quale carmen sit. Tu cārmē scribas, tu verba pedib; tuīs emollias, & seueritatem templo debitā modulatione frangas? Quod si vtiq; vis laudare nuptias, narra Lucretiā. De illi⁹ morte scribe, anteq; iurabis de tua. O te suppicio omni dignā, cui quicquā sacerdotio felicis est. Dulce est, quām expressā vox, quā ex tuis viscerib; emissā, nō expertae tantum, sed delectatæ. Incesta est etiam sine stupro, quæ cupit stuprum.

¶ Pars altera pro virginie vestali.

VNUS illi versus obicitur, & hic quidem non totus. Non oportet, inquit, scribere carmen. Multū interest obilurges, an punias. Incesti dānari non potest, nisi cuius corpus violatū est. Quid tu putas poetas, quæ sentiunt, scribere? Vixit modeste, castigate. Nō illi cultus luxuriosior. Nō conuersatio cū viris licentior. Vnuū crimen vobis confiteor. Ingeniū habet. Quid ni inuidet Corneliae matrī Gracchorū. Quid ni illi, quæ Catonem peperit? Quid in inuident sacerdotes parientib;.

¶ SCHOL. (Aut experta) Dilema, nam si experta es, hoc ipso damnanda es, si non es experta, & iurare audes, peieras. Vtiumq; autem à contrarijs & pugnantibus. Pugnat enim expertam esse libidinem cum sacerdotio, & peierare. (Tibi magistratus.) Quanto quis magis aliquid debet præstare, tanto ubi non præstat magis damnandus. Hęc autem ad contingentia referuntur. Vide Plutarchum in vita Num.e. (De nuptijs.) Pressū uelmentius. A minori. (Tu carmen.) A turpitudine ipsius facti. (Narrā Lucretiam.) Que in nuptijs casitatem seruare uoluit inuiolatam, uel morte proposita. Exemplum a contrario. Quale illud, Brutus filios proditioñem molientes interfici iussit. Manlius uirtutem filij morte mulctauit. (Incesta est.) Questionem mouet, an cupiditas sola, & animus stuprum faciat. Locus autem est à minori, quæ uult, & quæ uerbis indicat senelle.

¶ Altera pars.

VNUS illi.) Attenuatione singula elevat, (Non totus.) Non enim obicitur, quod dixerit, felices nuptiæ. (Multum interest) statum facit quantitat̄, qui refertur ad qualitatē, non an poena dignus sit, sed quanta, aut qua pos-

DECLAMATIO SENECAE.

FOL. llii.

na. (Incesti.) Questionem facit finitionis, quæ incesta dicatur, Et est argumen-
tum à causa. (Quid tu putas,) Coniecturam mouet animi, à simili. (Vixit mo-
deste,) Locus coiecture, ab anteacta uita. (Ingeniū habet.) Ab inexpectato, quæ
illud, qd illi deest, nisi res ē virtus. (Quid ni inuideat.) Respicit defensionē illi⁹, se-
lices nuptie. Et est defensio iuris absoluta; nō absumptua, cū ipsum factū natura
sua ostenditur honestū, nec in aliquid aliud causæ conuiūtur. ¶ Diuīsio.

D^{icit} Vplex questioⁿ, an illud ipsum carmen per se inspectum, turpe sit. Deīns
de quo animo scripserit. Prima illa habet, an turpe sit professio iam uir-
ginitatem laudare nuptias, & si id non sit, optare certe turpe esse. Animus ha-
bet, an illa per ludum & oblationem scripserit. Ad id adhibentur loci con-
iecturales ex anteacta uita, & reliquis studijs. Adiectum est extra controuersiam,
nec satis liquet, quid sibi uelit. Fortassis à Seneca in exemplum dilematis adduce-
batur. Varius Geminus apud Cesarem dixit, Cesar, qui apud te audent dicere,
magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem.

¶ LIBRI SEXTI DEGLA-
mationum. ¶ FINIS.

LIBER SEP- TIMVS.

¶ DECLAMATIO PRIMA DE EO QVI
fratrem patricidii dānatū in nauī exarmata imposuit.



VOBVS FILIIS QVIDAM SV
perduxit nonercam. Alterum domi patricidii
dānatum tradidit fratri puniendum, ille eum
exarmato nauigio imposuit. Delatus adolescēs
ad Piratas, archipirata factus est. Peregrinātem
patrem cœpit, & remisit. Reuersus pater, ab-
dicat filium.

¶ Prima pars pro filio cōtra patrē.

G iiiij

LIBER SEPTIMVS.

Tanta tempestate confusus despicere nihil potui, nec satis meminie
ram, si tale ministerium mihi pater, an nouerca madasset. Ministe-
rium, an poenam esse voluisset, vindictam parricidit, an parricidium.
Insul fratrem culeo inbes. Non possum. Non ignoscis, an non credis?
Ego contendo ne te quidem posse. Nemo repertus est naufragii comes.
Omnia instrumenta circuncisa sunt. Administrum spei nullum, patri excu-
sandus sum, an fratri? Hoc, inquit, impietatis tuae munus ad inferos
Alias deferam, licuisset mihi per fratrem aliter quam parricidae mori. Vixit, in-
licuisse, quiet, frater. Non credo. Seruauit, inquit, me. Fecisti, ut crederem, in
domo in qua tam facile parricidium creditum est. Ego, inquit, fratrem
occidere non potui, frater patrem. Emicabant densa vndeque nubibus
fulmina, & tempestates horridae absconderant diem, intumuerat mare,
instis quoque nauigis horrendum. Habes, inquam, frater, si innocens es
nauigium, si nocens culeum. Non potui facere parricidium. Quam fas-
cile erramus omnes, & factum putani. Frater, inquit, tu primus in do-
mo parricidium facies. Iacebat in littore nauigium, quod etiam integrum
infelicitate vixerit. Credo parricidam, si tibi proficisci nauigium suum
reddidit. Subito mihi cum animo pariter excidit ferrum, & nescio qua
perturbatione tenebrae stupentibus offunduntur oculis. Intellexi quam
difficile esset parricidium facere, etiam quod imperasset pater. Ita mihi,
quae sola miseris in domo nostra respicit, fortuna succurrat. Prose-
ctus est pater tranquillo mari, auspicato itinere, integra nauis. Quid est
hoc? Felicius nauigauit damnatus, quam qui damnauerat? Vtrum vides
tur vobis innocentiam apud Piratas dicidissem, an ne apud Piratas quis-
dem perdidisse? Perieras pater, nisi in parricidiam incidisses. Scissa quidem
vela fecerant sinus, & instructas classes naufragia precesserat nauis. Scires
nauigare, qui seruaturus esset patrem. Erat nauigium, immo fuerat, o crudelis &
pertinax nouerca, nihilo minus saeuia, tam maria quiescunt, pre-
dones miscrentur, irati parcunt. Veni ad vos, ut probem me parricida.
Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata de-
currunt. O maria iustitia iudicis. O mitiores procellae patre. Non pu-
tatis misericordem, qui quem damnauit, fratri puniendum dedit? Cen-
turius Luculli Mithridatem non potuit occidere. Mithridatem dicit bonum,
quam non dubium parricidiam. Gaudet pater, neuter ex filiis suis parti-
cidium fecit. Narrat pater, quomodo te dimiserit. Sic dimissus nocens

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxx.

est iste, sed mihi frater est iste. Naturae lura sacra sunt, etiam apud Piratas. Dixisses, inquit, te non posse, ita tu nesciebas? Non licuit, non potuit, non debuit.

¶ Pars altera contra filium.

NEga hunc parricidam fuisse, quem vere scis esse Piratam. Dimisit me in patrocinium suū, ut quia non occiderat, videretur nec ante voluisse. Quis porro me uno miserio? Vitam parricidæ debeo.

SCHOOL. (Tanta tempestate.) Hic color tam adhibetur ad ius, quam ad aequitatem. Habet autem amplificationem ex ratione, id quod addit, nesciebam pater, an nouerca mandasset. (An poenam.) Pœna enim mibi erat in ea re tibi obsequium exhibere. (Non possum.) A facultate arguit. (Ego contendo.) Minus erat te posse qui imperabas, à minori. (Nemo repertus est.) Etiam hoc habet questionem, fuisse se obsequitum, qui perinde fratrem dimisit, ac si occideret. (Patri excusandus.) Magis est quod me excusem fratri, quem morti certæ obieci, quæ patri, cui uideor iam in hoc obtemperasse. (Hoc inquit.) Expressit fratri erga se orationem. Impietas erit quocunq; modo me occideris, sed minor, si me non tanquā parricidam occideris, id est quoniam alio modo, dum me non insueris in culeum. (Fecisti ut.) Nam hoc argumento persuasi, ut crederem fratrem seruatum, nec mirum, cum in eadem domo tam sit facile parricidium creditum, & ita reprobat patri crudelitatem. A maiori. (Ego, inquit,) à minori, uel fortassis, hæc ita sunt continuanda, ut hæc præcedenti clausulæ annumerentur, ab eo loco, in domo. ¶ (Emicabant,) οὐτοτεωσις, qua ostendit mortem tunc fratris, haud fuisse dubiam, & ita implesse se imperium patris. (Non potui.) Duplex est inclusa defensio, nam q; non occiderit, sed obiecerit illum periculo, pietatis est, quod autem putaverit se occidisse, in hoc se patri purgat. (Frater, inquit,) Verba sunt fratris occidendi. (Credo parricidam.) Vide quā infirmum erat nauigium, ut si tibi nauigatuero id obtulisset, magis parricidam crederem. (Subito mihi.) Hæc omnia pertinent ad probandum nec fuisse sibi liberum, id perpetrare. Eæ cultas autem adiacens est in persona, ad rem si referatur causa. (Intellexi,) A minori. (Ita mihi.) Nam nisi fortuna frater fuisset liberatus, tanquā parricida interuisset. (Profectus est pater.) Ab euentu probat innocentiam, tanquā ab effetu causam. (Vtrum uidetur.) Non potuit apud Piratas discere innocentiam, qui non habent: sed tam fuit ille innocens, ut neq; apud Piratas factus sit nocens. (Pecrieras.) Inclusam habet contradictionem, quo magis credibile est illum non fuisse parricidam qui seruarit iugum, igitur illum appellauit parricidā. (Scissa quidem uela.) Adhuc perslat in euentu. Videtur enim secundior fortuna bonæ quoq;

LIBER SEPTIMVS.

mentis signum. (Fecerant simus,) ut melius exciperent ventos. (Scires nauigare.) Tantum abest, ut parricidam credere debcas. (Erat nauigium.) Detruncatum est ex narratione. Nam nec in controuersia est integrum. Videtur tamen ad narrationem hoc principium pertinere, ἐπειδὴ αὐτὸς εἰ αυτὲν emendat se, quasi illud non fuerit nauigium cui impositus est, sed nauigij simulacrum. (O crudelis.) Continuanda hec sunt cum sequentibus. (Multas rerum natura.) Etiam si non occiderim ut tu inebetas, licuit tamen perire, si percundum esset, multis alijs modis. (O maria.) Quem enim iudicabamus parricidam, uos absoluistis. (Non putatis,) Color est, quo probat etiam patrem noluisse interfici, qui fratri puniendum dedit. Sed hic color blanditur in parte, ceterum in summa non consentit. Nam si tunc nolebat interfici, quid nūc persegitur fratrem qui dimiserit. (Centurio Luculli) id suspicor contigisse in eo prælio quo Mithridates à Lucullo uictus capi potuisset, nisi se milites conuertissent ad prædam, & alio loco à milite quodam uulneratum narrat Appianus. Bene autem Mithridatem appellat parricidam, qui filiorū, fororum, uxorum, pellicū cedibus desauerit. Appianū, Plutarchum in uita Luculli, & Pompeij, & Iustinum legito.

¶ Atera pars.

NEgā hunc.) Ab eo q̄ Pirata sit, probat parricidam. Argumentū est à cōnexis. Cōnixa autem sunt, quorū appellationis causa extra est, quemadmodū rex & amicus. Talia autē ad ipsa subjecta debent referri. Quae denominationē sumunt ab extrinsecis, ut rex relatum ad eum qui rex est, cōnexum est, uenit tamen ab ijs, quae extra sunt, id est à regno, relatum autem ad regnū relatiū. Eodem modo de marito, & uxore. Qui autem locos inuestigat in aliorum scriptis, hæc omnia debet considerare. Primū quid sit id, de quo aliud probandū, aut negandū est, quid deinde illud, quod probatur, aut negatur. Præterea illud per quod probatur, quod argumentum est, uel medium, ut hic filius est, de quo probatur parricida. Hoc autem ipsum, quod probatur de illo, porro Pirata id est per quod probatur. Tum illud medium conseratur, vel ad id cui probando destinatur. Ex relatione autem deprehendetur, quid sit. Hic autem Pirata ad parricidā collatum, nihil aliud est, quā contingens. Potest enim alterum cum altero, uel sine eo, & esse, & non esse. Quod si referatur ad ipsum subiectū in quo est, erit cōnexum. Pirata enim ad filium cōnexum est, ut diximus. Et hæc ipsa ut uarie relata sunt, uarias relationes habere solent, atq; ita accidit, ut eadem sœpe argumenta ex uarijs locis sumpta dicantur, sed de hoc alias. (Dimisit me.) Color est, ad animū spectans, inuertens id quod ab aduersario maxime usurpatū in defensionem. Ceterum ex

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. III.

contingentibus, quæ fontem habent probabilem, quæ immura cum sint, intra certam artem redigi non possunt. (Quis porro) Obtendit hunc colore impietati.

¶ Diuisio.

AN debuerit etiam imperante patre facere, an potuerit, an fecerit. Prima illas habet, an mereretur frater, quod ad coniecturam pertinet, id est an uoluerit patrem interficere, quo loco nouerca insimulatur, & omnes loci suspiciorum excutiuntur, an qui postea non fecerit, cum facultatem haberet, uoluerit prius facere, etiam si frater mereretur, debuerit in hoc patri obtemperare. Et si debuerit ex æquitate, an iure permittatur priuate personæ de quoquā suppliū sumere, præsertim domi, & non publice damnato. An potuerit, an eo stupore fuerit occupatus, ut tam triste ministerium exequi non licuerit. Quo loco tractatur, an repenitē perturbationes animū uiresq; debilitent, uel impedian. An fecerit, an qui exarmato nauigio imposuerit, videatur explesse imperium patris. Qui locus tractationem habet amplam, manifesti periculi, & paratæ mortis, nisi ille innocentia fuisset tutus. Postremo, an si fratrem interfecisset, potuissit cum eo tanquam cum parricida agi. ¶ Ex controversiis.

LIbet hic cōferre, q̄ in his declamationib⁹ sunt, cū sis q̄ in controuersiis, vt plane appareat, q̄b⁹ sint oēs hæ sententiæ, mutilæ, & truſicæ. Ac prim⁹ ille sensus, quo color inducitur pro filio nō potuisse. A L B V T I I Syllis fuit qui sic dixit. De fratre, nec iudicare andeo, nec loq. Vno nomine ḡas ago, & gratulor, q̄ patrē seruare potui. Mori iussus, tata tempestate cōfusus, neq; estimare quicq; nec despicere potui. Plura timui criminā pater fortuna torquēt, q̄b⁹ quæ videris ipse nosse. Nec satis memini, solutū mihi fratrem tradideris an alligatū, nescio, quantū ad meū stupore attinet, etiā fugere potuit, nec satis meminerā tale ministeriū, an pecunā esse voluisses, vindictā, an parricidiū. Iustū fratrē culeo iubes, non possum pater. Nō ignoscis, an nō credis: ego cōtendo nec te quidē posse. Si quis tibi dixisset tyrānus, vent, tuis manib⁹ filiū insue, in hoc opere potes oculis tuis, potes manib⁹ vīti: potes audire inclusi filii gemitū? Si potes, timeo ne innocentē dānaueris. Si nō potes, quid frater in fratrē posset patrē testem dedit. Quid accusas, quod impunitatem fratri dederim, in quo facto consiliū meū vīctum sit: à me frater ut viueret, non impetravit, ut fugeret non impetravit. Nihil aliud impetravit, quā ut aliter, quā in culeo moreretur. Causam malam habeo, ut inter fratres. Vbi spes: in gubernaculo nulla est, in remigio non est.

LIBER SEPTIMVS.

Hæc in comite? nemo reptus est naufragii comes, in velo? in arte? omnia penè instrumenta circuncisa sunt. Adminiculum in spe nullum est, patrum sum excusandus? at fratri, de filio tuo hoc respondeo, quandiu in patria solo morari licet, tuus es, protectus in mare, quicquid post exilium, & naufragium, vel facit, vel patitur, ab omni fecdere vita cōmuniſ abstractus, pœnaruſ eius pars non est, nequitia opus est, sed alius querens tibi, teipſum testem dabo, non esse Piratam. Ego illi terræ, ego lucis conspectum, ego etiam mortis humanae facultate abstuli. Fortuna ipſa, quæ emiserit, eius est, nihil tamen illi præter mare relinquuntur. Moriendum est mihi, pater iussit, nec ego te deprecor, ne moriar, nec tibi licet non facere, quod iussus es. Inter patrem iratum, & fratrem moritum, arbitriū pietati tuae necessarium suscipere. Sanguinem meū patri refer, culeū mihi remitte, volo mori, sed pura manu tua, hoc tuae pietatis minus ad inferos perferā, huiusque mihi p fratre aliter quā parricidæ mori.

SCHOL. (Mori iussus.) Fortassis inclius, occidere iussus. Non enim ille inbebatur mori, sed si dicatur, intelligendum de altero fratre, & dislinguendū. (Plura timui.) Fortassis ne me frater interficeret, mibi punicndus datus, & scelus sceleri adderet, & ita dixit, non quæ ille admisit, sed quæ tu uideris nosse. (In hoc opere) habet ἐνάγματα, evidentem rerum expressionem. (Patrem testem.) Fortassis melius, pater testem dedit, id est ipse testimonio est. (In quo factō,) quæ si dicat non omnino illi impunitatem dedi, nam consilium meum fuit ita perdere, sed à fortuna est superatum. (Vbi spes?) Species inductionis est, cum ueluti per exceptionem singulorum ad id quod uolumus peruenimus, quæ per hanc subiectionem, & interrogationem multo sit elegantior. (Patri sum excusandus?) Totus hic sensus est euersus, ut cumq; tamē sit, uidetur hoc uelle, ubi emissus sit tanquam in mortem certam, iam liberatū potestate patria, nec posse de illo tanquam de pirata penas sumi. (Moriendum est mihi.) Per prosopopiam orationem fratri tribuit, & magis spectat ad πατέρα τοῖον.

MARCELLVS ESERNINVS Dixit. Habes, inquit, frater, si innocens es nauigium, si nocens culeum: non feci parricidū, & quā facilimē erramus homines, factum putauī, deliberabam an parentarem patri.

SCHOL. (Parentarem patri,) Id est tanquam ad placandas eius manes filium parricidam occiderem.

ARGENTARIUS Dixit. Quod iusseras, factum est, perill

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. iv.

frater viuit, inquit, & me dimisit, bono argumento probatur vivere.
Vtraspq ad cœlum manus sustulit. Si nihil vñquā imple cogitauit, patrē
meum etiam dānatus diligo, dī immortales rerum iudices adeste, si alia
ter sentiret, infelicia sibi imprecatus est maria, sic nauem suam rexit.

SCHOL. (Vtraspq ad cœlum.) Etiam prosopopeiam finxit, & debet il
lud, si rursum suppleri, si patrem meum dānatus diligo.

CBL AND VS Dixit. Latebat in littore nauigium, quod etiam
integrum infeliciter vexerat. Credam parricidam, si tibi proficisci
nauigium sū redidit. Subito mihi ferrum non sentienti cum animo
pariter excidit, torpent manus, & nescio qua perturbatione tenebrae
stupentibus offunduntur oculis. Intellexi quā difficile esset parricidū
facere, etiam quod imperaret pater. Ita mihi quæ sola miseros in domo
nostra respicis fortuna succurras, ita mihi contingat, aut honeste dice
re, aut mori, ita ex domo nostra ego sim ultimus reus, ut ille furabat,
meliorē se nouercam habuisse, quā fratrem.

SCHOL. (Ita mihi.) Hic autem locus emendatior est, quā in declama
tionibus, sed fortassis, non dicere, sed uincere potius scribendum est. Si enim illi li
cebat honeste dicere, quid erat quod precaretur? Hæc autem uidentur diluere ta
citam obiectionem, nimirum fratres inter se cōmuni consilio consensisse. Sed uide
quā ille mihi non crederet, ut meliorē nouercam diceret.

CORNELIUS HISPANVS Dixit. Fateor, volui oc
cidere, sed tunc intellexi, quā difficile esset parricidium. Ego, inquit, oc
cidere patrem nolui, ne nunc quidem possum. Pater noster nauigauit se
reno die, tranquillo mari, aufspicato itinere, integra nau. Quid hoc est?
nauigauit dānatus felicius, quā qui dānauerat. Vade, inquit, patrē te ha
bere mihi non licuit, habebo patronum, renertere. Magnum pietatis ar
gumentū, filio charus pater, etiam post suppliciū. Vtrum vobis uidetur
innocentia apud piratas dīdicisse, an ne apud piratas quidem perdidisset?

SCHOL. (Ego, inquit;) Argumentum est, me noluisse occidere: quan
doquidem ne nunc quidem inter piratas possum. (Habebo patronum) Verēcun
de dixit, alioqui ipse erat patronus eius, quem seruasset.

CAESTIVS PIVS Dixit. Erat nauigium, immo fuerat, sed
adhuc crudelis & pertinax nouerca, post omnia devicta nihilominus fa
uit, maria iam quiescunt, prædones iam miserentur, tratti iam parcunt.
Ibamus præter sepulchrū matris, ille mortem timens, ego scelus, expe

LIBER SEPTIMVS.

¶a. Vide an fortuna nobis obicitat scelus. Iacebat nauigium peruetus,
& attritum fallo, vix viuis capax animae. Vent ad vos, victoria pulchra
petitur, ut probem me parricidam. Non occidisti, inquit, fratrem no-
uerca, audiui secundissimam vocem, fateor me parricidam, occidi fra-
trem, tatus sum pater, si hoc probetur: imposui in exarmatam nauem:
non est occidere! Nouercæ quidem nunquā satis priuignus occiditur.
Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decur-
runt, & haec est cōditio miserrima humani generis, quod nascimur uno
modo, multis morimur: laqueus, gladius, præceps locus, verenum, nau-
fragiū, millæ aliae mortes insidiantur huic miserrime animæ, & hoc oc-
cidere vocatur, sed diutius. Si quis nunc stat in tuba, & hoc dicit, huic
quisquā parcat, qui fratrem suū occidit, & occidisse se probat. Compo-
nis in domo par, ut alter scelere sit parricida, alter ministerio. Impositus
est in nauem frater, qualem nauē? Scitis, nihil esse pericolosius, quā etiā
instructa nauigia, parua mater ia se fungit fato. Quid si vero non euden-
tibus cōmititur illa anima, nō velis, non gubernaculo defenditur, exar-
mata nauis, & vtroq; patens latere. Imponitur miser in naufragiū, nau-
gio per se pessum ituro, pondus insuitur. Ecce nauem diuinitas armat, su-
bito visa sunt vela, subito nauis ceperit, & regere se & attollere. Magnū
est præsidium in periculis innocentia. Sæuū mare inuoluitur, procellæ
spumante impetu latera nauigii vrgent, pulsatur vndeq; nauis periculis,
innocētia tamen tuta est. O maria iustiora iudicis. O mitiores procellæ
patre, quām effecisti animam. Nec hoc tantum diuinitus gestum est,
quod peruenit tutus in portum, excipitur classe prædonum. Habeat pa-
ter mentem nauigandi, capietur iudex, ut illum poeniteat sententia sue.
Damnare me nouerca parricidii potuit, parricidam facere, nec dānando
quidem potuit. Cognosce innocentiam meam in mari, quām domi no-
luisti. Complexu, osculis prosecutus est, sic patrem parricida dimisit.

SCHOL. (Præter sepulchrum.) Id est iusta, & tacite mentione matris
facta, inuidiosam facit nouercæ. (Vide an fortuna.) An nobis offerat occasione sce-
leris perpetrādi. (Non occidisti.) Ad narrationē hæc uidentur spectare. (Iocūdissi-
mam uocē.) Quatenus dixit non occidisti. (Nouercæ quidē.) Etiā si ille uidebatur
satis occisus, tamen nouercæ nulla satis mors uidebatur. (Parua materia.) Tribus
digitis, ut inquit ille, à morte relictis. (Dānare me.) Pulchram habet uerborū
traductionem. (Complexu, osculis.) Hæc omnia à contrarijs sunt.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lvi.

CIVNIUS GALLIO Dixit. Multa nō agnosco, frater domini damnatus est, ego in publico: illi obiectū est quod parricidū fecerat, mihi quod non fecerim: ille negabat, mihi nouo patrocinio vtendū est, fratre tremi occidi, in ea domo, in qua parricida damnatur, hæc innocentia est. Video vos invitatos audire hoc genus defensionis, malo itaq; me vobis innocentē probari, quā patri. Fratrem non occidi, non potui fratrem occidere. Idē timuimus, idē doluimus, idē fleuimus, eundē patrem habuimus, eandē matrē, eandē nouercā, mitioris natura pectoris sum, mollioris animi. Non idē omnibus mortalibus natura tribuit ingenitū, animus meus durior est, illius clementior: apud Piratas quoq; inuenitur, qui non posset occidere: Putas me dicturū ne altius occideret: Si mater nostra viueret, puto illi tradidisset. Quod proximū fuit, mihi tradidit. Virtū vobis videtur, per manus patris punire filiū voluisse, an ablegare priuignū: pudet me patrocinii mei. Timeo ne cū cœpero narrare quid fecerim, dicas, certe negabis te posse hominem occidere.

SCHOL. (Frater domini) Antilibet utitur ad dissimilitudinē ostendendā.

COPOMPEIUS SILO Dixit. Gaude pater, neuter filius tuus parricidium fecit, dimisi in portum naufragū. Vis pater scire, accusator nocentior sit an reus? Conlice in alteram nauem nouercā, illa faciat votum, precetur, si neminiem innocentē accusavit, si priuignū immiserans non oppresſit, in eos Piratas incidat, qui nesciant captos dimittere. **L A T R O** In has questiones diuisit. An licuit illi quod iubebat pater facere. Non licet, inquit, fratrem necare, ille damnatus erat, non enim iudicio publico ceciderat, ignoscet si diligentior sum, cum videam hominem, tam facile damnari. Timeo ne quis me parricidii postulet, facile est, si dicenda sit domini causa, etiam nocens absolutionem sperare potero, in foro quid respondebo? Occidi fratrem parricidam, me quoq; vocant, quod affui reo. Si licuerit, an debuerit. Nocens est iste, sed mihi frater est, naturæ iura sacra sunt. Quid de me iudicaturus es si fecero? Puto difficulter postea in me parricidium credes. Etiam si debuit parere patri, an ignoscendum sit illi, Si non potuit. Fatebor, inquit, quod forte offensum est aures, patri parere volui, fratrem occidere non potui. Oborta sunt subito tenebrae, diriguit animus, sublapsum est intercepto spiritu corpus, nō possum fratrem occidere. Po Alias ne hoc loco piratam, nō poterat. Quidā occidere hominē tantū nō posse. Poterit?

LIBER SEPTIMVS.

sunt. Quorundam aduersus hostes deficit manus. Fratris quoque beneficiū non est, tam magnum pater, quā magnum putas. Non ille te nō
luit occidere, sed non potuit. Nouissimas illas partes fecit, quāuis nō
ciderit, si tamen potuit dānatū, an abdicari debeat. Dicet enim pater,
si non poteras, negasses, & misisses ad me, non posse te. Hoc loco Latro
dixit rem valde laudatam, dixisses, inquit, te nō posse. Ita me nesciebas,
putasti me posse occidere? Quid ergo sic loquebaris! iam vnum parricidii
condēnasse. Deinde, an punierit fratrem. Hæc descriptio suppli-
cii, quod dixit grauius etiam culeo fuisse.

C De colore inter maximos & oratores, & declamatores disputatū
est, vitrum ne aliquid deberet dici in nouercam, an non. **P. A S P R E-**
N A S E T A L B V T I V S, Et præter oratores magna horū the-
torum manus in hanc partem transuerant, & qui in nouercam inuehe-
tentur fuerunt, & illi qui non quidem palam dicerent, sed per suspicio-
nes & figurās, quā rem non probabat **P A S S I E N V S**, Et atebat,
minus verecundum esse, aut tolerabile infamare nouercam quā accusa-
re. Quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, deinde ablati
sunt impetu. Excusatus est autem in malum colorem incidere, quā tran-
sire. **L A T R O** Illum introduxit colorem rectum in narratione, quo
per totam actionem vsus est, non potuit occidere. Et cum descripsisset
ingenti spiritu titubantem, & interrogationem fratris occidendi cōcidē-
tem dixit. Nouerca aliud quære in priuignū tuū crimen, hic parricidū
non potest facere. **C A E S T I V S** Colore alio vsus est. Transibamus,
inquit, secundū matris sepulchrum, inuocare coepit manes eius, motus
sum. Et puerili sensu colorem transcurrit, quid facerem, inquit, occidere
pater iubebat, mater vetabat, & eum colorem dixit, hæc mecum cogita-
ui, non est imperatum vt manu occiderem, non vt laqueo, non vt mari,
eligeret supplici genus liberum est. **F V S C V S A R E L I V S** hoc
colore vsus. Tentari me à patre putauit, uno, inquit, supplicio alterum fi-
lium puniri, alterum experiri vult. **A L B V T I V S** In argumentis
plura posuit, & omnes sere' colores contrectauit. In narratione hoc co-
lore vsus est, & dixit, hoc vnum mihi præsta benefictum, sine me tan-
quā parricidam mori. **A R G E N T A R I V S** Non tanquam frater es-
set, sed huius consilii inuentor dixit. Cogitauit quid facerem. Tandem
inueni quomodo parricidium vindicarem sine parricidio. **P A S S I E**
For, ad-
dēdū nō.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lvi.

NVS hoc colore vſus est. Nō putauſ patrem utiq; velle occidi filium. Videbatur mihi omnia misericordiae adſumenta præparasse, quod doſ mi cognouerat, quod inter ſuos. Fratri, inquā, tradiſit, age ſi parcere voluſſet, cui tradiſiſſet. POLLIO ASINIUS Dixit in nonam, itaq; illo colore vſus est. Cogitaui mecum quid liceret, quid oportet: ſi tantum inquā nefas cōmiſſum eſt, nullæ meæ partes ſunt ad expiandum ſcelus. Triumuiris opus eſt, comiſio, carnifice. Tanti ſceleriſ, non magis priuatum potest eſſe ſupplicium quām iudicium. MA RE CELLVS Dixit ita. Si iſte parricidium fecit, ideo & ego faciam: Et illam quā ſupra ſententiam retuli, habes, inquā, frater. VARIVS GEMINVS Et ipſe dixit. Nolui occidere, egregie, inquā nouerca inter priuignos diuſiſ odium, alteri parricidium obſicit, alteri mandat: & hac illum figura defendit in narratione. Interrogauſ fratrem, apud quem praetorem cauam dixiſtis: apud nullum, inquit. Quis accuſator fuſt: nemo. Quis teſtis: immo qui teſtis: Vni enīm etiam de minore ſcelere non creditur. Nemo, inquit, Quis de te pronuncauit: nemo. Quid pater, inq; SEPVLЛИVS BASSVS hoc colore vſus eſt. Non habui parricidiae instrumenta, non culeum, non ſerpentes, parricidam tamen in maria protecti. VIPSANVS duro colore vſus eſt. Hoc, inquit, ſupplicium tanquā grauius elegi, quid iſte, inquā, infueretur, & ſtatim omnē ſenſum ſupplicii effugiet: immo ſollicitus pendeat, & quod ne infueti quidem parricidiae patiuntur: ipſe poenam ſuam ſpet: nihil ſperet, timeat omnia, peius debet quā cæteri parricidæ mori, à patre dānatus eſt. Et hoc colore per totam declamationem vſus eſt, vt diceret, hoc ſe tanquam grauius elegiſſe. Displicebat color hic prudentibus. Quā enīm ſpem habuit aſſolutionis, ſi nec paruit, nec pepercit: HATERIVS hoc colore vſus eſt. Diu meciū diſputauſ, parricida eſt, quē non teſtis probauit: Non iudex coarguit: Quid ergo innocentis quem condēnat pater: Inueni aequa poenā ſimillimā reo, mersam, non tamen ex toto perditam ratem, que vel punire fratrem poſſit, vel aſſoluere. TRIARIUS Et ipſe quaſi ſententiam de fratre ferre noluiſſet, egit & dixit. Tandem ad coelum manib; leuatis, quicquid eſt inquā, quod terris imperat, quod regnat profundo, quicquid eſt quod ex ſublimi ſeſ ſpectat humanas inuoco, damnatus alto cōmittitur. A parte patris, quod ab archipirata dimiſſus eſt ſic. CAES

LIBER SEPTIMVS.

TIVS, poenam, inquit, putauit mihi hanc esse morte grauorem & sic posuit in narratione. Rogabam ut occideret, non impetravi. V AS RIVS GE MIN VS, ait. In hoc me dimisit, non quia volebat saluum esse, sed ad patrocinium suum, ut quia non nunc occiderat, videetur nec ante voluisse. LATRO Dixit. Quis porro uno me misericordia est, qui vitam parricidae deboeo.

SCHOL. (Aliud quere.) Quasi tunc hoc ministerium illi iniungeret tandem quā sceleratum factura parricidio fratris.

DECLAMATIO SECUND A, DE Popilio, qui Ciceronem interfecit.



E MORIBVS sit actio. Popilium parricidii reum Cicero defendit, absolutus est, proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popilius, & caput eius ad Antonium retulit, accusatus de moribus. BASSI SEPULLII. Si accusasset Cicero Popilium, viteret. Occidit Ciceronem Popilius. Puto iam creditis occisum ab isto patre, GABIIS SABINI. Quod unum potuimus, effecimus, ut veniret tempus, quo Popilius Ciceronem desideraret. Popilli potes, inquit, Ciceronem occidere, potes vel patre. PORTII LATRONIS. Prosterni occisurus Ciceronem debebat incipere a patre. Antonius, inquit, fuisse. Non pudet te Popili. Imperator te tuus credidit posse parricidium facere. Abscidit caput amputauit manum, effecit ut minimum in illo esset crimen, quod Ciceronem occidit. Factus indignum, felicissime licet cedat actio, id solum efficiemus, ut qui occidit Ciceronem tandem erubescat. Proh dicit boni occisum Ciceronem, & caput eius humero tenus recisum. ALBVTII SILII. Cæde ceruices tanti viri, & humero tenus recisum amputata caput. I nunc, & nega te parricidam. Hoc unum tantum feliciter fecisti, quod ante occidis patrem quā Ciceronē. Facilius Cicero pro parricida iudices monit quā pse clientē. Ad vos hoc patrini exemplū pertinet. Nullos magis odit Popilius, quib⁹ plurimū debet. Vbi tunc estis iudices, qui in istū reū sederatis, ecquid pœnit absoluiss? ARGENTARIUS. Impi⁹ est, ingratuus est, audeo dicere parricida. Sensit qui defenderat. Respic forū, hic sub Cicerone sediuit.

DECLAMATIO. SENECAE.

fol. lvi.

respice rostra, hic supra Ciceronē stetisti. Quantū eloquētia tua Cicero potuit? Popili⁹ de morib⁹ reus est, abscedit cœrantes loquētis, hęc est absoluti clētis post longū tēpus salutatio. Parce sā quæso Popili. Nihil tibi nisi occidendū Ciceronē mandauit. Duo fecit parricidia, quorū alterū audistis, alterū vidistis. **C A E S T I I P I I.** Si dixerō, insamis adoleſcētia turpis est, insamis pueritia turpis est, respōdebit, sā ista Cicero defēdit. Nō pudet Popili, accusator tu⁹ viuit. Quid tā cōmune, quā spiritus viuis, terra, mortuis, mare fluctuātib⁹, littus electis? Parricida sic etiā tu perisses. **F V L V I I S P A R S I.** Nō credidisset Popiliū fecisse Antonius, nisi in mensē illi venisset, illū & parricidū fecisse. Facinus indignū, à me defenditur Cicero, cū Popiliū Cicero defenderit. **M E N T O N I S.** Nō magis quisq; alii occidere Ciceronē potuit præter Popiliū, quā nemo Popiliū præter Ciceronē defendere, parricidā quē viu⁹ negarit Cicero, occisus ostēdit. Fortunā Ciceronis. Antoni⁹ illū proscrispsit, qui accusatus est, Popilius occidit qui defensus est. Si dānatus esset, carnifex te culeo totū insuisset. Video quid respōdeat. Nō crebet Antonius occisum Ciceronē à Popilio, nisi ei signū attulerit. **T R I A R I I.** Præsta Ciceroni qđ propinquī Catilinæ, qđ amici Verti præstiterūt. Proscriptū transi. Ne a' mortuo quidē man⁹ abstinet, lacerat occisum. Popili hoc parricidiū tertium tuū est. **P O M P E I I S I L O N I S.**

Alias

Nunqd magis exonerare te possis, præsta Ciceroni qđ Antoni⁹. **C O R N E L I I H I S P A N I.** Dic Antonio, ego istud scel⁹ facere possum & patrē occidi. Securi erāt amici Ciceronis, postq; ad illū Popili⁹ missus est. **A R E L L I I F V S C I P A T R I S.** Potuisti Ciceronē occidere. At qđ bene p̄suaserat nobis Cicero, parricidiū te facere nō posse. Occidisti tu Ciceronē loquētē. Nunqd, inq; & aliq; ex tuis venerat index, an nemo Ciceroni timēdus est, q cū Popilio venit? **Q. H A T E R I I.** qui modo Italæ humeris relatus est, nūc sic à Popilio refertur, pposito in rostris capite Ciceronis: cū vni⁹ metu omnia tenerētur, gemitus tamē Popili liber fuit. **I V L I I B A S S I.** Proscriptus, inquit, erat Cicero, pater certe tuus proscriptus nō fuit. **B L A N D I.** Dū manus, Popili sentis patris, & inulta Cicero te p̄lequūtūr umbræ, vt quē negasti, parricidā sentias. **C A P I T O N I S.** Deduxi ad vos reū omnīū, quos terra sustinet, nocētissimū, ingratū, impiū percussorē, his parricidā, & tamen Alias timeo, patroni viderint, ne a' Popilio quidem, nisi post beneficū occidet. Nec

For, pos puli.

LIBER SEPTIMVS.

ditur. Nec damnationem tamen istius despero. Non enim à Cicerone nūc defenditur, timeo ne causæ non satisfaciam. Maior causa est, occisum a Popilio Ciceronem queri, quām fuit aliquid probari non occisum patrem. Ciceronem quisquā potuit occidere qui auduit? Minturnensis palus exulē Marium non hausit. Cimber etiam in carcere vidit imperantem, prætor iter à conspectu exulis flexit. Qui in crepidine videbat Marium, in sella figurauit. Non possumus de Popilio queri, eodem loco patronū habuit quo patrem Pompeius terrarū marisq; domitor. Hortensii se clientem libenter confessus est. Hortensius bona Pompeii non Pompeiū defenderat. Romulus horū mōnū conditor, & sacratus coelo parentis, non tantā urbem fecit, quantā Cicero seruauit. Metellus in Vestae aede extinxit incendiu, Cicero Romæ. Glorietur Hānibale Scipio, Pyrrho Fabricius. Antiocho alter Scipio, Perse Paulus, Sparthaco Crassus. Sertorio, & Mithridate Pompeius, nemo hostis Catilina proplus accessit. Fert appensum conto caput, & defluente sanguine hunc ipsum inquinat locum, in quo pro Popilio dixerat. B V T E O N I S. Quanta fuit eloquentiæ? Probauit ab eo non occisum patrem, à quo occidi poterat etiam Cicero. M A R Y L L I I. Si inimicus esset patrōnis, optarem, ut reus absoluueretur. Turpe iudicium, in ea ciuitate Ciceronem non defendi, in qua defendi etiam potuit Popilius. Popilium pauci ex historicis tradiderunt intersectorē Ciceronis. Sed hi quoq; nō parricidiū reum à Cicerone defensum, sed in priuato iudicio. Declamatoribus placuit, parricidam reum fuisse. Sic autem eum accusant, tanquam defendi non posset, cum adeo possit absoluī, ut ne accusari quidē potuerit. L A T R O N I non placebat illum sic accusari quomodo quidam accusauerunt. Obiicīo tibi, quod occidisti hominem, quod ciuem, quod senatorem, quod consularem, quod Ciceronem, quod patrōnum tuū. Hac enim ratione non aggrauari indignationem, sed fatigari, statim illo veniendum est, ad quod properat auditor. Nam in reliquis adeo bonam causam habet Popilius, ut detrahe eo quod patrōnum occidit, nihil negotii habiturus sit, & patrocinium eius est ciuilis belli necessitas. Itaq; nolo per illos reum gradus ducere, quos potest tutius euadere. Licuit enim in bello, & ciuem, & senatorem, & consularem occidere, nec in hoc crimen est, quod Ciceronem, sed quod patrōnum. Naturale est autem, ut quod in nullo patrono fieri oportuit,

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. viii.

Indignus sit factum in Ciceronem patronum. LATRO accusauit illum de moribus, primū quod sic vixisset, ut causam parricidii diceret, deinde quod patronum suū occidisset. Et fecit has quæstiones, an posset eo nomine accusari, quo absolutus est. Si quis, inquit, hodie volet me parricidii postulare nō poterit. Quomodo crimen quod obisci nō potest, puniri potest? An in bello ciuii acta obisci non possint. Honeste dixit, cum hunc locum tractaret VARIUS GEMINVS. Si illa, inquit, tēpora in crimen vocas, dicis non de hominib⁹, sed Reipub. morib⁹. Si potest, quod ciuii bello astū est, obisci, an haec obisci debant. Hinc quæstionem in illa diuisit. An etiam si necessē ei fuit facere, non sit tamē ignoscendū. Ad quēdam enim nulla debet necessitas compellere: hoc loco Latro dixit summis clamorib⁹, ita tu Popili⁹ si Antonius iussisset, patrem tuū occideres? Deinde, an non fuerit ei necessē, potuisti excusare te, potuisti præmittere aliquem ad Ciceronem, ut sciaret & fugeret. Necesse certe non fuit, manum caputq; præcidere mortuo. Colorem pro Popilio Latro simplicem habuit, necessitate coactum fecisse, & hoc loco illam sententiam dixit, miraris, si eo tempore necesse fuit Popilio occidere, quo Ciceroni mori! ALBUTIVS Dixit, in peccatum Ciceronis electum amicissimū Ciceronis, quasi exprobaturus per hoc illi suam fortunā esset: molestius, inquit, feret se à Popilio occidi q̄ occidi. MARCELLVS ESSERNIVS eundē colorē aliter induxit. Cogitabat, inquit, Antonius secum, quod Ciceroni excogitabo supplicium: Occidi iussero? oīlī iam aduersus hunc metum emuniuit animum. Scit mortem, nec immaturam esse cōsulari, nec miserari sapienti, siat aliquid noui quod non expectat, quod non timet, non indignabitur ceruicem hosti porrigere, indignabitur clienti Popilium alius vocet, ut sciat quantum illi defensit in Republica prouferint. SYLLOPOMPEIVS hoc colore usus est. Offendebatur, inquit, proscriptione, & quædam liberlus loquebatur, non mutor, Ciceronis cliens est, tanto magis occide Ciceronem tuū. Et dixit, non sive infirmitatis sententiam. Vterq; inquit, sed diuerso genere putitus est. Ciceronis proscrip̄tio fuit, occidi, mea occidere. MARILLIUS præceptor noster sic narratuit. Iussit, inquit, imperator, iussit victor, iussit qui proscripsit, ego illi negare quicquā possem, cui nihil negare poterat Respublica: BLANDVS hoc, inquit, loco, volo

LIBER SEPTIMVS.

me exclusare, dixi, Cicero me defendit, respondit, scio, me accusauit. I ego, vt sciat plus sibi Antonii accusationem nocuisse, quam Popilius defensionem profuisse. B V T E O hoc colore, vocetur, inquit, ille Ciceronianus, ille cliens, amicus. Excogitauit quomodo Cicero sua paret manu. C A E S T I V S hoc colore. Durissima, inquit, mihi militia in Antonii castris fuit, ob hoc ipsum, quod Ciceronis eram cliens, difficillimae mihi expeditiones dabantur. Tunc quoq; vocatus sum quasi ad poenam. I, inquit, occide Ciceronem, nec credam, inquit, nisi attuleris caput, magisq; admiratus est potentiam suam, quod Cicerone Popilio non licebat non occidere. F V S C V S A R E L L I V S hoc colore vslus est. Antonii se partes secutu, vt si quid posset, Ciceroni proadesset, facta proscriptione ad genua se Antonii procidisse, deprecatu se pro Cicerone, offendit Antoniu, eo magis dixisse. Occide quem mori non vis. Hic color displicebat Passieno, quia ad testem ducit: nam si hoc fecit Popilius, non tantum quod defendat non habet, sed habet quo gloriatur. H I S P O R O M A N V S vehementi colore vslus est & duro, Patronum enim Popilio dedit, & dixit aliter se causam actum Popilio, aliter Antonii. Pro Popilio dicturum, occidere nolui, coactus sum. Pro Antonio dicturum, occidi Ciceronem oportuit, & dixit locum, aliter non potuisse pacari Rempublicam, quam si ille turbator occidit Republica sublatius esset. Solus ex declamatoribus in Ciceronem inuestus est: quid ille, inquit, cum Antoniu hostem iudicaret, & omnes Antonii milites, non intelligebat se & Popilium proscriptisse: Hic color prima facie asperior est, sed ab illo egregie tractatus est. V A R I V S quidem minus dixit. Cum imperasset mihi Antonius, passus sum, ne aliquis. P. Clodii mitteretur, qui contumelias afficeret, antequam occideret, & viuū lanxaret. A R G E N T A R I V S Dixit. Vocat? veri, post proscriptionem Antonius terribilior erat factus, etiam suis. Iussus sum Ciceronem occidere, quid facerem? Non parere uno modo poteram, si me occidisse, hoc nec Cicero poterat. A parte accusatoris illo loco, quo Popilius venit, nemo non aliquid noui voluit dicere. L A T R O ait. Praeculserat fores, nemo ad proscriptum recipiebatur. Popilius ut venit, admisitus est. C A E S T I V S Dixit. Ut renuntiatum est Ciceroni, ait. Popilio semper vaco. V I P S A N V S C O R N E L I V S fecit etiam querentem Ciceronem. Popili, tam sero. A L B V T I V S

DECLAMATIO. SENECAE.

fol. lxx.

Dixit. Quid est Popili? et quid tuto lateo? nunquid mutandus est locus inepte ab Idibus? PAVLVS quidem induxit Ciceronē, tum maxime Popili orationem legentem. Et MVRRHEDIVS non est passus hanc controversetiam transire, sine aliqua stuporis sui nota. Descripsit enim ferentem manū, & caput Ciceronis Popilium, quanto aliter reus Ciceronis tenebas manum eius.

SCHOL. (Si accusasset.) Nam à nullo nisi à Cicerone potuisset defendi. (Puto iam creditis.) Amplificatio ex ratiocinatione. (Quod unum potuimus.) Etiam si nihil aliud oratione consequamur. (Prorsus.) Atrocissimum fuerit operet scelus, cuius uelut rudimentum & præludium parricidium fuit. Tota hæc declamatio in affectibus posita est. Quorū uis in circūstantijs personarū, & negotiū consistit, quod Ciceronē, tantū ciuem, senatore, consularē, patriæ patrē, lumen eloquentiæ, patronū etiam suū occiderit, idq; iussu Antonij, quod occiso abscederit manus, & reliqua que in ludibriū uidentur facta. Tota autē affectuū uis in hoc est, ut ea quæ dicuntur, magna uideatur, uel in laudem, uel in uituperationē. (Hoc inū tantū feliciter.) Nā ab illo defensus es, quē si prius occidisses, nō uiueres. (Faciulus Cicero.) Amplificatio ex maiori. (Respicere forū.) A loco petitur indignitas, quemadmodū apud Liuiū pater ille Horatiorū. (Alterū audistis.) Ciceronē occisum, alterū uidistis caput, & manus rostris affixas. (Accusator tu?) Ex tacito intellectu, refertur autē ad contraria. (Quid tam cōmune.) Trūcatū hoc est, sed ex oratione Ciceronis pro Roscio, sumptū. (Nō credidisset.) Alioqui & ipse crudelis. (A me defenditur) tāquā iniustus occisus. (Video quid,) hoc fortassis respondebit illi quod Popilius manū p̄occidisset, & attulisset Antonio, ut ita fidem faceret se occidisse. (Proscriptū transi) finge te non iniunisse. (Nūquid magis,) Quo magis te purges Ciceroni, nihil aliud fac, quā quod Antonius iussit, ut occidas. (Securi erant,) quasi credentes futurum, ut non occideret patronum suū. (Index.) Qui detegret Ciceronem latenter. (Ciceronem loquentem.) Quoniā hæc dicitur protulisse. Moriar saltē in patria à me toties scrutata. (Pater certe tuus) Et tamen eum occidisti, quasi dicat, hoc cause nō est. (Ne cause satis non satisfaciā.) Parem rei indignitati orationem non afferendo. (Qui in crepidine.) Finxit sibi in sella consulari. (Pōpeius terrarū.) Defuncto Strabone patre, extēplo Pōpeius pecu latus accusatus est, refert Plutarchus in eius uita. In eo autē iudicio, nō de uita, sed de bonis ammittēdis agebatur. (Alter Scipio) Luci⁹, qui dictus est Asiaticus, apud Plutarchū. (Non aggrauari,) non redi atrociorem, quoniā illa omnia potuerint defendi, sed fatigari, dum superflua congeruntur, donec perueniatur ad ulti

LIBER SEPTIMVS.

mum. (Ut causam,) ut credibile uideretur parricidium illi obiectum. (Si pos-
test, quod) A generalibus descendendum est ad particularia, id est à thesi ad hy-
pothesim. Nā si probes non posse obuici quæ in belo ciuii gesta sunt, nec haec qui-
dem obuici poterunt, & si obuici possint, tunc illa succedit, an haec talia sint, ut
obuici debeant. Ita thesis hypothesi subseruit, quemadmodum genus probationi
speciei. Nam si prudentia sit, necesse est esse uirtutem: non autem si uirtus est, con-
tinuo sit prudentia erit. Negatio igitur ualida est, affirmatio non est. (An etiam si
necessere.) Non est ita sumendum uerbum necessitatis, ut non possit non facere, alio
qui plene excusat, sed necesse uolenti uiuere, si ita uel propter hoc necesse non
est, quia licet mori, ut acute Fabius in deliberatione. (Deinde, an non fuerit.) Ee-
ne seruanit ordinem diuisionis ut duriora præcedant, etiam si fuit necesse, non de-
buit facere, sed non fuit illi necesse. (Quo Ciceroni.) Perdita enim tempora pror-
sus & desperata fuerunt, quæ sine Ciceronis morte placari non poterant. (Oci-
di iussero?) Διαλογισμός. (Scit mortem.) Cum inueceretur in Catilinam hoc
dixit. Et repetit in fine secundæ Philippicæ. In Catilinam autem haec uerba
sunt. Deinde si quid obtigerit, & quo animo paratoq; moriar. Neq; enim turpis mors
forti uiro potest accidere, neq; immatura consulari, nec misera sapienti, (Ad te-
stem dicit,) id est ad petendum testimonium eius rei. Nihil autem fingi debet co-
rum quæ in testem cadunt, ut recte Fabius dixit. (Præcluserat fores,) haec ad
narrationem, ubi semina debent esse, & colorum & argumentorum. (Popilio
semper uaco,) haec benevolentia, atrociorē facit Popiliū impietatem. (Inepte ab.)
Fortassis est respondentis Popili, oportuit te iam ab idibus mutasse. (Popiliū ora-
tionem,) hic color iam ineptior est aliquanto.

DECLAMATIO TERTIA

de ter abdicato venenum terente.



ER ABDICATVS Comprehensus est a patre
in secreta domus parte medicamentum terens, interro-
gatus, quid esset, dixit, venenum, & velle se mori, & es-
fudit, accusatur parricidii.

CAESTII PII. Dic, quid cōmisi? certe nec
secreta te fallunt, dimittam te, intelligetis cui parauerim, dic quid ante
cōmiserim, nisi forte contentus es reo cōmittere parricidium, parrici-
dæ nihil. ARGENTARII. Volo mori, quia reus fui, quid ergo,

DECLAMATIO. SENECAE. Fo. ix.

reus viuet: viuet, quia sordidatus affidebit pater. Reuertar ad venenum, quando iniqua fortuna nullo me periculo defungi semel passa est. **A L B V T I I S I L I I.** Quare ergo non moreris? Non iuuat me mori, si quem alii iuuet. Ut interuenit, in alias cogitationes abiit. Ergo quisquā tam infelix fuit, ergo quisquā me magis odit, quā ego miser memet coepi? **V A R I I G E M I N I.** Ter, inquit, abdicatus es. Vide ris mihi pater obsecere, quod tam diu viuam, quod pro me loquor. No lite mirari, tam iracundum est innocentibus mori, quā miseris defendit. **C O R N E L I I H I S P A N I.** Scio quosdam pericitanteis illa fastare, nunc primū causam dico, hic ergo dicere non possem, iterum reus fui, nec dubito, quin vobis in odium venerim, cum ipse me oderim. **P O R T I I L A T R O N I S.** Ter causam dixi, accessi ad hæc supplicia mea, venenum teneo, hoc si tibi satis non est, viuam. **A L T E R A P A R S A L B V T I I S Y L L I.** Testor deos immortales, hoc me tribus tam cauisse abdicationibus, ne in domo mea venenum deprehenderem. Parricidii reus viuit, qui abdicatus mori voluit. In quā angusto domus meæ fortuna posita est, aut patri pereundum est, aut filio. Quid habes, quare me mori velis? Viuunt orbi, viuunt naufragi, viuunt etiam quibus contigerunt liberi. Ter abdicatus cum se mori velle dicat, vitam rogat. Teneo parricidiū, quod apparet etiam in suam mortem paratissimum. **C O R N E L I I H I S P A N I.** Nolite mirari, si debitas vires dolori meo non exhibuero, tribus iudicis experti esis, patres accusare non posse. **V I B I I R V F F I.** Cum tantū est quod fateris, quantū est quod negas? Tu venenum quæsisti, tu venenum emisti, tu venenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. Vis scire quid peccaueris? Indica quis tibi vendiderit, dicerur illi, tu illi venenum vendebas: tu ter abdicato vendebas? sine dubio sciebas, cui daturus erat, ita hoc ergo iudicio filii mortem motor. Si me cum isto includitis, moriar, ut vobis hanc faciam inuidiam, quā iste mihi facere voluit. **V A R I I G E M I N I.** Quæreris filius meus venenum cui parauerit: viuit. **P O M P E I I S Y L O N I S.** Mihi, inquit, paravi, & hoc est patri parare. Absolutus mori vult, reus viuit. **M V S A E.** Habuit malum medicamentum Mithridates. Quis enim altius debebat habere, quam parricida? Habuit, inquit, Demosthenes venenum & vivit, idem ego tibi pater quod Demosthenes/ Philippus. **P O R T I I**

LIBER SEPTIMVS.

L A T R O N I S. Cum abdicarem, si quid obsecrā, aiebat, nunquid deprehēdisti: non tamen habebitis quod multū de eo dubitetis, quod negat parricidium, quod confitetur, venenum est. Mori, inquit, volo viuo patre, & hoc parricidium est. Miser & que timui ne biberet venenū, quā ne daret. **A R E L L I I F V S C I P A T R I S.** Mihi, inquit, parauit venenum, ne quis dubitet, an alium possim occidere. **I V N I I O T H O N I S P A T R I S.** Reus est parricidii, qui mauult mori, q̄ patrem videre. Quomodo vultis, magis probem vobis illum mori non luisse: non vult mori. Mori, inquit, volui. Quare: quia tecum viciisti. Si mihi credis, parricidium facere voluit. Qualis est reus, cutus hoc unum patrocinium est, indignum se vita fuisse? Dico tam inuisum illi patrem suisse, ut occidere voluerit. Non puto vos exigere diuisiōnem, cum conjecturalis sit controvērsia, habet tamen dissimilem cæteris conjecturā & duplīcē, non quomodo solet, inter duos reos, cum alterum coargimus, aut inter duo criminis, cum alterum probamus, ut id alterius fiat probatio, tanquā cum dictimus adulteram fuisse, ut creditur etiam proptet hoc venefica. In uno homine conjectura duplex est. Quæritur enim utrum venenum in suam mortem, an in patris parauerit. Si hic color displiceret pro adolescenti, quo dixit Latro, ut nihil mutaret, sed diceret. Mori volui tædio abdicationis & infelicitatis assidue, cum in hoc tantum sordes ponere, ut cum maiore tormento positas resumerem, & absoluto mihi vni, non finis esset periculi, sed initium: incipit præter conjecturam, & illa prima vulgaris in eiusmodi controvērsiis, & pertrita quæstio incurrit, an venenum habere in mortem suam liceat. **A L B V T I V S** illo colore pro adolescente dixit, non fuisse venenum. Cum putarem, inquit, odio esse patri meo, volui experiri affectū eius, quomodo mentionem mortis meæ ferret. Itaq; palam, & ita ut interueniret pater tenui. **F V S C V S A R E L L I V S** eodem colore vsus est, sed aliter: non dixit, experiri patrem volui, sed ut miserabilis leui me patri facerem. **M V R R H E D I V S** pro cætero stupore suo dixit, medicamentum se parasse ad somnum, quia assidue sollicitudines, vigilarum sibi facerent cōsuetudinem. Vsus colore est, & Pubiana sententia dixit. Abdicationes, inquit, suas veneno diluit. Et iterum. Mortem, inquit, meam effudi. Memini nos cum loqueretur de hoc genere sententiarum, quo tam infecta erant adolescentiōrum omnium inge-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxi.

nia, quæri de Publio, quasi tam ille hanc insaniam introduxisset. **CASSIVS SEVERVS** summus Publī amator, aiebat, non illus hoc vitium esse, sed illorum, qui illum ex parte, qua transire deberent, imita rentur, quæ apud eum melius erant dicta, quam apud quenquā Comis cum tragicūq; , aut Rhomanū, aut Græcum, vt illum versum, quo aiebat vñū versum inueniri non posse meliorem, tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet. Et illud de eadem re dictum. Desunt luxuria multa, auaritiae omnia. Et illos versus, qui huic quoq; ter abdicato possent conuenire. O vita misero longa, felici brevis. Et plurimos deinceps versus referebat Publī disertissimos. Deinde auctorem vitit, quod ex captione vnius verbi plura significantis nascitur, aiebat Pompeion Atellanarum scriptorem fuisse, a quo primum ad Laberium transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutum studia transtulisset. Nam vt transeam innumerabilia, quæ Cicero in orationibus, aut in sermone dixit, Et nota vt non referam a' Laberio dicta, cum Minimis eius quicquid modo tolerabile habent, tale habeant, id quod Cicero in Laberium. Diuus Iulius ludis suis Minimum produxit, deinde equestri illum ordini redditum iussit ire sessum in equestria, omnes ita se coarctauerunt, vt venientem non reciperent. Cicero male audierat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæsari, sed virtusq; adulator, multosq; tunc in senatum legerat Cæsar, & vt repleret exhaustum bello ciuili ordinem, & vt his qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramq; rem vocatus, misit enim ad Laberium transeuntem. Recepisse te nisi anguste federem, Laberius ad Ciceronem remisit. Atqui solebas duabus sellis sedere. Vterq; elegantissime, sed neuter in hoc genere seruat modum. Ab his huius studii diffusa est in plures imitatio. Sed vt ad controversiam redeam. **CASSIVS SEVERVS**, aiebat placere sibi illum colorem, Mori volut. Et quasdam dixit inter disputandum sententias. Tertio, inquit, cum abdicarer, aiebam, nihil tantum est, infelicem hanc animam, quam toties exagitat pater & infestat, semel recipiat. Sed illud rursus dicebat mihi serua istum animum, facies quod voles absolutus. Quare ergo nunc non moreris, dicet aliquis? Primum non semper idem miseris libet, non unquam iuvat cum fortuna sua concurrere, illam fatigare. Deinde verum vis, quæ

LIBER SEPTIMVS.

te non moriar interim : quia puto te velle . OTHO IVNIUS
Ineptam sententiam videbatur dixisse , non multum interest mea , aut
enim me , aut filium meum voluit occidere .

SCHOL. (Certe nec.) Qui secreta noshi , bene potes scire quid cōm̄e-
rim. A maiori. (Quid ergo : reus ,) uel saltē ob hoc, ut pater adsideat sordida-
tus. (Reuerter ad uenenum.) Rursum moriar , quandoquidem hactenus tentata
ad mortem uia non successit. (Ergo quisquā.) Aliter est in declamatione , qui/quā
ne me magis odit quā ego : misereri mei cœpi. (Videris mihi.) Verit in iudicā
ipsam patris obiectionem. (Scio quosdam.) Ex collatione cum alijs , miseriorem
suam facit conditionem. (Hic ergo ,) hoc mihi dicere non licet , iam antea reus
fui. (Nec dubito.) A maiori. (Ter causam.) Exprimit filij orationem cum patre.
(Hoc si tibi.) Si nondum morte mea contentus es , & adhuc aliquid crudelius
expetis , uiuam in pœnam meam. (Ne in domo ,) nondum obtento fine , ea facienda
sunt , quæ ad eum obtainendum destinantur. Maxima à fine. (Parricidij reus.) Di-
cit se propter solam abdicationem uoluisse mori , at nūc maius est , parricidij reū
esse , cur igitur non moritur ? A maiori , ergo si nunc mori non uult , nec tunc qui-
dem uoluit. (Patri pereundum) infidijs filij , (aut filio) ne pater pereat. (Ter
abdicatus.) Enthimema ex repugnantibus. (Teneo parricidium.) Conuertit ar-
gumentū , propter ea , quod paratus est seipsum interficere , arguo & uoluisse &
potuisse interficere patrem. (Patiens accusare non posse) Color est , quo uult uide-
ri se uelut coactū sceleribus filij. (Cum tantum.) Ex confessione tanti sceleris ,
licet colligere atrocitatem eius , quod negasti , nam nisi maius esset , à maiori , uel
à pari confitereris , quod uel minus esset , uel æquale. (Tu uenenum) suspicio es
mouet ex circumstantijs rei gestæ , quis , contra quem , in qua domo , qua præceden-
te causa. (Vis scire) A minori , si tantum peccauit qui uendidit , quanto plus qui
emit . (Si me cum ,) Aperit filij consilium , & suspectam facit defensionem , qua
ille dicebat se propterea uoluisse interficere , & tam iniurias esset patri. (Queriniſ ſi
lius meus uenenum .) Magnam habet interim amplificationem utrum uerbum
ex altiore intellectu , ut hic uinit , quasi dicat , si sibi parasset , non uiueret , poterat
enim se interficere. (Et hoc est patri.) Quia in eius iniudiciam uidebor me interficere.
(Absolutus mori.) Ex contrarijs. (Habuit malum.) Neq; enim indifferens
est apud Larios medicamentum , quemadmodum apud Græcos pharmacum. Re-
felli autem adducta pro filio exempla. (Idem ego tibi.) Tam sum tibi iniurias ,
quā Demostheni Philippus . (Cum abdicarem .) Sic se solebat etiā tunc defende-
re. (Quod negat.) In quem cadit talis suspicio , & talis confessio. (Et hoc parricidij

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxii.

dium) relinquis enim illi & inuidiam, & suspicionem tuæ mortis , quod alterū parricidium est. (Mibi , inquit ,) Defensionem facit suspectam, uelut à maiori. (Reus est parricidij .) Velle mortem ne cum patre uiuas , etiam hoc parricidium est. (Non nullt ,) etiam à contrarijs. (Querimus enim .) Si semel probamus parauiisse in suam mortem, probatur non parauisse in patris. Non autem si non parauit sibi , protinus consequitur , ut uideatur parasse patri. (Sordes ,) uellem sordi datam, qualem babent rei. (Abdicationes , inquit , suas .) In amphibologia lepos est , nam diluere , defendere est, & miscere in poculum, diluit igitur abdicaciones suas ueneno, qui abdicationum inuidiam epoto ueneno in patrem transferre noluit. (Mortem , inquit , meam) effectum pro causa usurpauit . (Qua transire ,) quam fortasse melius, imitatur fugienda. (De captione unius herbi ,) quā do in alium intellectum uerba defleclimus, quā ab eo dicta fuerant cum quo agimus. Cum quidam Ciceronem rogaret ecquid nosset de sexto Annali qui tunc testis erat , ille coepit uersum recitare ex sexto Annali Emij . Qui potes ingentis causas euoluere belli. Interim nos ipsi , uel respondentes, uel loquentes Amphibologia uitimur. Cum identidem quidam interrogaret, quo tempore Clodius fuisse occisus, idem ei respondit , sero. (Attellanarum .) Attellane fabule ab Attella na ciuitate O scorum, argumentis, dictisq, iocularibus . Fabius eadem de re fere agens cap. de Risu. In primis autem, inquit , ex Amphibologia , neq, illa obscura , quæ Attellane more captantur , nec qualia uulgo iactantur uilissimo quoq, conuersa in maledictum fere ambiguitate. (Recepissem .) Irrisio est ex his quæ relinquitur intelligenda . (Atqui solebas ,) hoc per Allegoriam. (Sed illud rursum .) Patris uerba sunt. (Mihi serua istum animum ,) id est in hac sententia permaneto, & moriendo uoluntate, donec peractum sit iudicium. (Aut filium meū .) Si de alio filio intelligit , ineptum . Non enim necesse est si patrem nolit, uelle fratre occidere: si seipsum, multo ineptius. Non enim dolebat pater illū mori quod filius esset , sed q, inuidiosum id sibi existimaret.

DECLAMATIO QVARTA

de matre cæca filium retinente.



IBERI parentes alant, aut vinciantur. Quidā cum habet uxorem, & ex ea filium, peregre prosector, & à piratis captus , scripsit de redemptione epistolas uxori, & filio. Uxor stendo oculos amisit, filium euntem ad redemptio-

LIBER SEPTIMVS.

nem patris alimenta poscit, non remanentem alligari vult.

CCAESTII P II. Non est quod mulieris affectum lege restitu-
metis, quae minatur, omnia fecit, ne filius alligetur, nativaturus reliquit
vxori filium, nec adhuc cæca erat. **A LB VT II SYL II.** Deduc-
te filium, itaq; tene, complectere: audeo dicere, hoc par ne piratae quidē
diuidenderent: si vellet filium alligare, pateretur ite quo properat. Ergo i
adolescens, matrī tuæ nec decem mensum quidem alimenta reddes? Si
pascere non vis matrem, expecta saltem ut efferas. **T RI A R II.** Le-
gē attulit, qua catenas minetur, causa est, quia timet. **M AR C E L L I**
E S S E R N I N I. Si perseveras, me quoq; ad piratas trahe, impetra-
bo ab illis alimēta & virū meū. **F V L V I I S P A R S I.** Mater si
non pascitur, mortura est. Pater etiam si non redimetur, pascitur tamē.
I V L I I B A S S I. Patri tuo supersunt & oculi & alimēta. **A L T E**
R A P A R S C A E S T I I P II. Matrem meam imitari volo, ama-
re me docuit, vniuersi vinculis, duos alligauit. Si matris exemplo pius esse
voluero, etiam oculos patri debedo. **A R E L L I I F V S C I P A.**
T R I S. Desertorem tuū apud patrem inuenies. **V A R I I G E M I**
N I. Qualis fortuna est, cui vinclo mater catenas denuncias? eundum
est visitori ad piratas. Omnia licet patri præstem, meliorem tamen ha-
buit vxorem. Quā multi me putant, quia nolo ad patrem redimendū
ire, nunc cum matre colludere. **F V L V I I S P A R S I.** Matri nihil
timeo, si eam apud vos relinquo. Patri quid timeo, si eū apud piratas res-
linquo? **B V T E O N I S.** Oculos certe eruam mihi, ne plus marito
præstiterit vxor. **L A T R O** hanc controuersiam, quasi esset tota offi-
ciū declamauit. Nullas quæstiones turis inseruit, sed cōparauit inter se
incōmoda patris & mattis, & tanq; quereret, dixit. Vt rū ad redimēdū
potius captū patrē filius ire deberet, an ad alendū cæcā matrē subsistere.
Et sic eam diuisit, vt diceret, hoc quod pater desiderat, utile est patri. No
uissime tractauit, ne patri quidē utile, vt tq; si sciat matrē in hac esse for-
tuna, nō passurū. In epilogis vehemens fuit. **A P P O L L O N I V S**
G R A E C V S E T B V T E O fatuā quæstionē mouerunt. Primā,
an lex quæ de alendis parētibus lata est, ad patris tantū nomen pertineat.
Illi sunt omnia priuilegia data, & ipsam pœnā non alentū, signū esse
non muliebris potestatis. Res est ineptior, quā vt coarguenda sit, itaq;
trāseo. Illud vñ quod dicebat **P O L L I O A S I N I V S** referā.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxiii.

Nunquā tentari debere in causa verecunda improbam quæstionem.
HISPO ROMANVS illam mouit quæstionem, an lex de alienis parētibus non pertineret ad matres, ut viuis parētibus filius, inquit, familiæ nulli poterit seruire nisi patri, omni alia seruitute liber est. Puta enim te alimenta petere ab eo, quem pater mittat peregre, quem nauigare iubeat. Primiæ partes sunt patris, secundæ matris. **ALBVTIVS** non iuris fecit illam quæstionē, sed æQUITATIS, ita tamen, ut iuri adiunge ret, & matris prius esse, quā patris officiū. **SYLO POMPEIVS** illam fecit quæstionē. An quoties duobus cōmunis esset potestas, eius tota fieret qui præsens esset. Puta, inquit, te seruum esse cōmunem, huic domino seruiles, qui præsens est: puta fundum esse cōmunē, is fructus percipiet, qui præsens est. Illam quæstionē huic duram subiecit, an nūc pater nullū ius in filium habeat. Quomodo, inquit, civis iura habeat, qui liberi hominis nō habet: patrem habet ille nullam in potestate, habet matrē in totius legis possessionem. Et iam non cōmune illi ius in te, sed proprium. **VARIVS GEMINVIS** sic diuisit. An nō semper filius cogi posset, ut matrem alat. Deinde, an nunc cogendus nō sit. Non semper, inquit, filius cogitur. Transeo illos qui non possunt, ægros & inutiles, aliquis ad propellendū hostem proficiscitur, in cuius vniuersitatis militia posita est salus publica. Hunc retinebit mater, puta legatum, de summa Reipub. puta fœderis. Huic mater vincula iniiciet. Per partes comparando utrūq; officiū. Ille, inquit, peregre est, tu domi: ille captus, tu libera: ille inter piratas, tu inter clues: ille alligatus, tu soluta es: at tu cæca es, ille hoc infelior, quod videt. Quid enim videt: cænas suas & cædes, & vulnera, & crucis eorum qui non redimuntur: at periculosum est: nihil, nisi domi manere & fieri. **LATRO** Dixit, pro matre submissæ & leniter agendum. Non enim vindictam, inquit, sed misericordiā querit, & cū eo adolescentē cōsistit, in quo ita exigit pietate ut impediatur. Aiebat itaq; verbis horridoribus abstinentiū, quoties talis materia incidisset, ipsam orationē ad habitū eius, quē mouere voluimus ad affectus, mollisendā. In epilogis nos quoq; vocem de industria infringere, & vultū desercere, & dare operā, ne dissimilis sit orationi orator, compositionē quoq; illis minorem conuenire. **GALLVS**, qui dū cū Cicerone iniquissimā litē de principatu eloquētiē habuit usq; eo violentus accusator, & cōcittatus fuit, ut in media actione ei⁹ surgeret Va-



LIBER SEPTIMVS.

tinus reus , & exclamaret , Rogo vos iudices , num si iste disertus est ,
ideo me cōnari oportet ? Idem postea cum videret , a' clientibus Catō
nis rei sui Pollio nēm Aſtinum cīrcūuentum in forīe , imponi se ſupra
cīppum iuſſit . Erat enim paruulus ſtatura , propter quod etiam Catullus
in hendecasyllabis vocat illum falluputum disertum , & turauit ſi quam
iñiuriam Cato Pollio Aſtinio accuſatorī ſuo feciſſet , ſe in eum turatu-
rum calūniā , nec vñquā poſtea Pollio a' Catone aduocatiſq; eius , aut
re , aut verbo violatus eſt . Solebat poſtea excedere ſubſellia ſua , & impe-
tu latus viſq; in aduersariū partes tranſcurſere . Et carmina quoq; eius
Emer , quāuis toca ſint , plena ſunt ingentiſ animi . Dicit de Pompeio , dīgito
qui di vno caput ſcalpit , quo credas ſibi hunc velle virum . Compositio quoq;
gito ca eſus in actionibus ad exemplum Demosthenis riget , nihil in illa placet
put uno dum , nihil lene eſt , omnia excitata & fluctuantia . Hic tamen in epilogi
ſcalpit quem pro Meſſio , tunc tertio cauſam dicente habuit , non tantum leni-
qd cre ter componit , ſed cum dixit , Credite mihi , nō eſt turpe miſereret , & om-
das hūc nia in illo epilogi ferē non tantum emollitiae cōpositionis ſunt , ſed in-
ſibi uel fractæ . In hac controuerſia , publicanam ſententiam dedit F E T V S
le uirū . quidam rhetor ſtatute pusillæ , in quam Eufemon homo venustiſſi-
mi ingentiſ Græce dixit . Antequā te viderem , neſcio rhetor , an ſorato-
effes . Fuſt autem GAEſTII ſententia . Captus eſt , inquit , pater , ſi te
capti mouent , & haec capta eſt : et quaſi non intellexiſſemus / ait , neſciit
dici captos luminib⁹ : & illud dixit . Mittere tamen epistolam in fructu-
ſam , odifſe illam debes , haec eſt quaē matrem tuam excæauit ; & illam fal-
ſiſſimam in quam multa incident . Propter hoc ipſum , inquit , magis ſte-
bilis eſt , quod nō potest flere . Et iterum , inquit , Lachrymæ matris de-
ſunt , cauſæ ſupersunt , tanquā cæci flere non ſoleant . Memini C R I S-
P V M quendam antiquū rhetorem in illa controuerſia viri fortis , qui
tertium filium retinet , cum alter filius in tyrānicidio perdiſſet oculos ,
alter in acie matrius : Exurgite nunc vīna cadauera , rogate pro fratre . Sed
quid ego meos derideo , alter quod roget non videt , alter quod roget
non habet . Multis cōpositio belle ſonantis ſententiae nomen impoſuit .
Itaq; nemini L A T R O N E M P O R T I V M ut exprobraret
hanc audiendi ſcholaſticis negligentiam , maxime quia Triarius compo-
ſitione verborum belle cadentium multos ſcholaſticos delectabat , om-
nes decipiebat , in quadam controuerſia cum magna , quaſi fuerent ,

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxviii.

& concitata , sic locum conclusisse . Inter sepulchra monumenta sunt . Et cum scholastici magno clamore laudarent , inuestus est in eos ut dea buit , & hoc effecit , vt in reliquā etiam quae bene dicta erant , tardius laudarent , dum insidias vererentur .

SCHOL. (Liberi parentes ,) hoc thema apud Fabium est , sed paulo ali ter . (Non est quod ,) Propterea p lex minetur uincula , non nos eo animo existimatis matrem facere , ut ille uinciat , sed potius his uinculis retinet , ne in Pirat arum catenas incidat . A fine , & est iocunda traductio , uinciri ne uinciatur . (Navigaturus reliquit .) Probat patrem uelle ut filius maneat , ut adimat causam qua se ille defendebat , nam si tunc navingaturus , cum potuisse diuinare maris pericula , nihil filio precepit , nec nunc quidem precipiet , reliquit , eum navingaturus timens filij saluti . Nunc igitur etiam non uult navingare . Manente fine , manet & id quod ad finem desimatur , nolo navinge propter pericula , ea nunc etiam sunt , non debes navingare . (Nec abduc ceca erat) A minori . (Deducite filium ,) μίμησις , id est imitatio , cum in saeculis est ad ὑποτύπωσιν pertinet . Haec autem ad ἐναργείαν . (Ergo i adolescentis .) Per missio iracunda , I sequere Italianam uentis . (Nec decem mensum .) Quot ilia la te gestauit in utero . Ex intellectu auget ingratitudinem . (Mater si non .) Ex comparatione ostendit deteriorem matris conditionem . (Matre meam .) Iure uidetur fieri , quod sit exemplo eius ipius qui accusat . Sumum autem argumentum est , cum id ipsum retrorquetur in aduersarium cuius nos ille arguit , ut pro Ligario Cicero contra Tuberonem . (Unus uinculis ,) Et me ē patrem qui non redimitur . (Oculos patri debo .) Tu oculos pro patre amissisti , & me non uis eius causa , uel navingare . A maiori . Qui facit quod est maius , non debet prohibere alteri , quod est minus . (Desertorem tuum ,) ἀντιστροφή , compensatio (Cui uincto mater .) Non pugno tecum , propterea quod uincula formidem , nam etiam si uiceris , ad Piratas est eundem . Vixit autem est , id est intellectus , quod ex his que dicuntur aliud intelligendum relinquitur . Visitatissimum in hoc sententiarum acumine . Emphasis autem est , quando plus intelligitur , ut illud quo magnitudinem equi expressu Vergilius , demissum lapsi per funem . Interim & Emphasis , quae relinquunt intelligendum , & id quod non dicitur , sed suppressa uoce , ut illud Ciceronis , quod si in tanta for tuna tua bonitas tanta non esset , quā tu per te , per te , inquā , obtines , intell ego quid loquar . Tacuit enim illud quod nihilominus accipimus non deesse homines , qui ad crudelitatem eum impellerent , hic autem supprimitur uox

LIBER SEPTIMVS.

G non abscinditur, supprimitur quidem, cum non imperfecta manet oratio, subicit enim acerbissimo luctu uictoria ista redundaret, sed cum uidetur præterea quid aliud uoluisse, quod ratione aliqua subierit. Abscinditur autem per ἀποστρητισμόν, cum imperfectus sensus relinquitur. Contrarium intelligitur per ἀντίφεαστιν, sed citra irrisiōnē, cum irrisione per Ironiam contrarium, aut diuersum. (Matri nihil,) Dissimilitudinem ostendit in utriusq; fortuna. (Pari quid timeo.) Plus expressit per interrogationem, quam si sim gula commumerasset. (Tota officij,) utri plus in ea fortuna deberet magisq; teneretur ex officio succurrere. (Utile est patri.) Etiam si utile sit, non esse faciendum, deinde nec utile quidem esse. (Signum esse non.) Neq; enim uia debatur mulier posse ligare filium, quasi uero hoc ad matrem spectet, & non ad magistratus. (Puta te seruum.) A simili uelut inductio. (Quomodo, inquit, ciuiis,) A minori. (Sed proprium.) Totum ius abstulit a patre, & matri tribuit. (An non semper.) In questionem infinitam cui subiecit finitam. Tunc enim bene infinitae tractantur, cum ad finitas accommodantur, quæ quāuis ad finitarum probationem sufficietes non sint, sunt tamen necessarie. Ut enim probes hunc filium non esse cogendum, necesse est præcedat, non omnem filium cogendum esse. (At periculosest,) hoc sic est distinguendum, at periculosest, ut sit αρτιτεροποιητικόν. Ea autem que sequuntur, solutio, nihil nisi domi manere & flere, flendo enim tu amissisti oculos. (Pro matre submisse,) bene cum his quadrat præceptum Horatianum.

Teleplus & Peleus cum pauper & exul uterq;

Projicit ampullas & sexquipedalia uerbæ.

Si dicentes erunt fortunis absonta dicta:

Romanī tollent equites peditesq; eacchinum.

(Ad habitum) ad cam imaginem, quam animo de nobis concepisse par est eum, qui moueri debeat. (Caluus,) Quoniam de hoc genere sedatiore, & molliore orationis loquebatur fecit mentionem Calui, qui erat concitator. De hoc autem Caluo etiam meminit Cicero in epistola quadam ad Trebonium libro xv. Et de hoc Caluo meminit Fabius, cui alibi iudicium, alibi sanctitatem trahuit in dicendo. (Sallupitum) Apud Catullum est Salapitum. Epigramma autem apud Catullum huiusmodi est.

Risi nescio quem modo in corona,

Cui cum mirifice Vatiniana

Meus carmina Caluus explicasset,

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxv.

Admirans ait hæc, manūsq; tollens.

Dij magni Salaputium disertum.

O thonis caput oppido est pusillum,

Heri rustice semilauta crura,

Subtile, & leue peditum Libonis.

CEST autem Salaputius, uel Salapusius nox per iocum ficta, à sale, & pusio, quo nomine appellat Caluum, q; statura pusio uideretur, sed in mor- dicitate, & dieacitate plurimum haberet salis. (Circumuentum in foro te.) Is circumueniri dicitur, cui insidie instruuntur, qui captiose deludi- tur. Sorites autem argumentationis genus est, quā coactuationem appellamus. Deludit autem hæc quando pro causis assumitur, quæ reuera cause non sunt, qui alios irritat, is occasionem dat tolerantie, qui occasionem dat toleran- tie, is ad uirtutem incitat, qui incitat ad uirtutem bene facit, bene igitur fa- cit, qui alios irritat, neq; enim prius uerum erat causam tolerantie esse irri- tationem. (Iuraturum calūniam,) Calumniam is iurare dicebatur, qui iura- bat, se non calūniosse, non fraudulenter agere. Vnde qui huius sacramenti obli- tis improbe ad litigandum processerit, præter hoc quod peierat, etiam litis impensas atq; damna aduersario sarcire cogitur, & hoc iusfirandum petitū, neq; prætermitti, neq; recusari potest per utrumq; litigatorem, per aduocatos utriusq; partis. Intelligit igitur, se iuraturum calumniam, ut oblato iureiuran- do, etiam aduersarij cogerentur iurare. (Digito uno,) sic licebit hunc uersum restitui. Qui digito caput uno scalpit, quid credas hunc sibi uelle uirum? Si milia coniitia iactata esse in Pompeium à Clodio, dum adesset defensioni cuiusdam amici sui meminit Plutarchus in eius uita. (Rhetor an foratos,) Si diuinare licet in alienis scriptis, nusquam alibi maior occasio, quam in his Seneca controversijs, quæ tam sunt depravatae, ut quæ uidentur emendatis- sima suspecta sint. Hoc autem loco si licet immutare illud foratos, aliquis sensus erit, ita ut pro foratos dicamus σωφρόνος. Est autem foratos uascu- lum sicuum, cui fortassis propter parvam & obesam staturam Rhetorem similem dixit, antequām te uiderem, antequām te plane ex facie hominem agnos- cerem, uas sicibus plenum putaui, uel ante cum uiderem. Sed in tanta per- uersitate exemplarum nibil certi est, diuinet alijs. (Et hæc capta est) ridi- cula τὸν τὸν est, quæ debet fieri cum additione alterius uerbi, & in re se- ria, ubi debeat usurpari pro arguento. (Alter quod roget,) quasi uero oce- lis uideri debeat, aut possit quod petendum sit, aut manibus teneri, quod sis

LIBER SEPTIMVS.

rogaturus, nec eos quidem uidere necesse est, quos roges, nec manibus tene-
re ne fugiant. (Nomen imposuit.) Fortassis detrahendum est, nomen, ut di-
camus solum, imposuit, id est delusit, & facit ut non animum aduerterent,
uel imposuit nomen sententiae, cum reuera non essent. (Inter sepulchra.) Con-
clusio erat periodi, monumenta autem dicuntur & sepulchra, & insignia
ad posteritatem memoriam transmittentia, quae quoniama in sepulchris sunt,
monumenta etiam appellantur. (Dum insidias,) dum putaretur se capi.

DECLAMATIO QVINTA

de procuratore & priuigno.



ORTVA Quidam vxore, ex qua filium
habebat duxit altam, sustulit ex ea filium. Has
bebatur procuratorē in domo spectosum. Cum
frequenter essent surgia noueræ, & priuigni,
iussit eum emigrare. Ille trans partem habi-
tationem conduxit. Rumor erat de adulterio
procuratoris, & matris familiæ. Quodam tem-
pore pater familiæ in cubiculo occisus inuen-
tus est, vxor vulnerata, cōmuni pars perossus, puer subetur percus-
sorem cognoscere. Ille procuratorem digito denotauit, accusat filius
procuratorem cœdis, ille filium particidit.

CARELLIVS FVSGVS PATE R. Ut audiut clamo-
rem, si qua est fides, deprehensos à patre adulteros putant. Quis ferret
te voluntariam testem in forum venientem, etiam si venires dictura pro
filio? miserrime puer quāvis periclitator, plus tamen pro te timeo, nimis
fraternis insitis vestigis, itaq; iam tibi cum mate non conuenit. Quā-
diu mater vixit, pater me suis procuratore contentus, nec facile sit parti-
cidium. Vis scire quantum natura possit, etiam infans pro patre loqui-
tur. TRIARI I. Vnuo patre adultera, mortiente conscia, mortuo tes-
tis, aliquis vno teste cōtentus est, dabo populu, obicit priuigno par-
ticidiū, filio mendaciū, intrat procurator qua solebat. Die puer, quis pa-
tre tuū occiderit? dic audacter: eundē nominas, quē populus, nox placet
sceleri, prorsus adulteri tēpus: habui patrē tam bonū, vt cū vxorē habe-
re vellet, tamen me nouercā habere noluerit. Quo mihi lumen? ea tan-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxvi.

tum admissuro nefas optanda nox est. Quid, inquit, ante peccauit? dis
simile est, memento enim de homicida queri, potest tyrociniu[m] esse ho-
miciu[m], particidiu[m] non potest. Lumen attulisti ut discerneres, erat
ille quem leuiter vulnerare deberes. Videmus adactum in præcordia
gladium, sic ego nouercam vulnerassim? frater quæro, an videris pro-
curatore proxima nocte nihil de prioribus quæro. VIBII GAL
L I. Ego taceam de adulterio quod persequitur & populus? Ego taceam
de parricidio quod persequitur puer? Testor vos iudices salutem patrem
reliqui. O magnam in contrarium saceruli nostri peruersitatem, inuenitus
est qui patrem posset occidere, & nouercam non posset. Etiam si quis
occidere patrem non potest, nouercam potest. SEPVL LII BAS
S I. Dum perfidio parietem, aliquis sentiet. Cuiusvis leuissimum som-
num, pueri, an sensi, an medie ætatis? Pueri? Frater sentiet. Sensi pa-
ter? Mediae ætatis? Nouerca. Quærerem quām sordida domo natus
esset, si villam habuisset, nunc inquisitionem nostram humilitate effu-
git. Non miror si nescis, quām difficile sit patrem occidere, cum incer-
tum habeas patrem. ALBVTLI SYLLI. Quæro à te mulier,
an filio tuo credendum putas. Liceat mihi nutritre puerum, ne cum ma-
tre illi, ne cum tutori queat conmenire. Tres in cubiculo sunt, patrem
occidis, puerum conténis, adulteram nō times, singuli se seruit libertate
offerebant, puer stabat ante omnes, percussor latebat post adulteram.
Quid ante peccauit? cuius uxorem corrupti? quod si fecisset, hominē
occidere, sed patrem non possem, hominem occidere bonos habeo te
stes, timet hunc in aliena potestate. Aspice corpus patris quām grauis
plaga, q[ue] alte adactus est gladius, sic ego nouercam percussissem? CAES
TII PII. Adulterum te esse, non unum testem dabo, non corruptū,
dabo multos, dabo etiam pueros. Patrem tam grauiter percussi, quām
debus nouercam. Nouercam ne sic quidem, quemadmodum patrem.
IVLII BASSI. Tibi fuerit necessarium lumen, ne eam occideres,
propter quām occidebas, mihi superuacuum erat, ne instrumento parricidii
detegerem parricidium. Si rerum natura pateretur, obliuiscendū
mihi erat patris dum occiderem. Minore licentia, quæ nō videmus agi-
mus, & quāvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est.
Si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus est, tibi parcam, partici-
diū non habeo, non possum gloriari vltione patris, frater illam meua

LIBER SEPTIMVS.

occupauit. **B L A N D I.** Quā difficile est filio patrem vulnerare, & quā facile priuigno nouercam occidere. **V A R I I G E M I N I.** Patrem, inquit, occidisti. Testor vos iudices nihil leuiter hæ manus faciūt, vtrum non habui potestatem? atqui vulnerata es, vt nolus te occidere, non habui potestatem, atqui vulnerata es, leuiter vulnerata es, quām diligenter seruata es. Tu testimonium dic, & ostende vulnus, percussor ille quām timuit, ne occideret. **P O R T I I L A T R O N I S.** Quare lumen affero! fortius parricidium faciam, si non videro patrem, occidere aliquis patrem antequā nouercam potest, nouercam ne post patrem quidem potest. **T R I A R I I.** Aliquis parricidio puras manus scruat, & inde incipit quo peruenire difficile est. **D I V I S I O.** Has controversias quæ & accusationem habent, non eodem ordine omnes declamauerunt. Quidā fuerunt qui ante defendant quām accusarent, ex quibus Latro fuit. Fuscus Arelius, Debet, inquit, reus in epilogo desinere, optime autem epilogum contextit defensioni, & homines magis defendant quām accusant fauent. Ultima sit pars quæ iudicem facuenter possit admittere. Quidam permiscuerunt accusationē & defensionem, vt per comparationem duorum reorum irent, & crimen simul repulissent statim transserrent, ex quibus fuit Cæstius. Hoc non semper expedit, vt iaq; qui imbecilliorum partem habent, nō est utile cominus congregari, faciliter latent quæ non comparantur. In hac cōtrouersia duo vel tres seū, nouerca enim procuratori coniungitur. Itaq; à filii parte, vt iaq; siebat prius accusandum, quia unum debeat crimen defendere, duo obsecere, & adulterii & cædis; si qua sunt ex vtraq; parte difficultia, non colorem, sed argumentationem desiderant: itaq; ne modum exceedam præteribo. Circa vulnus nouercæ quidā bellas res dixerunt, quidam ineptas, immo multi ineptas. Prius illa quæ belle dicta sunt referā. **F V S C V S.** Vt destricta leui vulnere est cutis, non credas factū manu priuigni, credas amatoris. **P A S S I E N V S / A I T.** Sed leuiter te vulnerauit dextera illa, cui nec partes obstat, nec pater. **V A R I V S G E M I N V S** Dixit. Da ferrum testi meo, fortius feriet. **C A E S T I V S** Dixit, cum descripsisset quām leue vulnus esset. Nocueras, inquit, mihi, si amicæ tuæ nocere potuisses. **N I G E R B R V T I S D I V S** quotidiano verbo satis significanter vsus est. Rivalem, inquit, occidit, amicam saeuiauit. **H I S P O R O M A N V S** eiusdem ges-

DECLAMATIO. SENECAE. F. lxvii.

neris rem dixit, ostende nouerca, ostende id quod amator tuus velli-
cauit. BASSVS SEPVLIVS Dixit. Maritum occidit, adul-
terium strinxit. Ex illis qui res ineptas dixerant, primum ibi ante om-
nes M V S A ridetur, qui cum vulnus noueræ descripsisset adiecit.
At Hercules pater meus tanquam partes perfoissus est. M V R R H E-
D I V S patrocinium putat esse, quod cause suæ sanguinem misit.
NEPOS LICINI VS, ait. Non est istud vulnus, sed ludentis
adulteri morsus. SENIANVS. Ex illa stultorum nota sententiam
protulit. Non vulnerauit, inquit, nouercam, sed viri sui sanguine as-
persit, cum illic vulnera tantum ponantur. VINITIUS exactissi-
mi vir ingenii, qui nec dicere res ineptas, nec ferre poterat, solebat hanc
sententiam Seniani deridere, & similem illi referre in oratione dictam
Montani Votienti. SENIANVS in hac eadem controversia dice-
rat. Nihil puer est teste certius, utiq; quinquen. Nam & ad eos per-
uenit annos, vt intelligat, & nondum ad eos quibus singat. Et hæc dis-
finitio, inquit, ridicula est, nihil est puer teste certius, utiq; quinque-
ni, puta nec si quadrinuus puer testis est, nec si sex annorum. Illud ver-
nuostissime adsciebat. Putes, inquit, aliquid agi, omnia in hac sententia
circumspecti hominis sunt, finitio, exceptio. Nihil est autem inamabi-
lius quam diligens stultitia. MONTANI VOTIENTI senten-
tiam huic atiebat esse similem, & deridebat hanc in omne, & ex parte Fortas.
est animal canis utiq; catenatus paratus, erat autem non æquus ipsi. Mon- se, orone
tano, accusauerat illum apud Gæfarem à Colonia Narbonensi rogatus:
at Montanus adeo toto animo scholasticus erat, vt eodem die quo ace-
cusatus est à Vinitio, decertaverit, in Vinitiis actionem sententias suas
referebat. Eleganter illud dixit, SVRDINVS rogo nunquid pu-
tas illum alteram partem declamassem? Grauis scholasticos morbus in-
uasit, exempla cum dixerunt, volentes illa ad aliquod controversie
thema redigere. Hoc vt aliquando faciendum est cum res patitur,
ita ineptissimum est luctari cum materia & longe arcessere, sic quo-
modo fecit in hac controversia, qui cum diceret pro filio locum, de
indulgentia liberorum in parentes, venit ad filium Croesum, & ait, Mu-
tus in periculo patris naturalia vocis impedimenta rupit, qui plusquam
quinquenio tacuerat: quia quisquen puer ponitur, putauit vbscuncq;
nominatum esset quinquenium, sententiam fieri, quia Latroni bene

LIBER SEPTIMVS.

cesserat, qui cum diluisset vulnus exiguum, dixit. Aspicite istam vix apparentem cicatricem, rogo vos, non putetis puerulum fecisse, & ne puerulum quidem quinquenem. **G A L L V S V I B I V S** improbam dixit sententiam, cum cædem describeret. Occidit, inquit, maritum, nouercam læsit, puero pepercit, etiam hunc putabat suū. Valde enim puero Cæstius atebat parcendum. Itaq; dixit cum laudaret eius testimonium, procuratori natus est. **B L A N D I** sententia laudabatur, cum descripsisset à puero demonstratum procuratorem, digito, multa significante.

S C H O L. (Ut audiui clamorem.) Ex narratione sumptum uidetur, tam abest, ut ego occiderem, ut cum pater occideretur putarem strepitum esse reprehensi adulteri. (Quis ferret te.) Tractatio est in artificialis probationis, id est testimoniis cuius inueniuntur tametsi arte careat, at non nisi summis eloquentiae viribus, ut Fabius ait, tractari debet. Probatio artificialis illa est, ad cuius inveniagationem & ingenio, sc̄ arte est opus, ut inuenias probabilia in unaquaq; re. In artificialis quæ cum est, ultro ipsa occurrit, ut testimoniis surandum tabule. Vbi autem non occurunt ipsæ, in genio non sunt uestigandæ. (Etiam siuenires.) A contrarijs. (Plus tamen.) Ne sc̄ tu fias matri inuisus quemadmodum ego, sc̄ te perdat, nimium enim me uideris imitari, dum patri faues. (Pater me suis) suspcionem mouet, nō propterea quod indigeret adduxisse procuratorem, sed ab uxore persuasum. (Vis scire.) Argumentum non perpetrati parricidij, quia natura impellitur ad amorem paternum, quam uincere difficile est, sc̄ id probat insanes argumento. (Aliquis uno teste.) Compensatio est, nam pro uno teste, quo argueretur parricidij, ego do totum populu quo arguo adulterij. (Obiicit priuigno.) Ex persona redarguitur obiectum, nam & credibile est falsum dicere nouercam contra priuignum, nec credibile est filium parvulum uoluisse mentiri contra matrem. (Intrae procurator) antea cum non in eadem domo habitaret illac intrabat, nō mirum est si nunc etiam suffoderit. Dictum autem est magis figurare qua uere, neq; enim sicut opus ut per illum locum intraret, qui iam intus erat. (Non placet) docet circumstantias magis suisse pro aduersario, ab occasione locus est. (Habui patrem) Occurrit illi suspicioni qua obiici poterat ipsum patri suisse suspectum, & ideo domo exclusum, non me, inquit, ille domo eiecit, sed uoluit seorsum à nouerca habitare, quodammodo autem nouercam non habet, qui cū nouerca non habitat. (Quo mihi lumen,) dicebatur ab aduersario lumen ipsum attulisse, ut posset ictum dirigere, ille contra ostendit noctem & tenebras sceleris

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxviii.

bus esse amicas. (Qui , inquit ,) Ab anteacta uita, (Memento enim de homicida.) Non dubitem de parricida legendum , ab ipsa autem atrocitate probat non potuisse illud esse primum, nemo repente fuit turpissimus. (Lumen atulisti) dicebant illi ut nouercam occideres & patri parceres lumen attuleras. Hoc ostendit ab euentu falso, nam pater alte uulneratus est, nouerca uix perstricta . (Inuentus est qui patrem.) Cum ironia pronunciandū , & clex repugnantibus. (Dum perfodio.) Incredibile facit ex coniunctis , an sonus auditus, cuiuscunq; dicas lessissimum esse somnū, omnes tibi dabo, qui audire possent . (Quererem quā) ab adiunctis personæ, fortuna, sunt autē personæ adiuncta, fortuna, natura, quæcūq; ad animum pertinent. In fortuna considerantur genus, patria, diuinitat. In natura, ualitudo, forma, robur, uelocitas, In animo, discipline, & uirtutes. (Humilitate effugit.) Tam est obscurō loco ut uel terræ filius credatur, & ut ille ait frater culus gigantum. (Singuli se serui ,) hoc ad narrationem spectat, omnes illi suū mibi testimonium offerebant. (Aspice corpus,) Signum est à uulnere , quod factum ab adultero, & nō à filio uideatur. (Instrumento parricidij) lumine, quod ut tu dicis adduxerat, ne in uulnere errarem. (Obluiscendum.) Tantum abest, ut illato lumine me debuerim parricidij cōmonefacere. (Totus mihi lectus) Occisa nouerca & adultero qui lectum contaminarant. (Tibi parcam.) Tibi parcerem oī adulteri cum patrem occidiſsem. A pugnantibus. (Frater illam) adulterum & matrem suo testimonio prodendo. (Vtrum non habui.) Qui oblata occaſione non facit, uidetur noluisse. (Ostende uulnus.) Ipso uulnere fidem facies non fuisse à priuigno (Occidere aliquis.) Pugnantia hęc omnia sunt. (Et inde incipit.) Per multa scelerā uix ad parricidium peruenitur, Et tu uis hoc esse rudimentum. (Reus in epilogo.) Pars quæ defensionem habet, debet cum epilogo continuari, quoniam magis est apposita ad cōmiserationem. (Simul repulissent.) Mox ubi se purgassent, alterum accusarent. (Cominus congredi.) Qui uiribus impar est, eminus iaculetur, ne illi accidat, quod ille ait. Infelix puer, atq; impar congregsus Achilli, (Non colorem.) Quia non de honestate contenditur, sed de fide & conjectura, quæ magis exigit argumentum quā colorem. Quomodo enim uis quæ negantur esse facta, colorem adhibeamus, ut honeste facta uideantur? (Ut destrā dū.) Per μειωσιν, id est diminutionem est amplificatio. Per eosdem enim gradus descendimus, quibus ascendimus, id est eadem uia, & ars est, sed altera efficit magnū, altera parū. Huic simile illud est uulnus gladiatoris, quod uix acutum esse uideatur. (Sed leniter te.) Ironiam habet, cum contrarietate quædam. (Testi meo,) Id est fratri puerō. Habet autem iocunditatem illa periplura

LIBER SEPTIMVS.

sis. (Nocueras.) In eluatione uerbi est, & suspicione nominis amice. (Vellicatuit.) Magna diminutio est, qua uulnerare uerit in uellicare. (M V S A,) bunc suspicor fuisse illum Augusti medicum, qui Antonius Musa dicebatur. (Tanquam paries) Stolida similitudo est & sordida. (Quod causae suæ,) Hoc multo magis est ridiculum, quicmadmodum febricitantes leuari solent sanguinis missione, ita ille causam, que laborabat, uisus est misso sanguine subleuasse. Stultissimum causam malam cum agroto conferre, sed multo stultius sanguinem. (Morsus) hoc lasciuia notandum est. (Sed uiri sui.) Dicit contra thema, in quo ponuntur uulnera. (Finitio, exceptio) finitione appellat sententiam certam, & ratam, nihil esse certius puero. Exceptionem autem, q[uod] non quouis puero dixit, sed quinqueni. (Diligens stultitia.) Cum aliquid stulte facias in eo ipso satagere, tanto enim stultius feceris. (Decertauerit,) In schola declamatoria. (Rogo nunquid.) Accusat te ille serio, & tu quasi alteram partem declamauerit, ita per iocum alteram suscipis. (Sententiam fieri.) Ex allusione. (Etiam hunc putabat suū,) uel est improbitas in aliquo intellectu obsceno, uel quod eius filium diceret. (Digito multa) forassis impudico, & ideo uidebatur illum notare adulterij.

C DECLAMATIO SEXTA DE EO

qui seruo filiam matrimonio contunxit.



Y R A N N V S permisit seruis, ut dominis peremptis dominibus suis nubant. Profugerunt principes ciuitatis. Inter eos qui filium, & filiā habebat profectus est peregre: cum omnes serui dominas suas virtassent, seruus eius virginē seruauit, occiso tyrāno reuersi sunt principes, in crucem seruos sustulerunt. Ille manumisit, & filiam collocauit, accusatur clementiae.

C A R G E N T A R I I. Haberemus solatū, si has nuptias fecisset tyrānus non pater: habe hunc illi honorem, fac dotalē, sine dominā custodiat. Sanum putatis esse, qui manuūl tyrānum imitari quam seruū! Pater noster honestis parentibus natus, qui enim alter cōditionem matris nostrae habere potuisset, si tantum ingenuus fuisset. C A E S T I I P II. Soror opto tibi perpetuam sterilitatem, cum dicerem, manumis tamus, seruū, aiebat, expectemus sororias nuptias. Ergo tibi soror ut honestos habeas liberos adulterandum est. Fecit se similem tyrāno, sū-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxix.

Itam raptis, libertum cruciaris. Plus seruo dominus permisit, quā tyra-
nus. Qui facit has nuptias, insanus est, aut tyranus. Quis hoc potest cre-
dere, optandum filiæ fuisse, ne finiretur tyranus, ne rediret pater? Si in-
terrogaueris patrem, quod grauissimum in tyranide fuerit scelus, si san-
nus est, respondebit, quod dominæ seruus collocatae sunt. **F V L V I I**
S P A R S I. Eligitur maritus quem sanus pater dotalē dedisset, ge-
ner tuus ipsis nuptiis crucem meruit. Egregium generum, cui nihil est
gloriosius, quām quod inter cruciarios non est. Grauissima quoq; ipsi
seruo facta est iniuria, dominam suam non licuit illi seruare virginem.
B L A N D I. Fecit etiam seruo iniuriam, cum detraxit abstinentiæ
gloriam, nuptiis suis manumissus est. O matrimonium omni adul-
terio turpis. **I V L I I B A S S I.** Liberata Republica quod me tri-
stem vidistis, nolite mirari, nobis etiamnum viruit tyranus. Virg-
initatem quām sub tyranno seruauerat, perdidit sub patre. Dic furca
ser cui sororem meam virginem seruasti? Dic si placet, misit. Non
vitiauit, inquit, cum liceret illi. Ita ne dignus est nuptiis, quia indi-
gnus est cruce? Ex cella suæ dominæ migrabit in cubiculum, vel do-
mina ex cubiculo suo migrabit in cellam. **C O R N E L I I H I S-**
P A N I. Melioris conditionis sunt vitiatæ quām virgo, illis mutare
nuptias contigit. Quare tyranicida præmium accepisti? etiamnum alti-
qua ex edicto tyranus nupta est: qui edictum tyranus fugerat, reddit cum
edicto. Dementia hoc patris factum est, ne tyranum accusare possit.
Quod ille, inquit, filiam meam virginem alteri seruauit, nunc maritus
est: qui sub tyrano quoq; nihil aliud potuit quā raptor esse, is qui dotalis
destinatus erat, custos relitus est: propositū est edictū, qd ne ferremus,
fugim, nihil per totū publicē seruitutis spaciū indignū visum est, nihil
dīs hominibusq; minus ferendū: itaq; tyranus post hoc occisus est, def-
pōsa est puella, omnia ex edicto tyranis facta sunt. **A L B V T I I S Y L**
L I. Egregius gener, cuius hæc vna gloria est, qd cōparatus cruciaris
frugalior est, meli seru custodiuit dominā, q; pater filiā suā collocavit:
quemadmodū tratus tyranus, alienos inimici tibi nepotes precātur: cū
sanus pater fuit, ne has videret nuptias, fugit. Patū putatis magnū argu-
mentū demētiae, qd egit tyranū in morte, patres in exiliū, seruos in cru-
ce? quomodo qui sic fugis, sic collocas? Honesti exules q; sacer. Si voles
inuenire generi sui ppinquos, ad crucē eūdū est. **A R E L L I I F V S**

LIBER SEPTIMVS.

CI PATRIS. Ex seruo gener, & ex domina vxor, & ex domino so-
cer est factus, quis has nuptias non tyrāni putet: patrē tyrāni criminib⁹
accuso, tyrānum patris, quid de tyrāno loquor: patri similis est. Quid
de patre non querar: tyraño similis est. Miserrima soror sub tyraño pa-
trem desiderabas, id in filia tua coegisti, quod tyraño tantum permise-
rat. Nunc nobis pater, si sanus es, exulandum est: quid enim misertus
accidere potest, quā is status in libertate, quem cæteri vix ferunt in ser-
uitute: fugimus ne seruitremus, felicitatem nostram in calamitatem con-
uertit, aliquando enim fugit. Satius cum cæteris contumeliam ferre,
quā liberatis omnibus solos in tyrañide restici. Seruo libertatem de-
dit, filiae seruitutem, seruo filiam dedit, innocentia abstulit. Nescio quid
sibi velit, quod serui meritum laudat. Tyraño enim laudare debebat.
Seruus non stultus, tergum, & caput suū delitiis præsentibus prætulit:
si dixisset timuisse tantum, laudabo, & hanc illi etiam nūc optabo men-
tem. Cæterę honestos inuenerunt seruos, hęc talē habet, quales illae in
tyrañide habuerunt. Soror mea ancillulae pellex est, sed vt dominia nu-
beret, cōseruula de cellula exacta est. Nullū in tyraño matus scelus fuit,
quā quod tibi libuit imitari. O te soror miseram, quod ista non sub ty-
ranno passa es, iam enim pati desissem. Hoc tu putas præmium esse, quia
dominam non violauit: violet quantum volet. Iste vero, vt dicas, ini-
riam tibi fecit, quia affinitatem tuam moratus est. Si non cessasset, iam
fortasse ex illo nepotes haberemus: habebimus generum, si possumus,
patrī similem, si minus non erubescendū, cui cognatus sit alius, cui
sacra aliqua & penetralia, in quæ deducatur vxor, quem adiungamus ad
domum, non quem extensem doleamus. **P**ORTII LATRO-
NIS. Qui omnia tuleramus, hos fugimus. Vocat seruū, & quia cru-
cem non meruerat, mereri iubet. Itane furcifer tu potuisti dominā com-
plecti: putasti autem te per tyraño victurum, aut semper futurum pa-
trem: felicissimi videbuntur, quibus contigerit raptus, tyraño. Ita sine
dubio beneficium dedit qui custodiuit dominam à stupro, se à cruce:
Cum infelicē face ad dotalē suū noua nupta deduceretur, si qua fides est
exhorruī, quasi repositum esset edictum, cogitabam quem sorori virtū
eligerem, si impliciter fatebor, fastidiebam tam eas conditiones, quæ an-
te profectionem fuerant, atēbam, illo tempore, & aliae virgines erant.
Non vitiauit, inquit, sub tyrañide, o nos felices, si ne nunc quidem.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xx.

TRIARIVS. Age, hoc non est præmium, vnum spectare omnium
cruces! Certum habeo si habuisset tyrannus filiam, non scripsisset edictum.
Indicit festum diem, aperit iubet malorum imagines cum maxime tegendæ sunt. **V**ARII GEMINI. Eadem hora & libertum fecit, & generum, hoc fecit quod tyrannus non cogit, nisi cum irascitur,
seruus ne tunc quidem facit cum cogitur. Generum habes, qualem: ut
ille laudationem suam reddam, nempe frugil seruum, seruis suis paritura
fratres. Quantum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba
tyrannidis mala, tamen tristiora exponam, quæ post tyrannidem ge
sta sunt, non dubitabam quin esset tyrannide nuptura, si sub tyranno vi
tata esset, haberemus, hoc non tibi vni accidit: nondum tyrannum oc
cisum puto, etiam tyrannicas nuptias video. **M**ARYLLI. Nunc
sciam, an merito libertatem acceperis, si liber non merueris crucem, hoc
quod obitio, qui in pluribus fecit occisus est. **L**. **V**INITII. Nunc
in domo nostra matronam est, cuius me puderet, etiam si raptus esset.
Quam miseros putatis iudices esse eos, quibus quidem duo quæ mi
serirma fuerunt optanda sunt, tyrannus & raptor. Vna generi tui con
ditio est, quod se aliquando ista puella putauit indignum. **V**ALLII
SYRACI. In eadem conditione iudices sumus, ut consolari de
beamus sororem, quod aut rapta non sit, aut nupserit: & tamen quid
ille meruit quādū per dominum licuit, innocentissimus seruus! **S**E
PVLLII **B**ASSI. Nuptias clausa domo fecimus, in contuber
nium deducta serui dominata est, ita iste dexteram sororis mieæ nisi dum
manumittitur non contigit. **P**OLLIONIS **A**SINII. Inter
nuptias fesceninos in crucem generi nostri vocabantur. Miserrimum
egisse me diem memini, quo seruire coepit. R. P. Miserrimum diem
egisse memini, quo in exilium fugimus. Inter hos dies sororis nup
tias numero. Miserrima soror fortasse vernularum tuarum nouerca es,
pater volo ducere uxorem, dic quām mihi ex ancillis despondeas. Con
tra **A**LBVTII **S**YLI. Seruauit dominiam, si quis tyranno indi
casset, solus in cruce pependisset. **D**IVISIO **L**ATRO in has
questiones divisi. An etiam si non debuit filiam sic collocare, dam
nari tamen ob hoc non possit dementiae. Licer, inquit, mihi filiam
meam cui velim collocare, isto modo & repudiū remisero genero. Ac
cusor, male collocasti filiam, & multi alii. Quid tibi videtur hi, qui abdi

LIBER SEPTIMVS. 1590

cant filias suas t' auari, sed mala causa est, nec ob hoc damnabor. Tu pa
trem debes dementem accusare, non sanum regere. Ego istud, an sine
ratione fecerim, videbimus, satis est si sana mente feci. Deinde, an sic filia
collo care, debuerit. Hoc in haec diuisit, an etiam si meruerit seruus, non ta
men sic illi referenda fuerit gratia. Deinde, an bene meruerit. De facto ser
ui primū disputauit. Deinde animo factū qualis. Non dominā cōstupra
uit. Auge beneficia, nec dominū occidit, nec adultero dominā ventude
dit. Non est beneficium, scelere abstinere. Et tyrānus permisit dominam
rapere, non coegit. De hoc beneficio non est quod laudes seruū, alio
qui t' inturiam fecit, si non subducta est inturiae, sed reservata, tunc ta
men solarium fuisse cum multis pati. Deniq; quod aliae in tyrānide pas
sae sunt, haec in libertate, ceterae absentibus suis, haec præsentibus.
In aliis stuprum vocabatur, in hac matrimonium, in aliis finis expes
stabatur inturie, in hac nullus. Deniq; illarum stupratores, suffixi sunt,
huius manumissus. Deinde de animo serui L A T R O colorem à pa
te filii, quare non vittasset seruus, hunc fecit, timuisse illum suppliciū,
scisse futurum, vt liberata Repub. omnes poenas qui contaminassent
dominas suas darent, & aduentare iam tempus ultimū tyrānidis vide
batur, cum ad suminam esset perducta rabies, quæ nunquam nisi ex
desperatione fit. Itaq; cum videret, inquit, suffigi cruci seruos clama
bat, hoc ego futurum sciebam. In ultima oratione L A T R O Di
xit, Serui quoq; nomine tecum queri possum, quem qui frugi fuerit,
nequā fecisti. A L B V T I V S hoc colore vsus est, immatura etiānum
puella, nec adhuc inturiae idonea, & ideo illam non abduximus, quia
ætatis beneficio tyrānidem sentire non poterat. C A E S T I V S Di
xit. Ego plane non sum detractus seruo suam laudem, habuit bona
mentem, sperauit posse fieri, vt si virginem seruasset, nuptiis manumis
teretur. V A R I V S G E M I N V S ait, Fortassis amicam habes
bat, hac delectatus abstinuit, nam quidam virginum concubitum refu
giunt, fortasse sciuit illam non esse passuram, & illud quod nequam
quoq; seruus interdum frugi facit, malam fortunam timuit, & hanc
sententiam quæ valde circumdata est, adiecit. An etiam furcifer auderet
cum domina concubere, nisi illi pater permisisset, & illud dixit. Ad
hoc pater ab exilio redibas? Exiliū ergo quid fugimus? B V T E O
voluit videri re vera mente lapsum patrem, & in narratione hoc dixit.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxi.

Quām mōestus venit domum ab edicto tyrāni^t, quantum in sinu filiae
fleuit, puto illo tempore mentem esse concussam. VARIUS GE
MINVS Dixit, de abstinentia, sic contaminare dominam suam, &
trahere in cellam non est ausus, nisi forte hoc modo manus narrem,
tam iunc sperare sororis nuptias cœperat. A parte patris magis defen-
sione opus esse dicebat Latro quām colore. Varius geminus factum
ipsum defendit, magnos viros fecisse, ut libertinas uxores ducerent.
M. Cato, inquit, coloni sui filiam duxit uxorem. Sed ingenuam.
Respondeam. Sed Cato: plus interest inter te & Catonem, quām in-
ter libertum & colonum. Quām multa bona habebit? Subiectus,
& obsequens maritus. Non petulantiam timebit, non verborum con-
sumeliam, non pellicem, non repudium. Filiam meam semper domi
habeo, quām eo magis desidero, quod habeo. Deinde fide factum
liberti laudauit. Albutius & Phaneus dixit, neminem natum liberum
esse, neminem seruum, hæc postea nomina singulis imposuisse for-
tunam. Deniqz, inquit, scis & nos nuper seruos fuisse. Retulit Ser-
vium regem. SYLO POMPÉIVS hoc colore v̄sus dixit.
Exhaustum tyrānidis iniurias patrimonium, non habuisse se doteri
quam daret. ARGENTARIUS voluit videri puella volente se
fecisse. Visa, est, inquit, indulgere illi, certe debuit. CAIVSSA
BINVS hoc colore v̄sus est, vt inquantum posset dignitatem suā
destrueret, & humilitatem confiteretur, & ideo, inquit, facilius po-
tuit. Non virtus, quia nemo in domum nostram oculos dirigebat, &
sueram, inquit, facere cui collocarem, querendus mihi erat gener ali-
quis libertinus, quid ergo? alieno potius liberto? hunc tam novi, scio
cuius affectus in nos sit: si moriar, scio me meam filiam apud hunc tu-
torem relistarum. Et hanc sententiam adiecit, quæ valde excepta est,
eum non contempsi generum, qui tyrānum contēperat. ACTIVS
POSTHVMVS hoc colore v̄sus est. Nihil est, inquit, inuidia
periculosis, hanc sapientes viri veluti pestiferam vitandam esse præ-
cipiunt, hanc ita vincens inuidiam eram. Hic nunc nobis obiicit for-
tunam liberorum nostrorum, oderant filiam meam feminæ, me pa-
tres quasi publici mali segregem exprobratorē, quo uno modo hone-
ste potui, feci filiam meam cæteris similem, fortuna mea publicæ par-
tus detracta omnis inuidia est, filiam non habeo honestiorem quā vos,

LIBER SEPTIMVS.

seruū frugaliorem habui quām vos. **HISPO ROMANVS** dixerat. Maritum autem ego istum vocem, raptorem serotinum, verbum hoc quasi amputandi, quod non erat usurpatum, quibusdam displicesbat, et usdem verbi explicatione, ut extra reprehensionem esset, usus est, **ALIAS** cum diceret nondum esse consummatā aduersus seruos publicam vindictam, etiānum in domo nostra residuus raptor est. **SATVRNINVS FVRIVS**, qui volens, vel condēnauit, maius nomen in furo, quām in declamationib⁹ habuit, solebat tamen tam honeste declinare, ut scires illum huic materiæ non minus idoneum esse, sed minus familiarem. Is in hac controversia cum, **L.**, Lamiae filio declamaret dixit sententiam. Ex tabellis emptionis multi sententias trahere tentaverunt. **ALBVTIVS** Dixit. Profer mihi tabellas, quid hoc est: generum sacer mancipio accepit. **TRIARIIVS** Dixit. Fugitiū errorem non esse, si tam malum autorem habemus, gener noster fugitiū est. **BLANDVS** Dixit. Relegamus autoritatis tabellas, furtis noxāq⁹ solutus, hæc generi nostri laudatio est. **GALLIO** Dixit. Furtis noxaq⁹ solutus est. **SPARSVS** Dixit. Ostende tabellas, quid nobis cum isto genere prior dominus promisit: fugitiū nō esse. Gaturor vobis posteri, patrem fugitiū nō habebitis. **VARIVS GENIVS** Dixit. Erronem non esse, adiicio, fugitiū non esse, adiicio furtis noxāq⁹ solutum. Tum nunquid de generi tui nobilitate detraxi: **POLLIO**, alebat ridere se, quod declinatores decreuerint hunc utiq⁹ emptitium esse. Mirari vos puto, quod in hac controversia omnes declinatores mentis sue fuerint. Nō fuerunt **NEPOS MANVLIUS** cum hortaretur libertum sc̄ repudium sororis dixit. Refer nobis gratiam, & tu sororē meā manumitte. **NEPOS LICINIUS** illi non cessit, dixit enim. Sub illa subsellita transite serui, transite liberi, empta cognatio, & tum illum sensum elegantem, & ab omnibus iactatum, sed corruptus, soror opto tibi sterilitatem, adiecit, nec est quod mitteris me timere partū tuū, habeo sic nasci tyrānos.

SCHOL. (Fac dotalem,) Dotalis seru⁹ est, qui in dote fili⁹ datur, quāsi diceret, hoc erat summum, quod illi debebas tribuere. (Samum putatis,) frequentissimum argumentationis genus est enthymenia. Id diuabus constat partib⁹, quemadmodum hic manuult imitari tyrānum quā seruū, cum tyrānus iussit rapiri, & seruū pepercere, ergo insanus est, sed eleganter quæ constant ex contra-

DECLAMATIO. SENECAE. Fo. lxxii.

rijs, per interrogacionem efferuntur. (Pater noster.) Probat indignitatem ex similitudine coniugij, q; autem pater sit plusquam ingenuus, id est nobilis, probat ex eo q; uxorem genere claro reperit. Epicherema ex tribus constat potissimum partibus, propositione, assumptione, complexione, sed adduntur aliae due plane non necessarie. Est autem Epicherema syllogismus ex probabilibus, qualibus utuntur oratores, syllogismus autem nomen generaliter est ē ad epicherema ē & πόδες, i. demonstrationē. Epicherema autem tale est ex tribus partibus: qui dicit uxore nobilis is ē nobilis credēdus est: pater uxore duxit nobilis, pater igitur nobilis est. Potest ē propositioni subiecti ratio, qui dicit uxore nobilis, is ē nobilis credēdus est, alio qui quomodo tantā conditionē habere potuisse? Et assumptioni etiā ratio subiecti cur, pater noster uxore nobilis duxit, quippe claris ortā parentibus, & multis maiorum insignibus. Sed hac ratione innumeratas partes licebit facere, si quot rationes subiectim, totidem partes constitutim. Alij propositionem non appellant illam generalem maximam, quae est maior in syllogismo, sed expositionem rei probandae, quae est idem postea cum conclusione, atq; ita à propositione exordium tur. Deinde rationes ordine subiungunt, cum amplificatione ē ornatu, uel in singulis, uel in ijs, que maxime pati uidentur. Ut si ita dicamus, an uero pater meus insanus non est? propositio, utiq; si sanus esset, nollet imitari tyrānum, ratio, Quid enim tyrānus imperauit nisi ut liberae & ingenuae & fœminæ raperentur profliguerenturq; seruis? Quid autem nunc aliud pater imperat? Hic protinus habet locū amplificatio ē exornatio. Clauditur deinde complexione tota argumentatio, quae expositionem, si longior fuit argumentatio, cum breui repetitione colligit. Et hunc hominem, qui serui factum improbat in filiam, qui tyrannum laudat, sanum quisquam dicere dubitat? (Adulterandum est.) Cuius collatione in honesta honestissimum est. Ex comparatione amplificatio. (Libertum cruciarijs) serui enim propterea crucem meriti, q; dominas supraverint. hoc autem pater permittit liberto, licet non simile, sed ut rotundas absolvant sententias, quiduis sibi persistunt. (Si interrogauero,) Argumentum ex concessione firmissimum est, ē ita probat illum sibi repugnare, facit enim quod improbat, hoc autem insanie indicium est. (Grauissima quoq;) haec impesta sunt, non enim ille cogitur. (Suis nuptijs,) Qui aliter non poterat nisi manu mitteretur. (Ita ne,) quasi uero nihil medium sit, inter crucem nō mereri, ē mereri nuptias. (Ex cella) Cellam dicit serui, cubiculum virginis, quasi uero id sit in re indignissimum: Quale est quod citatur à Fabio cāp. de sententijs. Alexandrum sepolio, ē hoc quisquam spectabit ex tecto. (Melioris,) Est etiam amplificatio

LIBER SEPTIMVS.

ex comparatione subiecta ratione. (*Quare tyranicida,*) Quasi dicat, frustrai &
 occidi filii & acceperisti premium, si etiam nunc seruantur edicta tyranii. (*Qui edi*
clum) pugnantia. (*Accusare posset*) cum idem faciat in filia, quod tyranus edi
 xerat. (*Qui sub tyraño.*) Etiam quando omnia sunt indignissima, cum quiduis per
 mittitur contra ius fasq; tunc non potuit esse nisi raptor per vim, & nunc his fa
 cere maritum. (*Alicenos inimici.*) Etiam inimici optant ne habeas nepotes ex eo ge
 nero quem elegisti. (*Quod egit tyranum*) omnes bi declamatores mibi uidentur
 ante magnum, quā uerum facere, id est prius amplificare quā probent. Non enim
 id erat quod tyranum occiderat, sed q; contra uoluntatē parentum filias à seruis
 rapi permetteret, modo autē hæc, nec rapitur, nec contra uoluntatem patris seruo
 traditur. ociosa semper est omnis eloquentia, quæ ueritate, aut uerisimilitudine nō
 nascitur. Intelligendū autem hic est illud facere, quod egit tyranum in morte. *Ecce.*
 Hoc est magnum dementie signum. (*In filia tua coegisti*) durius est cogere, quā
 permettere. (*Quod servi meritum.*) Ad refutationem hoc pertinet, quæ interim
 admixta defensione est, interim separata. (*Tyranum enim.*) Qui non coegit, sed
 permisit. (*Seruus non stultus,*) transfert causam, quod est potissimum in refuta
 tione, ille dicebat fecisse amore & pietate in dominū, hic autem, metu, ne si priſi
 na conditio rediret, esset illi pereundum. Ab eisdem locis refutatio est & conſu
 matio, ut hic à causa. Ille dicebat fecisse propter pietatem, hic propter metum.
 (*Timuisse tantum.*) Et non etiam id fecisse, ut postea uxorem duceret. (*Honestos*
inuenierunt) postquam sunt liberatæ. (*Quales illæ*) non de ceteris moribus est intel
 ligendum, sed quod in genere duxerit. (*Iniuriam tibi.*) Cum irratione oratio
 nem tribuit patri, tam istum generum optas, ut putas iniuriam factam tibi, q;
 non prius in tyranide tuam filiam duxerit. (*Si non cessasset,*) Nisi abstinuerit
 à filia. (*Habebimus generum.*) Est ueluti responsio filij. Si hinc soror non nu
 bit, alium queremus generum, si licebit pari conditione cum patre, si non li
 cebit minus erubescendum quam hic est, qui habeat aliquem cognatum non ut
 hic qui nullum habet, cui sint sacra & penetralia, cui sint di penates, nec soror
 sit deducenda in cellam serui, quem adiungamus ad domum, quod socii solent
 ex officio & pietate in generos, non quem doleamus extensem, cruciatum, uel in
 patibulo, uel in ecclesi quod serui solent. (*Per tyranum*) uictorum à inicio is. est
 id est futurum ut opera tyrañi uinceres, & id quod aliter consequi non poteris
 sic conquereris. (*Tyranus*) Tyraño suspicor legendum, id est tyraño inbente,
 & est simile illi superiori. O te soror miseram, q; ista non sub tyraño passa es,
 iam enim pati desuisses. (*Quasi repositum,*) Quasi etiam nunc edictum tyrañi

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxiii.

esset. (Cogitabam.) Exagerat factum ab inexpectato, id est quām erat prae ter opī
nionem, tam est uisum ubi accidit graue. (Vnum spectare) respondet personu
tum in hoc esse prēium, q̄ non pendeat cum reliquis. (Quantum ad expositio
nem,) hoc ad narrationem pertinet. (Qui in pluribus) tyranus qui id omnibus
seruis edixerat. (Etiam si raptus) ea forma qua dicimus raptus uirginum. (Vna
generi,) nam postea modelliores se præbent in matrimonio, qui se indignos pu
rant. (Dum manumittitur.) Cum deberet potius in matrem eius illa conuenire,
que noua nuptia erat ex more ueteri, quo siebant matres familias, non contigit
nisi manumitteretur ipse prius, ut liber iam uxorem acciperet. (Fœscenninos)
fœscennina licentia que sc̄omatis & lascivis salibus indebat in nuptijs. (Fortasse
uernularum,) nam & ille fortasse pater eorum est. (Dic qu. in mibi.) Nam qui
filie das seruū, bene filio dabis ancillam. (Seruant dominam.) Contraria pars en
ta in amplificatione meriti & officij seruulis fere consistit. (Sine ratione.) Aliud
est sine ratione, aliud dementer facere, & ita duplex quæstio crit, an sit sine ra
tione facere, dementia: & si sit, an ille sine ratione fecerit. (Deinq; quod aliæ.)
Comparatione disserim ostendit, & ita attollit. (Iam tunc sperare,) Et pro
pterea tunc absimit. (M. Cato, inquit,) Censorium intelligit, qui Solonij cu
iisdam scribæ filiam duxit, ex qua suscepit Salonium. Plutarchus in ciuiis uitæ.
(Et humilitatem) timens fortasse ne inuidiam conflaret sibi, (Et ideo, inquit.)
Responsio ad aliquam obiecitionem. (Non uitiaui) ob hoc ipsum, quia nemo inſ
pectabat, qui ad tyranum deferret ut me cogeret. (Quasi amputandi.) Fortassis
a vindemiantibus & amputantibus racemos, qui durioris acimi uinas atq; ideo
sero maturentes relinquent. (Tabellis emptionis.) Quibus olim seruum cme
rat. (Mancipio accepit.) Ille res mancipio accipi dicebantur, que ita translo
bant in emptoris dominium, ut si postea aliquid in his uitium deprehenderetur,
uenditor se euictionem præstaturum polliceretur, & ad redhibitionem teneretur,
satisfactorius emptori pro eo damno. Et id ipsum est mancipio dare, ut si seruus
fur fugitiuus esset qui uendiderat, id damnum pensare teneretur, atq; ita si
pulatio siebat, sanum esse furtis noxisq; solutum, qui neq; quicquam furas
esset quod dominus teneretur restituere, neq; damnum cuiquam dedisset.
Seruus enim qui euipiam damnum dedisset, iuxta legem Aquiliam noxa est.
Est autem noxa nomen generalem quo poena, culpa, detrimentum significa
tur. Dixit generum mancipio accepisse, ad seruitutem & emptionem alludens,
quasi hunc quem nunc accipit generum, olim mancipio acceperis. (Autorem ba
bemus,) Autor rei dominus dicebatur, quemadmodum & autoritas possessio

LIBER SEPTIMVS.

nis ius , ut paulo inferius , inquit , autoritatis tabellas , quibus ius possessionis continebatur . Venusius , inquit , autoritas est ius in rem quo autor , id est dominus sibi rem suam uendicare potest . Autor etiam uel sponsor est , ueluti fidei sponsor , qui aliquid affirmat , uel fore , uel non fore . Et ita intelligendum est alterum spopondisse non esse erronem , non fugitivū respondet autem ille , si tam malum . Et ceterum . Quasi dicat , nisi aliud fide dignior existat , qui id ad se recipiat , sine dubio fugitivus erit , quem autem fecerit illum sponsorem non licet coniungere . (Manu mitte ,) Quasi uero manumittere sit repudiare , ac non potius putemus nos magnum prestatre beneficium ei quem manumittimus , contra contumeliosum sit repudiare falsa similitudine emissionis deceptus , alter in libertatem , alter in contumeliam emititur .

DECLAMATIO SEPTIMA , QVAE est de Imperatore crucifixo .



PRODUCTIONIS sit actio . Pater & filius imperium petierunt . Praelatus est patri filius . Bellum commisit cum hoste , captus est , missi sunt decem legati ad reditendum imperatorem , euntibus illis occurrit pater cum auro , dixit filium suū crucifixum esse , & se aurum ad redemptionem tulisse . illi peruererunt ad crucifixum imperatorem , quibus ille dixit , cauete prodictionem , accusatur pater prodictionis . ALBERTII SYLLI , quid desideratis ultra ? imperator supplicium tulit , proditor precium , tristorem istum vidiimus , cum filius imperator renunciatus est , quam cum captus . Redde rationem quemadmodum sediteris tutus , senex , solus , cum auro , cum etiam imperatores capiantur . Imperator adolescens renunciatus est omnibus laetis , praeter patrem . CAESTILLI PII . Plus accepit auri , quam quod posset abscondi , nolite mirari , & Imperatorem , & filium vendiderat . Cauete prodictionem , iam comitis causim . Abstulissent tibi aurū hostes , nisi dedissent . Cū de redēptione ageretur , omnes in curia fuerūt , prēter cōpetitorē . Indictū fuit , morētis breue , filii veterētū dū . BALANDI . Quomodo te dimiserunt ? si inhibitudinē , & duce genuisti , & tu esse voluisti . Si nō decreueramus , cōsiliū nostrū expectari debuit , si decreueramus officiū . ARELLII FVS . CI PATRIS . Vnde tam graues paterni sinus ? nunquid ossa filii re-

DECLAMATIO SENECAE. Fol. lxxviii.

portant? expectat videlicet iudicia vestra reus, tanquam nesciat, quid de illo sentiat. Non tu semel apud hostem fuisti, sed nos semel legatos misimus. Imperator non audet nominare te tanquam patrem. **I V N I I**
G A L L I O N I S. Fuit adolescens optimus, verecundissimus, qui patri suo cessisset, si salua pietate potuisset. Iterum vobis inter patrem, & filium iudicandum est. Candidatus processit contra patrem, si silentium eius intelligere scisset, & tunc vobis verecunde indicauit. Habebas apud hostes autoritatem, apparebat te Reipub. irasct. Legati nostri aurum ferabant, pater auserebat. Dixeras illos sero venturos, nonne peruenentes sunt? sero Imperatorem nostrum conuenerunt. Imperator istum accusat, nos subscriptimus, hoc fuit imperatoris nostri testamentum. Obsice, inquit, aliqua anteactae vita crimina, non possum. Verecundū com petitorem habuisti, multum tacebat, quod possum tibi malus crimen obsecere: filius tibi tu credi Rempub, nolust. Non est quod dicas, quē misi ad hostes, tanquam ipse ire non posses: cur tam cito reuertaris? Dixi tuis nos contra filium rogasti, quā p̄ō filio hostē. Num immobilis steti sti? num illi quasi & ipse affixus h̄esisti? quid tam cito recedisti? etiā num viuisti, etiā num loquitur, recessurus interrogat si quid velit mādare, voce proditionē coarguit, silentio proditorē. Intelligo quāto periculo istū offendā, quemadmodū enim iste accusationem vindicauit cruce? Omnibus argumentis premitur, dabo qui viderint, dabo qui audierint, dabo aurum, dabo testem, & ne quid de dignitate dubitari possit, imperatorem. De hoc utrum volet dicat, inimicus est, hunc indicauit. Aurum tantum habuerat, ut appareret etiam non querentibus: tantum suspensus erat, ut quēuis potius quam vos admoneret. Prodictionem caue. Optimus adolescens, optimus imperator, qui Reipub. curam agere ne in cruce quidem desist. Dignum te non putauit filius cui diceret, caue proditionē. **V A R I I G E M I N I.** Nolite omnia expectare ab accusatore, & occupato & verecundo, reumi intelligite, crimina audistis, queritis anteactae vita crimina? non habet, nihil vñquam tibi filius obsecere voluit. Tam cito lassatae preces tuæ sunt, quid faciet miser? Nec imperator potest tacere proditionē, nec filius loqui proditorē. **P O R T I I L A T R O N I S.** Quid abitis? itaq; tam peruenit usq; ad crucem. Vereor ne tam sero caueamus, quam imperator noster, qui nō an te intellexit prodictionem, quam proditus est: nec vñquam presentius

LIBER SEPTIMVS.

periculū fuit, Respub. sine imperatore est, proditor sine custode. Quid est quare tibi hostes pepercunt, cum imperatoris nostri pater esset? Aurum habes, & legatus non es. Si tibi dicam, expecta dum legati mittuntur, filius tibi publice remittetur, dices, paternus affectus non sustinet morā, rapit me desideriū filii, etiam si redimere viuū non potero, mortuū redimā. Nunquā tam durus hostis fuit, vt paternis lachrymis non flesteretur. Vt ignoscām tibi quod tam cito isti, obīcīā, quod tam cito redisti: dico quid dixerit tibi: an nihil cum patre loqui voluit? Cauete proditionem, hoc dixit, videte ne quis nocte insensib[us] custodibus exeat, ne quis Republica ignorante ad hostem perueniat, ne quis ex hostium castris granis auro reuertatur, Nihil deest iudicio. Si quid de proditione queritis, imperator vobis dicet. Si quid de proditore, legati.

PARS ALTERA ARELLII FVSCI P. Quantum est pretium quo vendo, vt filiū pater spēstem in cruce, filius patrem de cruce, tanti & imperatorem & parricidiū vendidi. Gratulabūtur omnes repulso magis quā designato nimis ambītiose. Nunc penitet, & filiū & patriam vendidit, tam exigū auri accepit, vt unus senex portare posset.

For. bas beretq;. In hac controvērsia, etiam si conjecturalis esset, habet quasi certum tristumq; iter, fuit tamen aliquid inter declamanteis dissensio. **L A T R O** semper contrahebat, & quicquid poterat tuto relinquere præteribat. Itaq; & questionū numeros minuebat, & locos nunquā attrahebat, illos quoq; quos occupauerat, non diu dicebat, sed valenter. Hoc erat itaq; præceptum eius, quædam declamatorem tanquā prætorē facere debere, minuendæ litis causa, quod in hac controvērsia fecit: non enim curauit dicere, nullam esse factam proditionem, sed se proditorem non esse. Et suspectus, inquit, iudici est, qui plusquam defendit: & nolo, inquit, cum filiū voce pugnare, vt imperatorem & filium mentitum dicam, præsertim cum odium aduersus filium obīscatur patri. **A L B V T I V S** in duas partēs declamationē dñisit, primū negauit illam esse proditionem, deinde vt esset, ad se non pertinere. Colorem contra patrē **S Y L O P O M P E I V S** hunc introduxit, odio illum Respub. à qua repulsus erat fecisse, & odio ipsius filii quem oderat, & quia competit, & quia vicerit. **V A R I V S G E M I N V S** dicit, statim pessime patrē hoc proposito Imperiū, vt proderet, hominē auarū & lucro inhiabitē: & quia noti mores eius erāt, vīctū ab eo cōpetitore, à quo vin-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxv.

et fas nō erat, nisi hominē turpissemū. Ante comitia, inquit, paratus erat
& pecunia accipere, & filium prodere, post comitia paratus erat pecunia
date, vt filium proderet. Ut captus est dux, aiebamus, inquit, non potest
hoc sine proditionē fieri, excusatim? nos imperatori, diximus persicu-
tasse ad redemptionē, quāuis deterruerit pater. Hoc loco ille respondit,
Gauete proditionē. BLANDVS dixit, agreserentē pudorē repul-
sae, voluisse occidi filium, vt in eius locū substitueretur ipse. HISPO
ROMANVS. Ultionē, inquit, suā hosti vendidit, tam facile, inquit,
exit, nocte peruenit ad hostis, rediit, vt scires illum non tunc primū fe-
cisse. ARGENTARIUS dixit, perfert ad senatum mandata filii
tut, necesse est tibi multa dixerit, legatis quoq; aliqua mandauit, fortas-
se proditoris nomen patri dixit. Indica nobis, Nihil, inquit, dixit nihil.
Sublata omnis quaestio est. Quæritis quē dixerit? videte cui nihil dixe-
rit. Pro patre de comitiis hic color LATRONIS fuit, ne quis filiū
meū vinceret, timui: itaq; professus sum, vt autoritate mea deter-
rerē futuros cōpetidores, deinde ipse filio meo cessi. ALBVTIUS
hoc colore usus est, aiebat, inquit, talem imperatore fieri debere, qua-
lis Scipio fuisset, talem senē, qualis Maximus fuit, senē nihil temere factu-
rum, virtutē populo copiā fecit. CAESTIUS hoc colore usus est,
Nouerā vitta filii mei, sciebā esse acrem adolescentē, fortiē, sed inconsi-
deratū, temerarum. Itaq; petitū imperium Rēpub. causa filii mei, quem
idoneū ad tantū sustinendū onus non putabā. FVSCVS AREL
LIVS dixit, in hoc se competitiss, vt hostiū animi frangerentur cum
audissent posse Rēpub. vel in una domo duos eligere. HISPO
ROMANVS simpliciter pritauit agendum. Inepti, inquit, hi co-
lores sunt, cōponantur cōpetidores: hoc itaq; egit colore, vt quereretur
de exitu comitorū, adolescentulos omnes cōspirasse, quasi de ætatis cō-
paratione ageretur, facile itaq; vicitū senem nō ambientē. De me, inquit,
queri nō potestis, clamaui, nō est vobis vtilis hui⁹ ætatis imperator. Mā
sit itaq; illi & post comitia eadem cōtumacia, nihil referebat ad patrē, ni-
hil cōmunicabat, itaq; captus est, & cū descripsisset, qđ imperite dispositu-
isset acīe, quēadmodū in exploratis locorū insidiis oppressa ei⁹ temeri-
tas esset, adiecit, hoc erat qđ vobis clamabā, ducē senē eligit. OTHO
IVNIVS PATER, pr̄esagitus quibusdā & insomnis hāc fortunā
pr̄aenuntiantibus agitatur, re compensisce dixit: erat autem ex somniis

LIBER SEPTIMVS.

teribus totus, vbi cunquis illum defecera^t color somnium narrabat. De eo quod inscio senatu egressus est, LATRO sic colorauit, amentem & attonitum protinus procurrisse. ALBVTIVS hoc colore vissus est. Semper de duce cito constitui, longum erat expectare, ad summā festinaui, nec occurri. VARIVS GEMINV S dixit. Maluisse solum ire, hostes enim autoritate legatorū non moueri, ad lachrymas patrum saepe flecti. SYLO POMPEIVS ait. Putavi utius es se, priuata illum pecunia redimi, minoris enim posse aestimari, quam si tanquam imperator redimeretur. ARGENTARIUS ait, nihil tam iniquiū erat, quam legatos ad redemptionem mitti, nunquā enim reddidissent, quem sic desiderari publice iudicassent. Itaque præcucurri rogaturus & hoc dicturus, Exercitus contēnit illum, Respub. relinquit. BLANDVS ait, cogitanti mihi, quid facerem, contentus ne essem paternis lachrymis, an comitatu publico preces meas adiuuare, tandem venit in mentem, Priamū regem ad redemptionem filii sine legatis esse, & cum auro. SEPVLЛИVS BASSVS ait, non expectasse se curiam, quia putauerit futuros qui redimendum negarent, quod fastum apud Romanos saepius erat: itaque ante se voluisse redimere, quam posset aliquid de non redimendo cōstitui. CAESTIVS dixit, non quæslui secretos tramites, & occultum iter, proditor scilicet eadem via veni qua legati. De voce filii colorem ALBVTIVS hunc fecit, pudebat illum, inquit, quod captus erat, querebat aliquod fortunæ suæ patrocinium, voluit videti non culpa sua, sed proditione hoc sibi accidisse, itaque nomen adiicere nō potuit. FVSCVS ARELLIVS dixit, akenatum iam supplicis animum & errantem has voces effusisse sine argumentis, sine reo. VARIVS GEMINV S omnia complexus est, potest, inquit, propter hoc, potest propter illud, ego vobis idem suadeo, cautele proditionem, hoc si cautele vultis, imperatores senes facite. Illud & in hac controuersia & in omni vitandum aiebat CAESTIVS, quoties aliqua vox poneretur, ne ad illam quasi ad sententiam decurramus, sicut in hac apud Cestium quidam auditor hoc modo cœpit. Ut verbis ducis vestri, scilicet iudices, incipiam, Cautele proditionem: sic finiuit declamationem ut diceret, in quibus vitam sicut imperator, cautele proditionē. Hoc sententiae genus CAESTIVS hoc vocabat, & dicenti discipulo statim exclamabat.

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxvi.

vt in illa sua sortia in qua deliberat Alexáder, an oceanū nauiget, cū exaudita vox esset, quousq; inuidet: ab ipsa voce quidam cœpit declinare, & in hanc desit. Ait illi Cæstus desinendi.

Et alter cum descriptis Alexandri vñctoris, gentibus perdonatis, non si sime poneret, quousq; inuidet, exclamauit Cæstus, tu autem quousq;
O T H O P A T E R hoc colore usus est pro patre, dixit enim mole
 stum fuisse imperatori, quod illum suffixum legati intuebantur, itaq;
 vt ab hoc illos spectaculo uigeret, & exoneraret verecundiam suam, id
 dixisse, quo auditio festinarent, itaq; dixisse illum, non Cauete prodit
 ionem, sed Cauete, quasi ipsis legatis esset periculum, ne proderentur.

S C H O L. (Tristiorē istum) ex effectis causa, ad animum relata, que
 alioqui adiacentia sunt (Rederis tutus) pugnantia, si ille hostis erat. (Cum
 etiam imperatores) à maiori, (Cauete proditore) uerba sunt imperatoris, (Iā
 comitys carimus) respondentium. (Abstulissent) à contrarijs. (Iudicium fuit,)
 soluit obiectionem, q; obscurè imperator uideretur locutus, (Certe si nihil,) uel
 propter hoc ipsum te non debuissent dimittere. (Si non decreueramus,) iturus ad
 redemptionem filij debuisset exēplare sententiam senatus. (Nunquid ossa) ca
 ptuit ineptam sententiam, quemadmodum ille qui apud Fabium ossa matri te
 nenda dederat sententiæ gratia, (Candidatus,) quod erat in filio inuidiosum id
 mitigat dicens, id fecisse iam tunc patrem suspectum habens. (Apparcat) quod
 te Reipub. succensere crederent, ideo uenientem admisere. (Dixeras illis,) Ex hoc
 uidetur non in reditu occurrisse legatis, sed cum iret, quasi hoc inter coniectu
 ras ponant, q; etiam antequām iret, sciret quid de imperatore actum esset, uel
 etiam rediens si nondum illum crucifixum reliquisset. (Subscribimus) subscrip
 tores dicebantur qui principi accusationis adiungebantur, ut dum illæ sublenia
 tur, hi agerent. Asconius in diuinatione. Dicit igitur filium quasi præcipuum accu
 satorem fuisse, (Quem misi,) quasi propter hoc uelis purgare suspicionem. (Vo
 ce proditione,) Loquens apperuit esse proditionem, non designans proditorem
 indicauit esse patrem. (De hoc utrum) quicquid illi obijciat, certe constat hunc
 ab illo indicatum. (Quam uos) fortassis quam hunc ut respondeat illi dignū
 te non putauit filius, cui diceret caue proditionem. (Non habet) propterea non
 habet, quia filius obijcere noluit. (Si tibi dicam) figurā habet, quoniā aliud intel
 ligit quam quod dicit, id est longe illum absuisse à pietate paterna. (Nunquā
 tam) hoc redarguit præcedentia. (Tam cito iſhi) debebas enim expectare ut lega
 ti publice mitterentur. (Quantum est precium,) quasi huic impietati nullū par

LIBER SEPTIMVS.

precium sit. (Tanti & imperatorem.) Cum interrogatione dicendū, & ab atrocitate facit incredibile. (Gratulabuntur omnes,) hoc est in filium dictum, debet etiam si peteret contra me pati aequo animo repulsam, atq; ita illi gratularentur omnes q; indicium dedisset sive pietatis patiri cedens in petitione, potius quā si per ambitionem esset designatus. (Habet certum) non est hoc membrū respondens aduersariis, propterea addendum estq;, habetq;, & melius fortasse habetq;, sed illud est membrū respondens sicut tamen. Et c. In conjecturalibus autē trita via est sequi locos conjecturarum, ubi non sunt quæstiones iuris. (Semper contrahebat) egregium præceptum est ne uagemur per uniuersales quæstiones, & ex quibus causa non pendet, sed ad particulares & proprias deueniamus. (Et locos munquā,) id est locos cōmunes non affectabat. Qui sunt autem loci cōmunes arbitror intelligetur, si Paulo fusiū explicēmus, dicitur igitur locus primo modo ea nota & ueluti signum, quod animo occurrentis nos comonefacit argumenti, id est in memoriam uelut adducit, unde argumentum peti possit, atq; hoc quidē modo loci dicuntur omnes illi, qui in divisione locorū continentur, puta genus, species, à maiori, à minori, à simili, circunducenti namq; oculos per has ueluti thecas, & receptacula aliquid ipsa in mentem afferunt, quod accommodet ad probandum. Secundo modo dicitur locus id ipsum, quod inuenitur: ueluti uolenti probare q; prudentia sit honesta, hæc nota genus admonet me ut queram genus prudentiæ, quero & inuenio esse uirtutem, id locus est secundo modo, quo pasto dicimus inuenire locos in una quaq; re, cum uero iam ad probationem adaptatur, argumentum dicitur. Dicitur tertio modo locus id, cuius ui alterum cum altero coniungitur, id est id quod efficit ut alterum ex altero inferri uideatur, quemadmodum cum dicimus uirtus honesta est, ergo prudentia honesta est, cuius gratia alterum cum altero coniungitur: nimirum quia quod dicitur de genere, dicitur & de specie, propter hoc & illud firmum est. Hæ autem dicuntur maximæ propositiones, quia tales, in syllogismis quando usurpantur, maximæ sunt. Hæ autem partim non usurpan tur in argumentando, partim usurpantur, que non usurpantur sunt illæ dilectiones: de quocunq; dicitur diffinitio, dicitur & diffinitum, & huius modi aliae, que usurpantur sunt partim ex re naturali, partim morales, partim è media uita sumptuæ que probabilita dicuntur & uerisimilia cuiusmodi sunt: obsequium amicos, ueritas odium parit. qui petit aliquid commodi ex alieno incommodo, credibile est eum eius incommodi autrem fuisse, hæ igitur partim accommodantur ad probandum hoc modo: cui bono est alterius incommodo

DECLAMATIO SENECAE.

fol. lxxvii.

dum, eum id molitum esse credibile est. Clodius ex Milonis detimento ali-
quid boni petebat, igitur eum insidiatum fuisse credibile est, partim ut illarum
probatio maiorem fidem faciat, in illarum maximarum tractationem excor-
rimus illa per se locupletanies: & amplificantes sine consideratione circun-
stantiarum, quae ab illare, uel persona sumuntur, cui tales maxime accommo-
dantur. & hec sic generaliter tractatæ, uel amplificate loci communes dicun-
tur, ut si illud prius tractes: quantum ualeant in animis hominum ad nocen-
dam expectata commoda. Talis enim tractatio in simili materia potest habere
locum, & propterea locus communis dicitur, q[uod] multis causis & argu-
mentis communis sit. uituperat Cicero Verrem / q[uod] cum questor esset confu-
lem suum prodiderit: argumentum est proditio, quæ actus est. si autem re-
fertur ad animi uitium adiacens, quod primo modo dicitur locus, ipsa au-
tem proditio locus est secundo modo, uel argumentum. Maxima autem ex
opinione hominum sumpta est, atq[ue] ipsius rei natura, perfidia & proditio-
ne, nihil esse in hominum uita detestabilius in eo dum immoramus augentes
et amplificantes ea: quam sit execranda res proditio est quam tetra, locum com-
munem tractamus, quemadmodum hec magnam ex se præbent locupletande
orationi materiam, dum commode ad particularia deducuntur, ita oratio, que
tota ex his constat, ociosa prorsus est & uana, orationis enim uis est circum-
stantijs, & proprijs nascitur. hic igitur Latro raro tractabat locos commu-
nes, & si quando non captatos / sed coherentes eosq[ue] leuiter. (Tanquam præto-
rem) qui pro imperio suo cogit litigatores ad statum deuenire, & in eo si-
stere adempta omni causa tergiversationis. (Hoc loco) cum nos hec dicere-
mus. (Apud Romanos) quemadmodum de captis in pugna carenti, apud li. 1

CONTROVERSIA De mutatione

optionis raptore conuincto.

RAPTÀ raptoris, aut mortem, aut indotatas nuptias
optet. rapta producta nuptias optauit. Qui dicebatur
raptor negauit se rapuisse, iudicio vixus vult ducere, il-
la optione petit. **A L B V T I I S Y L I.** Præterq[ue]
quod in omni discrimine periculosa libertas est, me-
runt puella ut taceremus, misericors in nos etiam antequam rogaremus
fuit, inhuma libertas est, si vincimus aduersus iudices. Non oportet
tibi amplius quam semel optare, omnis nimia potentia saluberrime bre-
uitate costringeretur: qui potest condonare, possit semel, qui potest occi-

LIBER SEPTIMVS.

dere, possit semel, aut si qua iteratio recipi potest, in poenitentiam mortis recipienda est. Proponite vobis iam supplici faciem carnificem, sicut tamen hoc semel liceret, nimium est, exorata sum, conde gladium, tratus sum, repeate optionem, & non semel, morti satius est, occide iam non viatorem, sed virum. **P O R T I I L A T R O N I S.** Periculosis est negare raptum quam cōmisisse, in hanc perturbationē adulescens perductus erat, ut ignoraret, quid fecisset, non refugiebat tamē pueri nuptias, fauebat tantum sibi, ut innocens duceret: itaq; nihil aliud petit q; libertatem, ut honestius duceret. Ita apud vos iudices, tutius est peccare quam erubescere. Dignior poena erat, si id peccasset, quod meminisse posset. Exurge adulescens & sine vilo respectu pudoris ad pedes te pueriæ demitte, accedite & vos amici propinquiq; & tu mater & pater, quid te pueria, haec, & quid te horum lachrymæ mouent? Non eo, inquit, ad illum magistratum, non dissimulo, metuo te pueria si nusquam rogas, nisi ubi occidere potes. Grausus punitor nunc, cum me peccasse pudet, quam cum peccauit. Quæ post iniuriam ignoscit, perdit misericordiam. **C A E S T I I P I I.** Vent ad vos vestro beneficio retentus pueriæ beneficium, optauit nuptias, neq; adhuc sciebat, quā verecum dum maritum esset habitura. Vitiatorem dimisiisti, virum occides: alebat iudex, quid habes, quod tam pertinaciter neges? nuptias optat, minus est ergo quod vitiauit, quam quod negauit. **Q. H A T T E R I I.** Non sum, inquit, optatura mortem, sed volo mihi licere & morte optare, quā potestas ista delectat crudelis est. **B L A N D I,** ergo nos iniuriam periculosis negauimus quā fecimus. **I V N I I G A L L I O N I S,** Quadam nocte, quid dicam? iam negare non audeo, non diligenter causa mea acta est, dum nihil timetis, facilius me pueriæ credidistis. Confitendum est vitium nostrum, nos nuptiis fecimus moram. Si ue adhuc esset vitiata siue non esset, visa est indigna matrimonio, quæ hominem posset occidere. Tibi consulebam, ne dicereris vitiatori nupta, si per te licuisset, honestorem maritum habuisses, tu negasti. O hominem impudentem, ita tu iam ante magistratus tribunal, in cōspectu populi, in medio foro clamitasti, ego virginem rapui neminem habere tam obsequētem maritū potes, hic iam nihil negauit. **V A R I I G E M I N I,** Exponam vobis rerum ordinem sic, tanquā ab eo didicērim, qui quid fecerit, nescit. **V I B I I G A L L I I.** Vbi estis qui dī-

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. xxviii.

cebatis, nihil interest tua, confitere, confitere, quia honestius putasti raptori nubere. Sit, inquit, mihi haeres, si quis intra decem menses natus fuerit, nunquam negat. Surge adolescens, dic rapui, vitiaui, incipe scire quod nescis, miraris si tibi non credit: multum est de quo timet.

PARS ALTERA P. ASPRENATIS, Nescio vitro iudicio aduersarius fuerit improbior: priore id agit, ut ipse optet, ex duabus alia lege constat ut supplicis, vitrum velit pendere. Fatetur enim impune se habere maluisse, quam ducere vxorem, vxorem ducere malle quam mori: antea legem vitiationis euertere conatus est, nunc transferre vult, aduocatos rogat, iudices rogat, omnes potius quam vitiatam. Utinam non hoc illum liberaret metu, quod iudices mouit clementia sui: nobis clamibat se innocentem, etiam si quid peccasset mori non recusare. Aderat raptor populus, nec quisquam magis suspectam faciebat vitiatæ causam, quam lenitas optionis. Si tibi iam de stupro tuo liquet, est quædam proxima innocentiae verecundia, præbere se legibus: tu vero me suisti quidem mortem, illa inficiationem: ignorasti an peccasses, innocens esse voluisti, causam haberet, reuertere ad partes puella, quandoq; quidem toties iam rogas, quæ rogari ipsa debueras. LATRO tres fecit quæstiones, an illa optio iusta fuerit, Non fuit, inquit, iusta: non enim constabat te raptorem esse, Nihil resert, inquit, an negauerit, erat enim raptor etiam ita si negabat, & iusta fuit optio. At si iniusta optio fuit reuocari possit, optio, inquit, semel puerilæ datur, immutabilis est, semel emissâ est. Iudex quam tulit de reo tabellam reuocare non potest, quæstor non mutauit pronunciationem suam. Nihil tam ciuile, tam utile est, quam breuem potestatem esse, quæ magna est: si volet & alteram suam optionem reuocare, & deinde tertiam, nunquam constabit quid futurū sit, cum illa quod optauerit, possit sequenti semper optione rescindere. Tertiam fecit quæstionem, an si possit aliquando reuocari optio, nunc debeat. Hæc defensio adolescentis qui negauit se vitiasse. FVSCVS et ordinem mutauit quæstionum & numerum auxit: fecit enim primā quæstionem, an rapta non possit amplius optare quam semel: potest, inquit, lex enim non adiecit quoties optet, sed ex quibus, aut hoc, inquit, aut illud, non adiecit, neq; amplius quam semel. Contra ait, lex subet te alterutrum optare. Tu hodie si mortem optaris, fas

LIBER SEPTIMVS.

clies quod nunquam factum est, utrumq; optaueris, etiam si non licet,
inquit, amplius quam semel & mortem optabis & nuptias. Ego non
dum optavi, optio est enim, quae legitime fit, illa non est facta legitime;
si prætor defuisset, nunquid optionem vocaret? Si rapta defuisset,
raptor non fuit. Non est illa optio, sermo est. An proximo iudicio con-
firmata sit optio, rapta ait, non agebatur apud iudices, utrum debe-
ret rapta esse optio, non iudicatum est rapta esse debere, sed an rapta sit.
Non, inquit, puella, quæsitum est enim, an ego in raptorem sus habe-
rem, iudicatum est habere me, ut debo. Non possum ante legem habe-
re quam raptorem. Novissimam quæstionem fecit æquitatis, an rapta
debeat esse optio. PASSIENVS hanc ultimam partem sic diu-
debat, an si adolescentis malo aduersus puellam animo inficiatus est rap-
tum, ut nuptias effugeret, dignus sit qui iterum fortuna subeat optionis
racusatè, deinde an malo animo fecerit. VARIVS GEMINV
ultimæ quæstioni vel parti, inqua, quid debeat fieri, quæritur, duo hoc
adseriebat quæ per se queri putabat, an si puella pro certo adolescentis
mortem optatura est, non debeat illi permitti optio, tam crudeliter
usuræ sua potestate: deinde, an mortem optatura sit. Quid est, inquit,
quare velis optare nisi quod nuptias non vis? Hoc non tantum pati-
mur, sed rogamus. Color pro adolescenti introductus est à Latrone tas-
sis, ut diceret, se ebrium fuisse, & ignorare quid fecerit, hoc die magis
credere de facto suo quam scire: recusasse autem non ne duceret uxorem,
sed ut sua voluntate duceret, & iudices non audisse sollicitos, faciles fuisse
quisi de nuptiis ageretur. VARIVS GEMINV raptam con-
fessus est, & dixit, nihil tam contrarium esse adolescenti, quam etiam
nisi negare, ne non tantum raptam, sed etiam iudicem offendat. CAE-
TIVS nec Latronem secutus est dicentem, nescisse se hodie q; nesci-
re, nec Varium Geminum confitentem, se non rapuisse apertius nega-
uit. Utrum, inquit, inuenire non poterat iudices, Tertiam sententiam
secutus est. Si rapuit indignum est puellam inuitam raptam esse, si non
rapuit, nonne indignum est fieri illum maritum? SYLO POMPE
IVS dixit adolescentem verecundum natura & rustici pudoris non su-
stnuisse confessionem. Non placebat Latroni color. Minus, inquit,
ignoscere illi si scit se rapuisse, & sciens mentitus est. Contradicebat
Sylo, posse nulli fidem fieri aliquem nescire, an rapuerit. HISPA

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxix.

NVS CORNELIVS. Non subducere illi, inquit, maritum volunt, sed honestiore dare. Digna est, inquit, tam misericors puerilla quam non videatur nupsisse raptoris. **HISPO ROMANVS** ait, illos sodales qui ipsum impulerant circumstetisse & dixisse, Non est haec quam rapuisti, altam mitti, timuit, ne illi quam rapuerat ficeret infuriam.

ARGENTARIUS dixit: vellem mortem optasse, non esset hic raptor iudicatus. Non causa tua illum premit, sed optio. Dum unusquisque iudex dicit, quid habet quod tantopere recusat, putat de capite agi: Et ipse ait, se velle ducere vxorem, sed titulum recusare. Nempe victus ducet vxorem, Non est solicite de eo iudicandum, cui datum gratulandum. **S Y L O** hoc colore usus est. Confusum adolescentem subito, & tanto tumultu patrum sibi constituisse, & negasse, quia perturbatus erat, perseverasse quia negauerat.

C SCHOL. (Rapta raptoris) prius illa optabat nuptias, deinde cum ille raptus negasset, coniunctus est, coepitque nuptias petere, illa uolebat rursum sibi optionem permitti. (Præterquam) ex hoc membro precedentem hoc uidetur detruncatum, nec eum sequentibus continuandum. (Meruit puella) uerecunde enim ego facere uidebar, qui libiprū negabā, qua negatione eius uerecūda cōsulebat, tacēs autē stuprū concedebā, igitur quae tam inuercūda fuit, ut meā negationē uoluerit cōvincere, digna fuit, cui non negare, sed in eius infamia frater. (Si uincimus) hoc etiā abscissum est, uidetur autē uelle, si uincimus aduersus indices, quorū sententia cōniclī sumus. (Cōstrīngetur) uidetur supplēdū, cautū est, aut quid simile. (In penitentiā) ut cū semel morte optarit, licet mutare sententiā. (Proponite uobis) hunc locū sic licet emendare, proponite uobis iam supplicij faciem, carnificem. Si cui tamecum hoc semel liceret, nimis est, quae sequuntur autē uidentur, quasi p̄ profso populi dicta, id est si hoc ita fiat, ut singulis momentis liceat illi optare, nōne uobis in dignū uidebitur? (Nō iam initiatorē) Nūc enim iam tuas nuptias uolo, si uir ideo sum, quā erā initiator. (Quā cōmississe) Vā si tūc cōcessisset, liberatus periculō fuisset cā ducta rapta. (In hac p̄turbationē) Uc colore usurpat, ne indices offendat, si dīcat se falso coniunctū, si ideo in obliuione reuicit. (Quā erubescere) in uerū recipiā causam confert. (Dignior pœna) uana sententia est, qui enim peccati non meminit, uel ut pudeat saltē, is pro nūbilo uideatur habere. (Quid te) melius equid te puerilla haec? ēmis̄ agnitas matrem designat. (Quā post iniuriā) quae postquam fecit iniuriā ignoscit, perdit misericordiā, tu uis liceret tibi in me morte optare si tūc, inquit, ignoscā, at istud est ignoscere postquam feceris iniuriā. (Neq; adhuc)

LIBER SEPTIMVS.

ueritatem melius negationem, q[uod] uerecundiae fuerit, (Non diligenter) hoc colore u[er]e
tur, ut possit tuto negare apud indices, cuius coniunctus est, non enim indices incou-
sat q[uod] se damnauerint, sed causam suam dicit parum diligenter actam, q[uod] puel-
lae misericordiae coconsiderent. (Fecimus moram,) q[uod] non statim cõcessimus. (Sive
adhuc) ineptus color est, tunc enim nondum sciebat, an hominem posset occidi-
re. (O hominem) per fictionem est, dignus erâ qui sic increparer, si tunc con-
cessissem. (Neminem habere) postulabas ne negaret, ecce iam concedit, obsequens
igitur maritus est. (Sit mihi h[ab]eres) uidetur schemate occulte indicare, falsum
esse quod obijciebatur, quasi dicat non recuso quin sit h[ab]eres meus, quia nullus nas-
cetur, uel obijcis fortassis, q[uod] non cum uno rem habuerit, ego tamen quicunq[ue] il-
le sit, qui natus erit, etiam si sit alienus, ego eum suscipiam, ne mecum pugnes.
(De quo timet) non audet tibi relinquere optionem cum timeat ne eligas mortem.
(Alia lege) à lege fortassis, neq[ue] enim alia lex est, qua nunc iudicatur, uel alia
lege, quam quae coniunctus est. (Nunc transferre) à pena mortis, ad nuptias indo-
rata. (Mouet clementia) obiter illi spem facit clementiae, quemadmodum ē iu-
dices mouerit. (Nobis clamabat) hec eo pertinent, merito nunc illi negari mis-
ericordiam, qui prius inficiione suspectam fecerit optionem raptæ, ne uideretur
falso illum detulisse. (Verecundia) cum peccaueris aequo animo supplicium pa-
sti. (Illa inficiacionem) quæ tam misericors in te fuit, merebatur ne tua confessio-
ne traduceretur. (Causam haberet) fortasse supplendum cum malam causam
haberes. (Reuertere ad partes) adhortatio uel patris, uel alicuius propinquii
est, tuere partes tuas, quas antea deseruisti, & persecutre iniuriam tuam, quæ
ante repudiata es. (An illa interrogatio) optio legendum, nam de optione est tri-
plex questio, an iustum fuerit optare illius nuptias, cum nondum constaret es-
se raptorem, & si iniustu[m] fuit, an possit mutari. & si mutari possit aliquando,
an nunc debeat. (Index) inductio est. (Questor,) is qui praest consilio iudicu[m], qui
est questor dicitur. (Breuem) retulit ad tempus, magnam ad uim. (Sed ex qui-
bus) sic haec distinguenda: potest, inquit, lex enim non adiicit quoties, sed ex, qui-
bus, aut hoc, inquit, aut illud, non adiicit, neq[ue] amplius quam semel. (Contra ait,)
id est aduersus hac obiectionem respondetur. (Etiam s[ic] non licet,) id est ultra hoc,
q[uod] non licet. (Quae legitime) cum circumstantijs. (Si raptia defuisse) quemad-
modum si raptia defuisse, non esset raptor, ita ubi raptor non est, contra quem fiat
optio, optio dicenda non est. (An proximo) alia questio est, an iudicio quo uictus
est uideatur optio confirmata. Hic autem locus sic uidetur emendandus, raptia
est, non agebatur apud indices, utrum deberet raptæ esse optio, non indicatum est

DECLAMATIO. SENECAE. Fol. lxxx.

raptæ esse debere sed quod raptæ sit, nam si raptæ diceret q̄ in illo iudicio agebatur de optione, quomodo postea nō iudicaretur de illo sed solum modo an raptæ fuisset. (non inquit) responsio est cōtra aliquā aliam exclusionem raptoris quæ in littera non est, (quæstū eſt) idē enim fuit q̄rere an esset raptor, & an ego tamq̄ in raptorem ius haberem. (uti debo) cū aliquid propter finem efficitur nō obtento fine uti debo illo, (non possum ante) nondum erat ille raptor, quia nondū se confessus erat, nondum igitur legem habebam quæ cōtra raptorem permittitur (ultimæ questioni) sic uidetur emendandum, ultimæ questioni uel parti, in qua quid debeat fieri q̄ritur duo hæc adiiciebat. (hoc nō tantum) i.e. has nuptias quas tu optatura es non solum patimur, sed optamus & rogamus, non igitur est q̄dicas te propter nuptias facere. (crederē) aliorū prædicatione potius q̄ sua scientia, (non audisse sollicitos) indicat conuictū esse, q̄ indices causam non accurate audierint, quoniā puellæ fuerat, cum de nuptijs ageretur. (indices offendat) eorum sententiam improbando (se non rapuisse) melius sed (utrum inquit) an non poterat invenire indices qui corrupti iudicarent pro illa: (tertiam sententiam) ab his duabus præcedentibus. (posse ulli) nulli plane legēdum est. (aliam mitti) sic uidetur emendandum, aliam mitti, timuit, ne illi, quam rapuerat iniuriam faceret. (uellem mortem) quasi indices illum damnauerint, non q̄ raptor esset reuestra, sed scientes nihil esse timendum, cum iam puellæ optionem cognouissent (non causa) non q̄ bonam causam habueris, sed quia nuptias optaris (putet de capite) uel legendum cum interrogatione putat de capice agi uel ne putet. (se nō uelle) detrahendum non, ut dicatur se uelle ducere uxorem, sed non nomine raptoris. (nempe uiclus) qui illud dicit facile adducetur ut uiclus uxorem ducat.

CLVII ANNEI SENECAE ORATORIS ET RHETORIS SENTENTIAE, DIVISIONES, COLORES, SVASORIA- RVM LIBER I.



IN vt cuiuscq̄ rei magnitudinem natura decenterat, dediſſet & modum nihil, infinitū nisi Oceanus; AVITVS. Fertiles in Oceano iacere terras, ultraq; Occionum turſus alia litora, alium nasci orbem, nec vsquam naturam resū definere, sed semper inde, vbi defiſſe videatur, nouam exurgere. Facile ista finguntur, quia Oceanus nūigari non potest. Satis sit haec tenus vīcisse Alexandro, qua mundo lu-

LIBER PRIMVS. 1030

gere satis est, intra has terras cœlum Hercules mœruit. Stat immotum
 mare, & quasi deficentis suo fine naturæ pigra moles, nouæ ac terribiles
 figuræ, magna etiam Oceano portenta, quæ profunda ista vastitas
 nutrit, confusa lux alta caligine & interceptus tenebris dics, ipsum ve-
 ro graue & desixum mare, & aut nulla aut ignota sydera. Ita est Alexan-
 der terræ natura, post omnia Oceanus, post Oceanum nihil. A R G E N-
 T A R I V S. Resiste, orbis te tuus reuocat, vici mus quæ licet, nihil tan-
 tum est quod ego Alexandri periculo petam. P O M P E I V S S Y-
 L O. Venit ille dies Alexander exoptatus, quo tibi opera est adesse,
 idem sunt termini & regni tui, & mundi. O S C V S. Tepus est Ale-
 xandrum cum orbe & cum sole destinare, quod noueram vici, nunc co-
 cupisco quod nescio. Quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexan-
 drum posito genu adorarint Qui tam horridi montes, quorum non
 tuga victor miles calauerit Ultra Liberi patris trophea constitimus,
 non quærimus orbem sed amittimus. Immensum & humanae intenta-
 tum experientiae pelagus, totius orbis vinculum terrarunt quæ custodiā,
 inagitata remissio, vastitas, litora modo saeviente fluctu inquieta, modo
 fugiente deserta, tetra caligo remittet fluctus. Nescio quid humanis na-
 tura subduxit oculis, & terram nox obruit. M V S A. Foeda beluarum
 magnitudo, & immobile profundum testantur Alexander, nihil ultra
 esse quæ vincas, reuertere. A L B V T I V S S Y L V S. Terræ quæcūq;
 suum finem habent, & ipsius mīdi aliquis occasus est, nihil infinitum
 est, modum magnitudini facere debes, cum fortuna non facit, magis
 pectoris est inter secūda moderatio. Eūdem fortuna victorice tuæ, quæ
 natura finem facit. Imperium tutum claudit Oceanus. O quātum ma-
 ginitudo tua rerum quoq; naturam supergressa est, Alexander orbis ma-
 gnus est, Alexandro orbis angustus est, aliquis etiā magnitudini mo-
 dus est. Nō procedit ultra spatia sua cœlum. Maria intra terminos suos
 agitantur. Quicquid ad summum peruenit, incremento non relinquit
 locum. Non magis quicquam ultra Alexandrum nouimus, quām ul-
 tra Oceanum. M A R I L I V S. Maria sequimur, terras cui tradis-
 mus orbem quem non noui, quero, quem vici relinquo. F A B I A
 N V S. Quæ ista toto pelago insula caligo! Navigantem ubi videtur
 admittere, quæ prospicientem quoq; excludit? Non hæc india, nec tea-
 gibilis ferarum ille conuentus, inimanes propone bellatas, aspice quæ

bus procellis fluctibusq; saeuat, quas ad litora vndas agat, tantus ventorum concursus, tanta conuulsi funditus maris insania est: nulla praefens nauigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum, ruidis & imperfecta natura penitus recessit. Ista maria ne illi quidem petierunt, qui sivebant Alexendrum. Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum. Illi qui iam syderum collegerunt metas: & annuas hyemis atque estatis vices, ad certam legem redegerunt, quibus nulla pars ignota munus est, de Oceano tamen dubitant: virum ne terras velut vinculum circumfluat, an in suum colligatus orbem, & in hos, per quos nauigatur sinus, quasi spiramēta quedam magnitudinis exæstuet, ignem post se, cuius augmentum ipse sit, habeat, an spiritum, Quid agitis commilitones regem dominoremque generis humanae magnum Alexandrum eodem demittitis, quod adhuc quid sit disputatur? Memento Alexander, matre in orbe visto adhuc magis quam capto relinquis. D IV I S I O.

Atebat Cestius hoc genus suasoriarum aliter declamādum esse quod sua-
dendum. Non eodem modo in libera ciuitate dicendam esse sententia,
quo apud reges quibus etiā quae prosunt, ita tamē ut delectent, suadē-
da sunt. Et inter reges ipsos esse disciri tenet, quosdam magis aut minus
terum usum habere. Veritatem factū Alexandrum exisse. Quosdam su-
perbissimos, & super mortalis animi virū elatos cernimus. Deniq; ut
alii dimittantur argumenta, ipsa sua foria insolentiam eius coarguit, or-
bis illum suus non capit: itaq; nihil dicendum atebat, nisi cum summa
veneratiōe regis, ne accideret idem quod præceptor ei sus Callistheni ac-
cidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. Nam cum se deū
vellet videti, & vulneratus esset, viso sanguine philosophus mirari se dī-
xerat, quod non esset. Τοις περι της μακάρεως θεού σι.

Ille se ab hac urbanitate lancea vindicauit. Eleganter
in C. Cassii epistola quadam ad M. Ciceronem missa positum, mulū
socabatur de stultitia. Cn. Pompei adolescentis, qui in Hispania contra-
xit exercitum, & ad Mundā acie vicitus est. Deinde ait, nos quidem illū
deridemus, sed timeo ne illo gladio. ἀντιμυκτηρίᾳ In omnib; regibus
hęc urbanitas extimescēda est. Atebat itaq; apud Alexandrū dīcedā esse
sententia, ut multa adulatiōe animus eius pmulceretur. Seruandum tas-
men aliquem modū ne nobis accideret tale aliquid, quale accidit Athe-
niēibus, cum publicae eorum blanditiæ nō tantum deprehensæ, sed &

LIBER PRIMVS.V2

castigate sunt. Nam cum Antonius vellet se Liberū patrem duci, & hoc nomen statui subscrībi, habitu quoq; & comitatu Liberum imitatur, occurrerunt vententi ei Athentenses cū consigib; & liberis, dōlōvō salutauerunt. Bene illis cesserat, si Nasus Africus ibi substituisset, dixerūt despondere ipsos in matrimonium Mineruam Musam suam, & rogasuerunt ut duceret: & Antonius ait ducturum, sed dōtis nomine imperare se illis mille talenta. Tum ex græculis quidam ait, huic quidem impune fuit, sed Athentensi sponsa mille talentis æstimata sunt, quæ cum exigerentur, complures contumeliosi libelli prosponebantur, quidam etiam ipsi Antonio tradebātur, sicut ille qui subscriptus statuē eius fuit, cum & eodem tempore Octauiam uxorem haberet, & Cleopatram, hoc tu evita restituas, tibi habe Bellissimam tamē rem Deilius dixit, quem Messala Coruitus desertorem bellorum ciuium vocat, quia ab Dolabella ad Cassium transituro salutem ei paetus est, si Dolabellam occidisset, & à Cassio deinde transiit ad Antonium. Nouissime ab Antonio transiugit ad Cæsarem: hic est Deilius, cuius epistole lasciue ad Cleopatram feruntur. Cum Athentenses tempus peterent ad pecuniam conferendam nec exorarent, Deilius ait, & tamen dicio illos tibi anni biennijs, trienj; diem debere. Longius me fabularum dulcedo produxit. Itaq; ad propositū reuertar. Atebat Cæstius magnis cum laudibus Alexandri hanc suasoriā esse dicendam, quam sic diuisit, ut primum diceret, etiam si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse, satis gloriæ quaestum, regenda esse & disponenda, quæ in transitu viciasset. Consulendum militi potius orbis victorijs lasso, de matre illi cogitandum, & alias causas cōplureis subiecit. Denuo de illam quæstionem subiecit, ne nauigari quidem Oceanum posse. FABIANVS philosophus primam fecit quæstionem eandē, etiā si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse. At rationem aliam primā fecit, modum imponendum esse rebus secundis, hic dixit sententiam. Illa demum magna est felicitas, quæ arbitrio suo consistit. Dixit deinde locum de varietate fortunæ, & cū descripsisset nihil stabile esse, omnia fluitare, & incertis motibus modo atollī, modo deprimit, absorberi terras, & maria siccari, montes subsidere, deinde exempla rerū ē fastigio suo devolutatum, adiecit: Sine potius rerum naturam quam fortunam tuam deficere. Secundam quoq; quæstionem alter tractauit.

Divisit enim illam sic, ut primum negaret villas in Oceano, aut trans Oceanum esse terras habitabiles. deinde si essent, perueniri tamen ad illas non posse. Hic difficultatem ignoti matis, naturā non patientem navigationis, nouissime ut possit perueniri, tanti tamē non esse. Hic dixit incerta peti, certa deserti, desituras gentes, si Alexandrum naturae terminos supergressum notuisset. Hic matrem memorauit, de qua dixit, quomodo illa trepidauit, etiam quod Granicum transiiturus esset.

L Y C O N I S celebris sententia est.

Hoc omnes imitari voluerunt. **P L V T I O N** dixit.

A R T E M O N dixit.

A P A T V R I V S dixit.

Sic Cæstius descripsit, fremit Oceanus quasi indigneatur, quod terras relinquas. Corruptissimā rem omnī, quae vñquā dictæ sunt, ex quo homines disertis insanire cōpérunt, putabant **D O R I O N I S**. Esse in Metaphrasi dictum Homeri, Tum excaecatus Cyclops saxum in mare reiecit. Hæc quomodo ex corruptis eo peruerint, ut & magna, nec tamē sana sint, aiebat **M E C O E N A S**, apud Vergilium intelligi posse Tumidum est. Vergilius quidem ait, Razpit haud partem exigua montis, ita magnitudini se dat: sed ut non impudenter discedat à fide, est instatū. Vergilius ait, quod de navibus credas innare reuulsas Cycladas, quod nō dicit hoc fieri, sed videri, ppitis autibus videtur, quāvis incredibile est quod excusatur ante quā dicitur. Al, accisum. Multo corruptionē sententiā Ministrati cuiuscā declamatoris, non abiecit suis temporibus natus sum in hac ipsa sua sortia, cū describeret belvatur in Oceano nascentiū magnitudinem. Efficit hæc sententia ut ignoramus et, qui dixit ipsa charybdī & Scylla matus portentū, Charybdī ipsius maris naufragiū videri, & ne in mare semel insaniret, quid ibi potest esse saluū, vbi ipsum mare perit? **D A M A S E T I C V S** induxit matrē loquentē, cū describeret assidue prioribus periculis noua superuenisse. **B A R B A R V S** dixit, cum introductisset excusantē se exercitum Macedonū hunc sensum. **F V S G V S A R E L L I V S** dixit, Testor ante orbē tibi tuum deesse, quā militē. **L A T R O** sedens hanc dixit, nō excusat militē, sed dixit, Dū sequor, quis mihi promittit hostem, quis terrā, quis diem, quis mare? Da vbi castra ponā, vbi signa ponā, Reliqui parētes, reliqui liberos, cōmeatum peto, nūquid immature

LIBER PRIMVS.

ab Oceano! L A T I N I declamatores in Oceanis descriptione non minus vigerunt, nam aut nimis descripserunt, aut curiose. Nemo illorum potuit tanto spiritu dicere, quanto Pædo, qui nauigante Germanico dixit.

Iampridem post terga diem solemq; relatum.
Iampridem notis extores finibus orbis,
Per non concessas audaces ire tenebras,
Hesperi metas, extremaque littora mundi.
Nunc illum pigrits immania monstra sub vndis:
Qui ferat Oceanum, qui saevas vndiq; Pistris.
Aequoreosq; canes ratibus consurgere pansi.
Accumulat fragor ipse metus, tam sydere limo
Nautgia & rapido desertam flamine classem,
Seq; feris credunt per inertia fata marinis
Tam non felici laniandos sorte relinqu.
Atq; aliquis prora se dat sublimis ab alta,
Aera pugnaci luctatus rumpere nisu.
Vt nihil erepto valuit dignoscere mundo,
Obstruto taleis effundit pestore voces.
Quo ferimur fruunt ipse dies, orbemq; relictum
Ultima perpetuis claudit natura tenebris,
A' n ne alio positas ultra sub cardine gentes,
Atq; altum libris intactum querimus orbem?
Dir euocant, rerumq; vetant cognoscere finem
Mortaleis oculos, aliena quid æquora remis
Et sacras violamus aquas, diuumq; quietas
Turbamus sedes?

Ex Græcis declamatoribus nulli melius hæc suasoria processit, quam Glycon. Sed non minus multa magnifice dixit quam corrupte,
Vt iusq; vobis faciam potestatem. Et volebam vos experiri non ad-
sistendo iudicium meum, nec separando a corruptis sana: potuisset
etenim fieri, vt vos illa magis laudaretis, qnae insunt, & nihil
minus potest fieri, quamvis distinxerint. Illa balle dixit, sed fecit
For, qno ad eradi:
quod solebat, vt sententiam adiectione supercuacula quoad turmide
perderet. Adiecit enim illud, quosdam judices dubios sui habet,
dum.

ego non dubito contra sententiam ferre.

CFinis primæ suasoriz.

SCHOOL. Hoc thema ex historia sumptum est, cum enim ad ultimum orientem peruenisset Alexander flumiteibus nauigans in Oceanum descendit, paruamq; iuxta insulam, ibiq; peractis sacrificijs, cum maria & litoris naturam esset contemplatus, precatus dicitur, ne cui suæ terminos expeditionis superare daretur in posterum. (Si ut cuiusq;) sibi pro si non debet sumi, ut sensus constet, qui talis est. Si propter magnitudinem aliquid esset dicendum infinitum, ac non rebus quantumlibet magnis natura prescriptissimum modum, ex ipsa magnitudine infinitum quiddam poterat Oceanus existimari: & est ratio ad dehortandum à difficulti, & erit status coniecluræ non posse fieri: (Fertiles in Oceano) refutatio est contra differentem de pluralitate mundorum, fleuisse enim dicitur Alexander, cum ea de re philosophum disputantem audisset. (Satis sit) iam defessus mundus infortunij bellorum lugere amplius non potest, Sit igitur illi satis ad uincendum quod sat est iam orbi ad lugendum. (Intra has) ab exemplo quod potissimum conuenit deliberatiui. (Stat immotum) à difficulti. (Ita est Alexander) per gradationem crescit oratio. (Resiste) hic statum facit utilitatis quod est parata conseruanda sint, & consulendum ipsi etiam Alexandro. (Venit ille dies) Docet etiam præclarum esse iam desinere, nec oportere progredi, & ita mouet etiam statum decori & honesti: (Quod noueram) avtis et ov. (Sed amittimus) finitionem mouet (Immensum) hic supplendum est, aut petimus, aut ingredimur, appellat autem uinculum & eußodium quod intra se orbem continere & colligare uideatur. (Litora) intelligit de æstu Oceanii: (terra quoq;) ab honesto etiam hic arguit, satis esse splendidum, cum orbis fine finem uictoria rum fecisse. (Modum magnitudini) etiam si fortuna te uideatur proueclura ulterius, magni tamen animi est sibi ipsi in rerum successu temper. re. (Aliquis) initium est inductionis à rebus similibus. (Maria sequimur) σύγκρισις, i. cōpā ratio ex contrarijs. (Quæ ista toto) hæc tractatio ab utili est ē tuto, quod apud Alexandrum non magni momenti uidebatur futurum, (nauigantem) à minori. (Sacru) in accessum nō tetandū. (Velut uinculu) an aliquid sit, quod extremas terræ oras ambiat ad humectandū terræ siccitatē, an ē suū ipse habeat orbem, ex quo maria hæc mediterranea emittātur. (Cuius augmentū) à quo ignis augeatur. i. nutritur epoto būore (Quid agitis) à ποσφοφήim habet (In orbe cielō) in quo adhuc periculū timēdū sit. (aliter declinadū) quoniam in declinatione nihil

LIBER PRIMVS.

periculi timebatur, nec erat cuius offensione uereremur. (quod nō esset) haud du-
bitum hoc loco id hæmisticium esse reponendū, quod est apud Homerū Iliados
et cum fabulatur uenerem a Diomede uulnus in manu accepisse, ex quo fluxerit nō
sanguis, ut solet mortalibus sed sanies quādām quā ille ἥχως appellat. qualis ut
ille inquit dijs immortalibus effluit. neq; enim eisdem cibis pascuntur aut vinum
bibunt, inde sit ut sine sanguine sint, quos ille & vauiovas nocat, & immortales
dicantur, sunt autem uersus huius modi.

ἥχως δ' αὐλοποτον ἀμαρτιανον.

ἥχως, οἶος τερπτε ἔει μετάργεστη θεῖστι.

Optime igitur uidetur quadrare cum ille dicat, se mirari quod non esset, ut pro-
tinus subiugatur, qualis fluit dijs immortalibus cum Alexander Louis filium se
credi uileat, id autem Plutarchus refert non à philosopho dictum, sed ab ipso Ale-
xandro, idq; refert ad eius modestiam & ciuitatem, cum aliquando sagitta per-
cussus grauiter angeretur hoc, inquit, amici quod fluit, sanguis est & non ἥχως,
qualis fluit dijs immortalibus, mirum autē non est q; uarie a uarijs referatur.
(ille se ab hac) non est intelligendum q; Callisthenes lancea confoderit, nam is Cly-
tus fuit, quem ille in coniuicio occidit, sed ab uno factō trāstulit ad omnia, incusso
enim terrore reliquos auertit a familiaritate iocorum, cum Clytum lancea con-
fussum uidere. Callisthenes autē in uinculis pedore & tabe cōfectus interiit, quod
igitur semel contigit in uniuersum protulit, quem admodum si quia semel Cato
inebriatus est, dicas sed ille curas uino leniebat. benc ergo lācea se uidicabat q; illa
lācea reliq; terrorē incusit, ne cū illo postea libere iocaretur, (αὐτιμυκτηρία)
i.contra nos irrideat, hoc autem est. li.xv.epist. epist. antepenultima. Scribebat
enim ad Ciceronem de Gn. Pompeij filio qui tunc bellum gerebat in Hispania
contra Cæarem, dicebat se illum timere ne si uictor esset multo crudelior q; Cæ-
sar esset futurus, & se malle ueterem dominum, q; nouum & crudelem experi-
ri. Scis Gnæus, inquit, q; sit fatuus scis quomodo crudelitatē uirtutem putet. Scis
q; se à nobis semper derisum putet, uereor ne nos rustice gladio uelit αὐτιμυκτη-
ρία. ne hos nostros iocos morte mulcet. (seruandum tamen) etiam in ipsa
adulatione modus adhibendus, ne deprehensa pro contumelia habeatur. quemad
modum male cessit Atheniensibus cum Antonio. (Si nasus Atticus) si dicacitas
Attica. (Cum & codem) de hac diuersatione Anthoni apud Athenienses me-
minit Plutarchus & Apianus, sed nihil de his facetijis. & propterea hic locus
restitui non potest. (Deilius ait) hunc etiam locum corruptum esse uel id indi-
cat q; exemplaria uariat, in exemplari quodam uetusiore emendatius uidetur le-

gi non annum biennij, & triennij diem, sed anni biennij triennij diem, hic autem sensus elici posse uidetur. dies usitatum uerbum est iurisperitis, pro tempore in pertenda prorogatione uel dilatione, ut cū accusator diem impetrare dicebatur ad inquirendum crimina in reum, & hoc pæclo dicimus diem unius mensis uel anni: atq; eodem pæclo si libeat biennij & triennij, ita cum Cicero centum decem dies ad inquirendum in Verrem postulasset, dixit in.ij.in uer. diem in Siciliam inquirendi per exiguam postulauisse. & alium in Achaiam biduo breuiore, itaq; talis dies recte dies dicitur unius anni uel biennij uel triennij, aliter dicitur dies unius anni quilibet dies, ex quo cum alijs unus annus fūt multi conficiuntur, sicut igitur lepos in ambiguitate, cum illi peterent prorogationem, usus est legitimo uerbo dilationis, dices illos iā sibi debere totū illud tēpus quo nō soluissent fūt uerum dixit, nam si uel unum diem retinuissent, anni & biennij & triennij diem uidebantur retinere. (Gramicus) quo traiclo primum cum pæfēclis Dary de pugnauit Alexander Plu. in eius uita. (corruptissimam rem) notat obiter Sene ca eorū corruptum eloquentiae genus, qui affectantes magnitudinem rerum fūt amplificationem uel acumen, res supra naturam efferebant, non magnas efficienes sed incredibiles, quasi uero eloquentiae sit mentiri: aut id dicere quod animus nō capiat, neq; enim credibile est Oceanum tremere, q; indignetur Alexandrum terras relinquare sed deceptus est falsa specie eloquentiae, dum ita se putat rē misericorde extollere, id autem uidetur uelle indicare exemplis poetarum, ex quorum stulta imitatione hoc uitium fluxit, non q; illis uitio dandum sit, quantum ego arbitror, qui non petunt sibi haberi fidem, sed res solūmodo admirabilea faciūt, sed q; facilius his exemplis res possit intelligi, quemadmodum si eum locū Homerī metaphorasi i.paulum diuersa interpretatione uertas. quo Ciclopa describit, tunc executus Ciclops saxum in mare reiecit. & cum eo eius uersu conferas quo dicit illum avulsum magni montis uerticem in mare misisse, uersus autem hic est, ἡκεδοπτέρης χορυφή δρεός μεγάλοιο, quanto enim hoc magis uidetur supra fidem quam illud: quod tametsi poetis condonetur oratori certe permittendum non est, licet tamen ea sic efferre ne à sanitate discedant, atq; ita magna efficere, ut uerecunda sint, quemadmodum dicebat Moecenas apud Vergiliū licere intueri, si aliae eius loca cum alijs conferas, quædam enim sunt etiam in soluta oratione tolerabila, quædam que non nisi poetica licentia excusentur, quod enim de Turno dicit in duodecimo, inflatus estimo uero supra fidem, cum dicit saxum manu arreptū toruisse in Aeneam, quod uix potuissent duodecim fer



LIBER PRIMVS.

re lecli uiri, locus notus est, at uero illo loco .x.li non impudenter discessit à si-
de ubi inquit, Fert ingens toto connixus e corpore saxum.

Haud partem exiguum montis Lyrcius Agmon.

Nam & uerecunde dixit haud partem exiguum, & adiecit connixus toto cor-
pore non manu, quemadmodum de Turno, & quod.vii, li. inquit modestū est
credas innare reuulsas cycladas.

Neq; enim dicit fieri sed uideri, ac propter ea propitijs auribus accipitur, quod
uero de clamore Cyclopis in tertio dixit multo elatius est.

Clamorem immensum tollie, quo pontus & omnes

Intremuere undæ, penitusq; exterrita tellus

Italiæ, curuisq; immungit Aetna cauernis

Neq; enim hic aliiquid adiecit quo defenseretur sed plane fidem egressus est.
Hic sensus mili uidetur elici posse ex loco tam depravato & mutilo qui for-
tasse non admodum a uero discrepat, si quis recle consideret, literam autem ip-
sam immutare nolui (Quod excusatur) eo ipso quod dixit credas (Hæc sen-
tentia) huius ministrati, que non extat, (Charibdin ipsius maris) ipsum ma-
re uidetur ibi naufragium facere, dum absorbetur, insanissimum hoc est, cum
a parre facit absorberi id quod est totum. (Ipsum mare perit) quasi uero illud
sit perire. (Ab Oceano) post Oceanum, uel ab hoc loco, non igitur immatu-
re nec ante tempus. (Germanico) Caligula pater fuit, adoptatus a Tyberio
Augusti iussu de quo longam facit mentionem Suetonius in vita Caligulae.
(Iam pridem) describitur nauigatio Oceani septentrionalis, in qua magna
necessitate fiat declinatio a' solis circulo, hi autem ueru sive decerpti sunt, ut
ex his continens sententia elici non possit, alioqui frustra laborabit qui uelit
continuare. (Hesperij metas) quibus terminatur imperium occiduum, nam
& Gallia & Germania occidentales dicuntur. (Pisces) Pristes legendum,
sunt autem monstra in Oceano Indico ducentum cubitorum, que pilo tegi-
tur, Plinius libro nono, a quibus nomina sunt nauibus indita ut apud Vergio-
lium, uelocem Mnesterus agit acri remige prislin.

(Aequoreosq; canes) nam tot fere species animantium in mari, quod in terra.
(Sidere limo) obliquo & transuerso, multum namq; obliquatur sol Septen-
trionem uersus tendentibus, ego limis per flabellum inquit Terentius .i. trans-
uersis, (Per inertia fata) ingloria & ignobilia, ut qui in aquis morerentur,
(Erepto) caligine & tenebris occultato (Quoad timide) uidetur quoad eradēdū.

Initium secundæ suasoriarum.

TRECENTI Lacones contra Xerxen missi, cum Troezent
ex omni Græcia missi fugissent, deliberant an & ipsi fugiant.
A R E L L I I F V S C I P A T R I S. At puto ruditis lecta
ætas & animus, quæ frangeretur metu insueto, armisq; non passua
ræ manus, hebetataq; senio, aut vulneribus corpora, quid dicam
potissimos Græcie? An Lacedæmonios, an Eleos, an repetam tot
acies patrum, tot excidia urbium, tot victarum gentium spolia?
Et nunc proh dolor concidunt, si remeabimus, templo. Pudet cons
siliis nostri, pudet etiam si non fugimus deliberasse talia. At cum
tot millibus Xerxes venit, o Lacedæmonii si aduersus Barbaros,
non reuermiri opera vestra, non auos, non patres, quorum nos
exemplum moueat? Ab infantia surgit ingenium, pudet Lacedæ
monios sic adhortari: scilicet tuti sumus, licet totum classe orien
tem trahat, licet metuentibus explicit iuatilem numerum. Hoc ma
re quod tantum ex vasto patet, urgetur in minimum, insidiosis ex
cipitur angustis, vixq; minimo aditus nauigio est, & huius quoq;
remigium arcet inquietatione quod circumfluit mare, fallacia cur
sus, vada altioribus stagnis internata, aspera scopulis & cæca, quæ
nauigantium vota decipiunt. Pudet, inquam, Lacedæmonios & ar
matos querere, quemadmodum tuli sunt. Non referam Persarum
spolia, certe super spolia nudus cadam. Scit & alios nos habere Tro
ezenos, qui sic non fugiant, & sic cadant. Hunc sumite animum, Ne
scio an vincere possimus, vincit non possumus. Hæc non utiq; per
turis refero, sed si cadendum est, erratis, si metuendam creditis mor
tem. Nulli natura in eternum spiritum dedit, statutaq; nascentibus in
finem vitæ dies est. Imbecilla enim nos materia deus ortus est, quip
pe minimis succidunt corpora, indenuntiata sorte rapinut, sub eo
dem pueritia fati est, eadem iueneris causa cadit, optamus quoq; pleriq;
mortem, adeo in securam quietem recessis est. At gloriæ nullus finis
est, proximicq; deo. Sic ages ea satagit, fœminis quoq; frequës hinc in
mortem pro gloria iter est, quid Lycurgum? quid interbitos somp

LIBER PRIMVS.

ni poculo, quos memoria sacrauit referam? uel unum Otroyaden
Mescitem, annumerare trecentis exemplo possum. TR I ARII.
Non pudet Laconas nec pugna quidem hostium, sed fabula vincit.
Magnum & aluminum virtutis nasci Laconem, ad certam victoriam
omnes remansissent, ad certam mortem tantum Lacones, non est
sic Sparta lapidibus circumdata. Ibi muros habet, ubi muros non ha-
bet. Melius reuocabimus Trozenos quam sequemur. Sed montes
perforat, maria contegit. Nunquam solido stetit superba felicitas, &
ingentium imperiorum magna fastigia oblitione fragilitatis huma-
næ collapsa sunt. Scias licet ad finem peruenisse, quæ ad inuidiam per-
ducta sunt. Maris terræq; rerum natura statione mutauit sua, moria-
muri trecenti, ut hic primum inuenierit, quod mutare non possit.
Tandem armens placitum consilium erat, cur non potius in turba
fugimus. PORTII LATRONIS. In hoc, scilicet, morati su-
mus, ut agmen fugientium cogeremus, furori terga vertitis. Scias
mus saltem quis sit iste, quem fugimus, vicit. At victoria dedecus elui
potest. Ut omnia fortiter fiant, feliciter cadant, multum tamen no-
mini nostro detractum est iam Lacones, quod, an fugeremus, deli-
berauimus. Ut enim non moriamur, quantum ad me quidem pertie-
net, post hanc liberationem nihil aliud timeo, quam ne reuertamur.
Arma nobis fabulae excutunt! Nunc nunc pugnemus. Latuisset vi-
tus inter Trozenos, cæteri quidem fugerunt. Si me quidem interrogá-
tis quid sentiam, ego in nostrum &, in Græcia patrocinium loquar,
electi sumus, non relisi. HALI SABINI. Turpe est cuilibet vi-
to fugisse, Laconi etiam deliberasse. MARILLI. In hoc restitus
mus, ne in turba fugientium lateremus, habent quemadmodum se
excusent Trozeni Græcia, munitas Thermopylas satis putauimus,
cum relinqueremus illic Lacones. CAESTIPII. Quam tut-
pe fugere iudicabis Laconas, tamidu non fugiendo. Omnisbus sua
decora sunt. Athenæ eloquentia inclytæ sunt, Thebæ sacræ, Sparta ar-
mis. Ideo hanc Eurotas annis circūstuit, qui pueritiā indurat ad future
militiæ patientiā: ideo Taygeti mōris difficultanis Laconibus iuga, ideo
Herculē gloriatur operib⁹ coelū meritū, ideo muri nō arma sunt. O
graue maiorum virtutis decēd⁹, Laconas se numerāt, nō estimāt. Videamus

quānsa turba sit, ut habeat certe Sparta, etiam si non fortis milites, at nuntios veros, ita non bello quidē, sed nuntio vincimur. Merito Herules omnia cōtempst, quem Lacones audire non sustinent. Si vincere Xerxem non licet, videre liceat. Volo scire quem fugiam. Adhuc non sum ex vila parte Atheniēsum similis, non muris, nec educatione, nihil prius illorū imitabor q̄ fugam? P O M P E II S Y L O N I S Xerxes multos secum adducit, Thermopyle paucos recipiūt, erimus inter hostes fugacissimi, inter fugaces tardissimi: nihil refert, quantas gētes in nostrum orbem ortens effuderit, quantumq; nationum secum Xerxes trahat, tot ad nos pertinent, quod locus ceperit, CORNELII HISPANI, Pro Sparta venimus, p Græcia stemus, vincamus hostes, locatos iam vicimus: sciat iste insolens Barbarus, nihil esse difficultius q̄ Laconis armati latus fodere. Ego vero quod Trozeni discesserunt gaudeo, liberas nobis teli quere Thermopylas. Nil erit qd virtuti nos stræ se opponat, quod inserat, nō latebit in turba Laco, quoctūq; Xerxes aspexerit, Spartanum videbit. B L A N D I Referā præcepta maxima, aut in his, aut cum his: Minus turpe est à bello inermem reuerti, quam in armatum fugere. Referam captiuorum verba: captus Laco, occide, inquit, non seruo, nō potui capi, si fugere voluisse. Describite terræ Persicos, omnia ista cum mitteremur, audiuitus. Videat trecentos Xerxes, & sciat, quanti bellum estimandū sit, quando aptus numeratio locus. Reuertamus ne nuntiis quidem nisi nouissimi. Quis fugerit nescio. Vos mihi Sparta cōmilitones dedit. DESCRIPTIO THERMOPYLARVM. Nunc me delectat, quod fugerunt Trozeni, angustas mihi Thermopylas fecerāt. C O N T R A C O R N E L I I SPARTINII. At ego maximum dedecus futurum Reipub, nostræ arbitror, si Xerxes nihil prius in Græcia vicerit quam Laconas, ac For, teste quidem virtutis nostræ habere possimus. id de nobis creditur, quod hostes narrauerint. Habetis cōsilium meum, id est autem meum quod totius Græciae, si quis aliud suadet, non fortis vos esse, sed gaudent perditos. C L A V D I I M A R C E L L I. Nō vincēt nos, sed obruent. Satisfecimus nomini, multum rei gessimus, ante nos serū natura ista est. D I V I S I O. Hucus suasoriæ feci mentionem, nō quia in ea subtilitatis erat aliquid quod vos excitare posset, sed ut sciretis quā attitude Fuscus dixisset, vel quām licenter ipse sententiam feram. Vestris

LIBER PRIMVS.

arbitris erit, vtrū explicatiōes eius luxuriosas putētis, an vt poëta Pollio
Asinus aiebat, hoc non esse suadere, sed inuidere, ne volo nihil fuisse, &
Qui ueniens te amo, tanquā has explicatiōes Fuscī, quas nemo nostrū non
petamio alius alta inclinatione vocis, velut sua quisq; modulatione cantabat. At
quia semel in mentionē incidi Fuscī, ex omnibus suasorit̄ celebres de
scriptiunculas subtexam, etiam si nihil occurrit, quod quisquā alius
nisi suasor dixerit. Diuīstione autem hac suasoria Fuscus v̄sus est illa vul-
Dinizio. gari, vt diceret non esse honestum fugere, etiam si tutum esset, deinde
seque periculōsum esse fugere, & pugnare: nouissime periculōsum esse
fugere, pugnantibus hostes timendos, fugientibus & hostes & suos.
Cæstius primam partem sic transegit, quasi nemo dubitaret, an turpe
esset fugere, de illo transit, an non esset necesse. Hæc sunt, inquit, quæ
vos confundunt, hostes, sociorum paucitas. Nō quidem hæc suasoriæ,
Sed in hac materia, disertissima illa fertur sententia Dotionis, cum pos-
suisset hoc dixisse treccētis Leontidam, quod puto etiam apud Herodo-
tum esse. Sabinus Asydius venustissimus inter rhetores scurr̄, cū hanec
sententiam Leontidæ retulisset ait, ego illi ad prandium promissem, ad
coenam renuntiassem. Attalus Stoicus, qui solum vertit à Seiano circu-
scriptus, magnæ vir eloquentiæ, ex philosophis, quos nostra etas vis-
dit longe & subtilissimus & facundissimus, cum tam magna & nobilit̄
sententia certauit, vt mihi dixisse videatur animosius quā prior. Occur-
rit mihi sensus in huiusmodi materia, à Cornelio Senecto dictus, tanquā
de Romanis, nescio an parum fortiter. Edicta in posterū diem pugna-
epulantis milites inducit, & ait, Stratiḡ per herbā Hic meus est dixe-
re dies. Elegantissime quidem affectum animorum incerta sorte pen-
deuntium expressit, sed parum Romani animi seruata est magnitudo.
Coenant enim tanq; crastinum desperat. Quantus illis Laconibus ani-
mus erat, his qui non poterant dicere hic dies est meus. Illud Porcel-
lus grammaticus arguebat in hoc versu quasi solœcismum, quod cum
complures induxisset, diceret, hic meus est dies, non dies hic est noster:
& in sententia optima accusabat id quod erat optimum: muta enim vt
noster sit peribit omnis versus elegantia, in quo hoc est decetissimum,
quod ex causa sermo trahit: nā quasi pueril loco ait hic dies me⁹ est,
& cū ad sensum retuleris, ne Grāmaticorū quidē calūnia ab omnibus
magnis ingenii submouēda, habebit locū. Dixerunt enim nō oēs si

mul tanquā in chorū manu ducēte Grammatico, sed singuli ex his, hic
 meus est dies. Sed vt reuerter ad Leonidā & trecētos, pulcherria illa fer-
 tur Glyconis sentētia. In hac ipsa suaforia nō sane refero memoria vllā
 sententia Græci culusquā Damæ. De positione loci elegāter dixit Atce-
 tius, cū angustias loci facūdissime descripsisset, natūrā trecētis locus. Ce-
 stius cū descripsisset honores quos habituri essent, si p patria cecidis-
 sent, adiecit. Per sepulchra nostra turabif. Nicetas lōge disertus hāc phā-
 tasīa mouit, & adiecit, nisi antiquior fuisset Xerxes quā Demosthenes
 Ciptoy, cui dicere hāc suā dixit sentētia, aut certe nō deprehēsam, cum
 descripsisset oportunitatē loci, & tutā vndiq; pugnantū latera, & angu-
 stias à tergo positas, sed aduersas hostib; Potamo magnus fuit Mity-
 lens, q codē tēpore uiguit, quo Lesbocles magni nominis & nō min-
 respōdētis ingenti, in quibus quāta fuerit animorū diuersitas in simili
 fortuna, puto vobis ind: candū, multo magis, quia ad vitā pertinet, quā
 si ad eloquentiā pertineret. Vtriq; filius iisdem diebus decessit. Lesbo-
 cles scholā soluit, nemo vñquā ampliore animo se gessit. Potamou à su-
 nere filii cōculit se in scholā, & declamauit. Virtusq; tamē affectū tempe-
 randū puto, hic durius tulit fortunā quā patrē decebat, ille mollitus. Ve-
 rum Potamō cū suaforia de trecentis diceret, tractabat quā turpiter fe-
 cissent Lacones, hoc ipsum quod deliberassent de fuga, & sic nonissime
 clausit: Insanterū in hac suaforia multi circa Otroyadē. Murthedius q
 dixit, fugerūt Athenienses, nō enim Otroyadæ nūlīas didicerat. SAR-
 CONIVS dixit, Otroyades perīit vt falleret, reuixit vt viceret. LICI-
 NIVS NEPOS. Cū exēplovobis etiā mortuis vñcēdū fuit. ANTO-
 NIVS ATTICVS inter plures sentētias videf palmā meruisse, dixit
 enim: Otroyades, penē à sepulchro vñctor digitis vulnera gessit, vt tro-
 phea Laconi inscriberet, & deo dignū in Ipartano sacramētov/rū, cuiq;
 ne literæ quidē fuere sine sanguine. GATIVS CRISPVS. Municipalis
 Gatozeos dixit post relatū exēplū Otroyade dicebat, mūicipalē altud
 ceteros, altud Laconas decebat, nos sine delittis educamur, sine muris vñ-
 m, sine vita vñctim. SE NETIO fuit cuiq; nōmē ad vos potuit puenisse
 ingeni cōfusi ac turbulēti, q cupiebat grādia dicere, adeo vt nouissime
 hui⁹ rei morbo & teneret & ridere, nā & seruos nolebat habere, nisi grā-
 des, & argētea vasa nō nisi grādia. Credatis mihi velim nō tocāti, eo que-
 nit insanias ei⁹, vt calceos q; maiores sumeret, sic⁹ nō esset nūlīas.

LIBER PRIMVS.

Concubinā ingentis staturae habebat, omnia grandia probabat, et in possum est velut Messala ait cognomentum, & vocari coepit Senetio Grandio. Is in hac sua sortia cum posuissest contradictionem, ait, omnes qui missi erant à Græcia, fugerunt, sublatis manibus, insistens summis digitis (sic enim solebat quo grandior fieret) exclamat, gaudet, gaudeo: mirantibus nobis quid tantum boni illi contigisset, adicxit. Totus Xerxes meus erit. Idē dixit, iste qui classibus suis maria surripuit, qui terras circūscrispsit, dilatauit profundum, inquam terum naturæ faciem importat. Ponat sane contra cœlum castra, commilitones habeo deos. SENIANVS multo potius dixit, Terras armis possidet, cœlum sagittis, maria vngulis, Lacones nisi succurratis, invidus captus est. Descentissimi generis stultam sententiam referā VICTORIS STATORI I municipis metu, cuius fabulis memoria dignissimis aliquis sua sortia occasione contradictionem sumpsit. At, inquit, trecenti sumus, & ita respōdet, trecēti, sed viri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas. Nunquam vidi plures trecētos. LATRO in hac sua sortia cum tractasset omnia quæ materia capiebat, posse ipsos & vincere, posse certe victos reuerti & beneficio loci, tum illam sententiam, si nihil aliud, erimus certe bellī mora. Postea memini auditorem Latronis ABRO-
N.V M S Y L O N E M patrem huius Sylonis qui Pātomimis fabulas scripsit, & Ingenuum grande non tantum deseruit, sed posuit, recitare carinē, in quo agnouimus sensum Latronis in his versibus. Ite agite o Danaï magnum Pæana canētes. Ite triumphates bellī mora concidit Hector. Tam diligentes tum auditores erant, ne dicam tam malis. For, unū gni, ut viuis verba surripi nō possent. At inīc cuilibet orationes inuer-
uerbum tere tuto licet pro suis. Sed vt sciat sensum bene dictū dici tamē posse
surripi melius, notate præ cæteris quāto decētius Vergilius dixerit quod val
non pos- de erat celebre, bellī mora concidit Hector. Quicquid apud duræ cessa
set. tū est mœnia Trojæ, Hectoris Aeneæ q̄ manu victoria Graium Hæsit.
MESSALA atebat hic Vergiliū debuisse destinere, quod sequit, &
in decimū vestigia retulit annū, exemplētū esse. MECOENAS hoc
etiam priori cōparabat. Sed vt ad Thermopylas reuertar, DIOCLES
CARISTIVS dixit. APATRIVS dixit. CORVO testimonium su
poris reddendum est qui dixit. Quid si tam Xerxes ad nos suo uārt
nauigat, fugiamus antequā nobis terra surripiatur: hic est Corvus, qui

cum tentaret scholam Romæ sumo illi, qui Iudeos subegerat, declamauit contiouersiam, de ea quæ apud matronas disserbat, liberos nō esse tollendos, & ob hoc acusatur, Respub. læsæ. In hac contiouersia sententia eius hec ridebatur, inter pyxides & redolentis animæ medicamina constitit myrata concio. Sed si vultis historicum quoq; vobis fatuum For, myr dabo. TH VSCV S ille qui Scaurum Mamercum, in quo Scauroruū tata. familia extincta est, maiestatis reum fecerat, homo quām improbi ani mī, tam infelicitis ingenii, cum hanc suasoriā declamaret, dixit, expecte mus si nihil altud effecturi, scilicet ne insolēs barbarus dicat, veni, vidi, vici, cum hoc post multos annos diuus Iulius victo Pharnace dixerit. D V R I O N dixit. A N D R E A S atebat, Nicocratis Lacedæmonis insigniem hanc sententiam fuisse futuram, si media incideretur. Sed ne uos diutius infatuem, qui prædixeram me Fusi Arellii explicatio nes subiecturum, finem suasoriæ factam, quod iterum nimius cultus & fracta compositio poterit vos offendere, cum ad meam etatem venieratis. Nam nunc vos ipsa, quæ offensura sunt, vittia celestant.

TH Y S T O R I A apud Iustinum est lib. iij. occupauerat Leonides Thero mopylas quæ angustie erant aditum in Græciam prebentes, Græci enim sauces & angustias pylas appellant.i. portas, acalidis autem balneis quæ græce θερμοὶ πύλαι dicunt quæ in ipso ingressu erāt Thermopylæ sunt appellatae, triduo ibi angustias tutati sunt, quinto die ubi comperit xx. millia hostiū cacumen occupasse, socios hortatus ut discedat seq; meliori seruēt fortune, mansit ille cū sexcentis Spartanis, qui cum se morti deuouissent, ingentemq; stragem in hostium castris edidissent, magis uincendo fatigati q; uicti occumbunt. (Trœzeni) à Iustino nō ponuntur Trœzeni sed auxiliares copiæ ex Græcia, nec fugisse illas sed dimissas à Leonida ad præsidia ciuitatum (Quid dicam) aut dicit quid nunc uos appella bo potissimos Græciae, aut quid dicā, uictos uobis potissimos Græciae, sed quo modo si iēdō sunt Lacedæmonij & Spartani, dicit ab ijs Lacedæmonios uictos? Strabo & urbem & regionem eodem uocabulo dicit appellari à Lacedæmonijs teste Homero, Amyclas eorū rex cum Spartam sibi regiam constituisset, reli quas ciuitates passus est equali iure uti, regibus ad eas dimissis, subiectas tamen esse Spartanis, donec Agis Euristhenis filius ius illud equabile ademit, iussis reli quis Lacedæmonijs ut Sparte tributa cōferrent, cumq; cæteri omnes paruiſſent, Eleos qui Elos habitabant uī & armis superatos in seruitutem perpetuam damnauit, impositis certis cōdicionibus eorum dominis ne cui liceret libertate donare,

LIBER PRIMVS.

aut extra regionem uenundare, hinc Helotica seruitus in prouerbium abiit. Stra
bo. viij. lib. (O Lacedæmonij aduersus) si aduersus (Ab infantia) Prebet unius
quisq; specimen ingenijs sui, (Hoc mare) aut est uelut inductio per similitudinem
qua probat non esse timendum Xerxem, q; ingentes copias ducat, quemadmodum
& mare quod uidetis tam late patere, ubi ad Bosporum peruentum est, in sum
mas cogitur angustias, & ubi nos putamus tuto nauigare, ibi magna existunt
pericula, uel describit aliquas angustias per quas Xerxi transeundum sit. (Et hu-
ius quoq; remigium), etiam si uni nauigio ille angustiae peruenient, tamē remigū
operam iā angusti frett estū non patitur, (Vada) brevia quibus naues impingunt
significat igitur ubi minime putes, ibi latere periculum. (Minimis succidū) leuis
simis causis intereunt. (O troyaden) cum certamen esset inter Athenienses & La-
cedæmonios de agro Tyreatum ne in mutuam cedem utrinq; ruerent, commissa
res est trecentis ab utraq; parte electis, cū hi se mutuis uulneribus cōfecissent, unus
O troyades è Lacedæmonijs superstes ne ad suos uiuus rediret sanguine in clipe
suo à Lacedæmonijs uictoriam stetisse scripsit, deinde se intremuit, cūq; postea ce-
dauerat ad sepelieundum uersarentur, hoc solum repertum est uictoriæ monumen-
tum. (Aluminum uirtutis) proinus enim natus tanq; educandus à uirtute susci-
pitur. (Sparta lapidibus) neq; enim muros habebat, ut omnem spem salutis nō
alibi q; in seipsis collocarent, (Quæ ad inuidiam) quæ iam facta sunt inuidiosa,
ijs proxime instat excidiū. (Maria terraq;) à maiori, non mirum igitur si mu-
tet & imperia hominum (Tandem amens) si reponendū uidetur, si hoc consilii
eramus probaturi, magis latuisset nostrū dedecus si in turba fugissimus. (At ui-
ctoria) quam mox de illo optinebimus. (q; ne renertamur) cum dedecore delibe-
rationis nostræ (Inter Træzenos) nunc tota erit nostra uirtutis laus. (Nō soli re-
ličli) uidetur usus paronomasia. (Eurotas) ubi etiam uirgines nando se exercebat.
(Herculem,) nam Heraclidianū genus Sparta fuit, qui ab Hercule ducebāt origi-
nem (Numerant non estimant) numerat turba & multitudo, estimant uirtute
& fortitudine (Merito Hercules) insurrandum est, merito cōtempsit oēs quem
nos ne uidere quidem suslinemus. (Xerxes) à tato argumētatur, à naturali loci,
(Erimus inter hostes) hostes nos iudicabunt fugacissimos, q; qui fugarunt tardissi-
mos. (Tot ad nos) cum tot pugnandum est. (Socios iā uicimus) non fugiendo.
(Referam p̄cepta matrum) Lacena ad bellū mittens filium, aut in hoc inquit,
aut cū hoc, defende patriam, aut in hoc referatur cadauerat, (Actestem) at potius,
ut sit obiectio, cui mox respōdet, nō erūt testes sed falsi testes, id de nobis credetur
quod hostes narrauerint, (Rerum natura) quoniā flumina siccabant, & montes

equabat, (Suadere sed inuidire.) an quia inuidentes contentione quadā conantur
uincere aliena, & sese illis anteferre, ideo dixit illum non suadere, i. non tam sua
sorias declamare, q̄ inuidere alijs declamantibus, atq; ita ut illos superaret luxu-
riosam orationem efficere, quae sequuntur corruptissima sunt (& suos) qui fu-
ge ab ipsis poenas exigent. (Apud Herodotum) de ea sententia uideatur intelligi
gere, qua ille dixit, Prandete commilitones apud inferos coenaturi. (Solū uertit)
in exilium missus. (Coenant enim) hoc enim ipsum non est magni animi omni-
no crastinum desperare, aut ita præsentibus frui, utin posterum tibi spem absce-
deris, (Quantus illis) non enim illi dixerunt, hic dies meus est, sed ne diem qui-
dem sibi reliquerunt, cum apud inferos essent coenaturi: (Ex causa) q; alluserit ue-
lut ad proverbum, (Ad sensum) ut bene etiā secundum leges grammaticæ con-
cordet, neq; enim ueluti quidam chorus omnes cecinerat, se choragū prebēte grā-
matico, q; facete dixit Seneca, sed oēs etiā singuli dicuntur, (Hanc phantasiam) ex
pressione euidentē, quae sequuntur depravatiora sunt q; ut restitui possint. (Am-
pliore) laxiore intelligentum est & solituore, nam quae ampla sunt mollia uidē-
tur & soluta, nam & infra dicit ille mollius. (Literas didicerant) ridiculū cōf.,
nā & Atheniēs illas literas uiderat & cognoverat, nec in earū imitatione erat
sita uictoria, aut animus. (Perijt) quoniā & ipse saucius inter cadavera iacuerat.
(In Spartano sacramēto) in militia Spartana, sacramēto. n. se milites obstrigebat
(Contradicitionē) enthūmema signifcat sententiā ex repugnatib;. (Mc⁹ erit) neq; .n.
participes uictoriae erūt alij, q; fugerit, & ideo me⁹, agebat autē psonā Leonidē,
(Cœlū astr.) castra legēdū (cōmilitones deos) uel dicit propter Herculē, uel Ca-
storē, & Polluce, q; Spartani fuerūt, (Cœlū sagittis) ut ad umbrā pugnaturi sint
quēadmodū ille dicebat. (Maria ungulīs) cōiūcliōe pugnatiū fecit mirabilē sentē-
tiā, ut, uidit i equore scribētes puluere currus, q; Xerxes p loca ante fluminib⁹ occu-
pata cū eq̄tatu trāstiterit. (Plures trecētos) quod erat uirtutis trāstulit ad numerū,
cū trecēti, nō possit esse plures q; trecēti (Sed posuit) q; spōte & ueluti cū cōsilio di-
misit, quod plus est q; deserere. (Cōcidit hora) Hec̄tor reponendū, ne discrepet &
sequēti: (Unius uerba) unū uerbi melius, q; mox melius q̄drat cū integris ōrōni-
b⁹, neq; .n. magnū erat uni uerba annotare, q; multa esse poterat, sed unū uerbi.
(Item) credendū. (Quicquid apud) li. xi. (de eaq;) quae relative scribendū, est autē
thesma declamatoriū. (Redolētis animæ) spiritus & halitus, notat luxū Persicū
q; etiā in acie odores circū serrent (Myrata) quoniā cū y. scriptū reperi, forte myr-
ata quēadmodū laureata, sed tunc ad Persas referendū, quos tanq; uenereos no-
tat, nisi manus legere mirata, uel myrata αποτου μυρου .i. unguentata.

LIBER PRIMVS.

¶ Initium tertiae suasoriae.

DEliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Chal-
cante aliter nauigari potuisse. **A R E L L I I F V S C I.** Non
in altam conditionem deus fudit æquora, quam ne omnis ex uoto iret
dies, nec ea sors mari tantum est, cæterum ipsa non sub eadem cōditio
ne sydera sunt: alia negatis imbribus exurunt solum, & miseri cremata
agricole legunt semina, & hæc interdum anno lex est: alii serena claus-
duntur, & omne cœlum nubilo grane, subsidit solum, & creditum sibi
terra non retinet, aliis incertis syderibus cursus est, & variatur tempo-
ra, neq; soles nimis virgent, neq; ultra debitum imbræ cadunt, quicq; d
asperatum æstu est, quicquid nimio defluxit imbre, inuicem nimio te-
peratur altero: siue ita natura disposuit, siue ut serunt luna cursu gerit:
quaæ siue plena lucis suæ est, splendescit pariter afflurgit in cornua, im-
bræ prohibet, siue occupata nubilo, sordidorem ostendit orbem suū,
non ante finit quam in lucem reddit: siue ne lunæ quidem ipsa potentia
est, sed flatus qui occupauere annum tenent, quicquid horum est, extra
iussum dei tutum fuit adultero mare, An non potero vindicare adulte-
ram: prior est salus pudicæ. Ne quid virginitati huius timeret, persequat
adulterum, Vista Troia virginibus hostium parcendum, nihil adhuc
virgo priami timet. **G A E S T I I P I I.** Vos ergo ad hanc diem im-
mortales inuoco, sic reclusi estis maria! Obstate potius. Ne Priami qui
dem liberos immolatus es. Describe nunc tempestatem, Omnia ista
patimur, nec parricidium fecimus. Quod hoc sacrum est, virginis deæ
templo virginem occidere libentius hanc sacerdotem habebit quam
victimam. **C O R N E L I I H I S P A N I.** Infestæ, inquit, sunt te-
pestates, & saeuunt maria, neq; adhuc parricidium feci. Ista maria si nu-
mine suo deus regeret, adulteris clauderentur. **M A R I L I I.** Si non
datur nobis ad bellū iter, reuertamur ad liberos. **A R G E N T A R I I.**
Iterum in malum familie nostræ fatale renoluimus, propter adulterā
fratri liberti pereūt, ista mercede nolle reuerti. At Priamus bellū pro
adultero filio gerat. **D I V I S I O** Hanc suasoriam sic dñiuisit Fuscus,
ut diceret, etiam si aliter nauigare non possent, non esse facendum, quia
plus impenderetur, quā peteretur. Petitur impendi Iphigeniam, vindicari
adulterium, committi parricidium. Deinde dixit etiam si non im-
molasset, nauigaturum. Illam enim moram naturæ maris & ventorum

esse, deorum voluntatem ab hominibus non intelligi. Hæc Cæstius diligenter divisit. Dixit enim deos rebus humanis non interponere arbitrium suum, si interponant, voluntatem eorum ab homine non intelligi, ut intelligatur, non posse fata revocari, si non sint fata, sacra profusa, si sint, non posse mutari. Sylo Pompeius etiam si quod esset diuinum di genus certum, auguri negavit credendum: quare ergo si nescit Chalcas affirmat primum, & scire se putat. Hic communem locum dixit in omnes, qui hanc affectarent scientiam: deinde trascitur tibi, inuitus in litat, quererit sibi tam magno testimonio apud omnes gentes fidem. In ea descriptione, primum in hac suaforia Fuscus Arellius Vergilius versus voluit imitari. Valde autem longe petit, & penè repugnat materia, certe non desideranti inseruit. Ait enim de luna, quæ sine plena lucis sue est, splendensq; pariter assurgit in cornua, imbræ prohibet: siue occupata nubilo sordidiorum ostendit orbem suum, non ante finit quam in lucem redit. At Vergilius hæc quanto simplicius & beatius dixit. Luna reuertentes cum primum colligit ignes.

Sinigrum obscurō comprehenderit æra cornu
Maximus agtcolis pelagoq; parabitur imber. Et rursus,
Sin ortu in quarto (nanq; is certissimus autor)
Plena, necq; obscuris per cœlum cornibus ibit.

Solebat autem ex Vergilio Fuscus multa trahere, ut Mecenati impudaret. Toties enim pro beneficio narrabat, non in aliquæ Vergiliana descriptione placuisse: sicut in hac ipsa suaforia dixit, cur iste inter eius ministerium placuit? cur hoc os deus elegit? cur hoc potissimum fortia tur poësis: quod tantum non impte atebat se imitatum Vergilium, plena deo? Solet autem Gallio noster hæc aptissime ponere. Memini vna nos ab auditione Nicetis ad Messalam venisse. Nicetes suo impetu valde Græcis placuit. Quærebat à Gallione Messala, quid illi visus esset Nicetes. Gallio ait, plena deo, quoties audierat aliquem ex his declamatoribus, quos scholastici caldos vocant, statim dicebat, plena deo. Ipse Messala nunquam aliter cum agnouit, ab hominis auditione venientem interrogat nihil aliud quam ut diceret, nunquid plena deo? Itaq; hoc ipsi iam tam familiare erat, ut multo quoq; excideret. Apud Cæsarem cum mentio esset de ingenio Haterii, consuetudine prolapsus, dixit, & ille erit plena deo. Quæreti deinde quid hoc esse vellet, versum Ver-

LIBER PRIMVS.

gilii retulit, & quomodo hoc semel sibi apud Messalam excidisset, & nunquam postea potuisset excidere. Tyberius ipse Theodoreus offensus debatur Nicetis ingenio, atq; delectatus est fabula Gallonis, hoc autem dicebat Gallio Nasoni suo valde placuisse, itaq; fecisse quod in multis altis versibus Vergilius fecerat, non surripiendi causa, sed palam imitacione hoc animo ut vellet agnoscere esse autem in tragedia eius, feror huc illuc, ut plena deo. Iam vultus ad Fuscum reuertar, & descriptionibus eius vos satiabo. Hec potissimum ex his quas in similitudinis tractatione posuit, cum diceret, omnino non concessam futurorum scientiam.

S C H O L. (Non in aliam) Hec omnia eo pertinent, ut ostendat nices rerum mutari, & quoadmodum natura tempestates excitantur, sic & sedari, hoc autem spectat ad dissuadendum ne existimat illa tempestatem a Diana immisgam ac posse placari sine immolatione uirginis, (qui nec ois) ideo mare circum terras diffunditur, ut dies obnubiletur interim haustu humore ex mari, "nec ea tanta maris natura est, sed & syderum uaria uis est, (Anno lex) to 19 interim annus hac lege continuatur, (Alijs serena) alia sydera sunt quonibila inducunt, (Subsidit solu) debescit & hiatus aperit, (Incertis syderibus) erraticis fortasse i. planetis, uel uarij cursus sunt, cum cetera ipsa sydera incerta, i. uaria sint, (Altero) i. contrario, (Si uiclia natura) causas subiecti harum mutationum, (Pariter assurgit) ex aequo impletutrumque cornu (qui in lucem reddit) qui ex aetate in se novo lumine impletur, (status qui) per se uerat toto anno idem fatus, eademque tempories a syderibus inducta, (Extra iussum dei) non quoadmodum nunc, dum oraculis prohibueru navigatione adulteri i. Paridis, & est uelut argumentum multo minus prohibebut nobis, (Prior est salus) responso est ad obiectione, uindicabis si licet, ita tamen ne propter hoc occidas pudicam filiam tuam, (Ne quod uirginatu) a fine, propter seruandum uirginitatem persequeris adulterium ergo uero debes perdere uirginitatem propter uindicandum adulterium, contrario fini non debet fieri propter id quod ad finem destinatur, (Virginibus hostium) a minori, ergo & tu et filiae parcere debes, (Sic reclusuri) ita debetis aperire maria ad nauigandum, nimis uimolata uirgine, quasi hoc non sit uenstre clametiae, (Nec parricidium) quanto graviora patiemur ubi fecerimus, (Quod hoc sacrum est) a contrario's neque minime debatur dea uirginitatis amatrix, & qui ipsa uirgo singebatur, uirginis sacrificium postulatura, (Reuertamur ad liberos) tantum abest ut occidere debeamus, figuram habet (In malum familie) atridarium quorum portentes Atreus & Thyestes mutatis odiis etiā ad filiorū necē scierunt, (Fratriis) Agamemnonis, nam Menelaus uxor erat Helena, (Ista mercede) cum interrogatio melius (Sacra profutura) quaevis alia sacra etiā sine im-

molatione filiae (Deinde irascitur) aliae suspitiones sunt q̄ fidē uaticinij cleuant, q̄ iratus sit, q̄ inuit⁹ militat, q̄ ita uult parare sibi fidē. (Vt Morenati imputaret) ut si quādo displicuisse, posset illi uelut opprobrare suū poētā, in cuius imitatione nō placuisset (Cur iste inter) hoc de Chalcate dicitur fortassis ex imitatione eius loci, quo de Sybilla loquitur Ver. (Inter eius ministeriū) Apollinis uaticinationis ēt poēeos erat deus. (Hoc os) p̄ quod dabant oracula. (Sortitur poēsis) cur huic se infundit poēticus spiritus, ēt furor, (Tātū nō) etiā (Plena dco) de p̄bā naticis uatibus ēt furiosis dicitur, atq; ideo ille trāstulit ad declamatores concitatos ēt uehemētes, quos scholastici appellabāt caldos, i.e. calidos, fernētes in dicēdo, (Eum agnouit) Nicetē, n̄iſi hoc nomine, aut nō aliter agnouit illū ab auditōne illeius redeunte, q̄ cū diceret plena deo. (Exeidiſſet) semel cum incōſiderate dixiſſet, nunq̄ alias potuit relinquere. (Theodoreus) Thedorus ēt Apollodor⁹ diuersas institucrē ſcēlas in Rhetoricis, unde Apollodorei, ēt Thodorei nuncupati, offen debatur ingenio Nicetis qui Apollodoreus erat. (Vergilius fecerat) ex Ennio ēt Lucretio ēt alijs, ut eſt apud Macrobiūm.

C Initium quartæ uasoriæ.

DEliberat Alexāder Magnus, au Babyloniam intrat, cū denūtiatum dedit illi responſo auguris periculū. ARELLII FVSCI. Quis est qui futurorū ſcētiā ſibi vēdicit? nouē oportet ſottis ſit, qui ſub̄te deo canat, nō eodē cōtētus ſit vero, quo imprudētes naſcimur, quā dā imaginē dei p̄ferat q̄ tuffa exhibeat dei, ſic eſt. Tātū enim regē, tātīq; rectorē orbis eſſe in metu cogit, magn⁹ iſte eſt, ſupra hūanę ſortis habi tū oportet ſit, cui liceat terrere Alexādrū ponat iſte ſuos iſydera patres & originē coelo trahat, agnoscat ſuū vātē deus, nō eodē claudatur vitē fine, ætate magna, extra omnē futurorū neceſſitatē caput ſit, quod gētī bus futura p̄cipiat. Si vera ſunt iſta, qd ita, nō huic ſtudio ſeruit oīs etas? Cur nō ab infantia, rerū naturā deosq; qual licet, viſimus? cū pateat nobis ſydera & intereſſe numinib⁹ liceat, qd tā inutili deſideriuſ facūdia: aut periculosis atteritur armis manus? an melius alio pignote quā futuri ſcētia iſengenia ſurrexerint? Qui vero in media ſe vt p̄dīcāt fatorū mīſere pignora, natales inquirūt, & prima omnium meliorū annorū habēt initia, quo ierint motu ſydera, in quas diſcurrerint partēs, cōtta ne deus ſteterit, an placidus affulſerit ſol, an plenā lucē, an initia ſurgētis ac ceperint, an abdiſerit in noctē obſcurū caput luna, Saturn⁹ naſcētē, an ad bella Mars militē, an negotiosū in quēſtus Mercurius exceperit, an

L I B E R P R I M U S.

blanda annuerit nascēti Venus, an ex humili in sublīme Iupiter tulerit.
Existimant tot circa vnum caput tumultuantis deos! Futura mūtiāt,
Plerosq; dixere vñsturos, & nihil metuentes oppressit dies, aliis dedere
Allegen finem propinquum, at illi super fuere egentes, inutiles animæ. felices
tes inuti nascentibus annos spōnderunt, at fortuna in omnem properauit in
līs aīe. iuriam: incrīae enim fortis viuimus, vnicuiq; ista pro ingenio singu-
tur non ex scientiae vi. Deerit alius totū orbe locus qui te vñstorem
nō viderit? Babylone excluditur, cui patuit Oceanus. D I V I S I O.
In hac suaforia nihil aliud tractasse Fuscum scio quām easdem quas su-
pratetuli, quæstiones, ad scientiam futuri pertinentes. Illud quod nos
delectauit præterire non possum. Declamabat Fuscus Arellius contro-
uersiam, de illa, quæ postea quām ter mortuos pepererat, somnia se di-
xit, vt in luco pareret. Valde in vos contumeliosus fuiro, si totam con-
trouersiam, quam ego intelligo me dicere, Fuscus declamaret, & aper-
te, aut non agnoscentis puerum, tractaret locum contra somnia & deo-
rum prouidentiam, & male de magnitudine dixisse mereretur, qui
illos circa puereras mitteret, summis clamoribus dixit illum Vergili
versum. Scilicet is superis labor est ea cura quietos Sollicitat. Audi-
tor Fisci quidam, cuius pudori parco, cum hanc suaforiam de Alexan-
dro ante Fuscum diceret, putauit & que belle ponit versum eundem, di-
xit, Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat. Fuscus illi
ait, si hoc dixisses audiente Alexandro, scires apud Vergilium eundem
versum esse, & altum capulo tenus abdidit ensem. Et quia soletis mihi
molesti esse de Fusco, quid fuerit, quasi nemo videretur dixisse cultius,
ingeram nobis Fuscianas explicationes. Dicebat autem suaforias libe-
tissime & frequētius græcas quā latinas. Hybreas in hac suaforia dixit.

Al. lateri

S C H O L. (Quis est qui futurorum) contra scientiam futurorum & ari-
los locis communis (Non eodē cōtentus) geslatus conclusus (Deos uisimus) eos
propius admis, & cū ips colloquimur. (Desiderius facundia) cur segnes mora-
mur in eloquētia, (Interesse numinibus) illorū arcana & cōsilia scrutatēs (alio pi-
gnore) q; pignus accipiūt promissis fidūt, erit igitur aliud quod magis excitet in
genia q; spes & fiducia huius artis cōsequēt. (Omniū meliorū) infantie forsan
intelligit, uel norū illi ex syderibus unde incipient fœlices anni & infelices. (In
quas discurrerint) obseruantur n. celi quadrates & spacia, (Cōtra ne deus) alia
enim sidera aliorū interueni uel aspectu, ut uocat, uel iuuantur, uel insciuntur.

(An abdiderit) luna occidēs (Superfuere) uidetur hæc cōiungēda, at illi superficie, cogentes, inutiles animæ i. superuixere illi in egestate, nulli usui in uita (Babylone cluditur) Babylone excluditur. (Valde in uos) hic locus truncatus est, uidetur hic sensus, cū ille Fuscus dicens cōtra fidē somniorum dixisset, male illos mereri de deorū magnitudine q̄ eos circa puerperia putarē occupatos, dixit illū Vergilius uersum. Scilicet is. & c. quidā eius discipulus ratus ubiq; habere locū, cū hāc suæ foriā declinaret, eundē posuit, parū autē seruauit decorū, offendisset n. Alexandrū si eum eiusq; res dixisset non esse superis curæ, ac propterea fortasse fuisset expertus eius iracundiā, hac de causa figurata subiecit Fuscus. Scires ubi esset ille uer sus, qui est. i. enī. lateri autē debet esse non altū. i. occidisset te quēadmodū alios libere loquentes.

¶ Institutum quintæ suasoriæ.

Deliberant Athenienses, an trophæa persica tollat, Xerxe minante redditurū se, uult tollerētur. **A R E L L I I F V S C I.** Pudet me victoriæ nře, sic fugatū creditis Xerxem, vt reuerti possit tot cæsa milia, nihil ex hac acie relictū minanti, nisi quodvix se qui fugientē possit, toties mersæ classis. Quid Marathonæ quid Salamina referā? Pudet dicere, dubitam adhuc, an vicerimus. Xerxes veniet? At nescio quomodo languet circa memoriam tacturæ autius, & disturbata arma nō repetit. Prior enim metus futuri regni is esset, amissa ne audeat, amissurū monēt. Ut in gaudia interdū surgit animus, & spē ex præsenti metitur, ita aduersis frāgitur: vbi ignominia spē premit, vbi nullā meminit aciē, nō si quæ fugerit, errat circa dāna sua, & quæ male expertus est, vota depo nit. Si vēturus esset, nō minaretur. Suis ira ardet ignibus, & impacta sol uitur. Nō denūtiaret si venturus esset, neq; armaret nos nuntio, nec instigaret vītricē Græciā, nec solicitaret arma felicia, magis superuenient improuidis, nā & arma indenūtiata monēt. Quantūq; oris valuit **Fo**, mo primo in Græciā impetu effusum est, hoc ille numero ferox, & in deos uent. arma tulerat. Extincta tot ante Xerxem milia, tot sub ipso facēt, & nulli nisi qui fugerūt supersunt. Quid dicā Salamina? quid Cynagryon referā? & te Polycles? & hoc agtur an viceris? Hæc ego trophæa deposui, hæc in totius Græciæ cōspectu statui, ne quis timeret Xerxē minantē. Me misiū, pugnāte Xerxē trophæa posui, fugiente tollat. Nūc Athenæ vincimur, nō tantū credetur rediisse sed viciisse Xerxes, Nō potest Xerxes, nisi p nos trophæa tollere. Creditis mihi, difficile est attritā opes re colligere & spes nouare fractas, & penitēda acie in melioris euentus si

LIBER PRIMVS.

duciam surrigere. **C A E S T I I P I I.** Inserā, inquit, bellū, alia mihi
trophæa primit, potest maior venire quā vicit⁹ est. **ARGENTARII.**
Nō puget vos, pluris trophæa vfa Xerxes æstimat q̄d vos. **D I V I S I O.**
Fuscus sic diuisit, etiā vēturus est Xerxes, nō tollimus, nō sūt trophæa
tollēda. Cōfessio seruitutis est iussa facere, si venerit, vincemus, hoc non
est dū colligēdū, de eo dico, vincemus, quem viciimus. Sed nec veniet
quidē, si vēturus esset, nō denūtaret. Fractus est viribus & aio. **C A E -**
S T I V S & illud dicit, qd̄ in prima parte tractauit, nō licere Athmēsi-
bus trophæa tollere, cōmune in illis ius totius Graecæ esse, cōmune vi-
ctoriā, cōmune bellū fuisse: deinde nefas quidē esse, nūq̄ factū, vt q̄s q̄
cōsecratis virtutis suæ operibus manus affert: ista trophæa non sunt
Athmēsiū, deoꝝ sunt, illorū bellū fuit, illos Xerxes vinculis, illos sagit-
tis psequebat, hæc oia ad impia & superbā Xerxis militiā pertinet. Et
quidē ergo bellū habebimus: habebimus: & si Xerxē remouebis, aliis
hostis inuenies. Nunq̄ magna imperia otiosa. Omniū bellorū prospē-
re ab Athmēsibus gestorū. Deinde nō erit bellum, Xerxes enim nō
veniet, multo timidiiores esse q̄ superbissimi fuerint. Nouissime vt veniat,
cū quibus veniet: reliquias victoriæ nostre colliget, illos adducet quos
priore bello quasi inutilles reliquias nouit, si q̄ ex fuga cōsecuti. Nullū ha-
bet militē nisi aut fastiditū aut vīctū. **A R G E N T A R I V S.** his duo
bus cōtentus fuit, aut nō vēturus Xerxē, aut nō esse metuēdū, si venerit,
his solis institit, & illud dixit qd̄ exceptū est, tollite, inquit, trophæa: si
viciisti, quid erubescis? Si vicit⁹ es, qd̄ imperas: locū mouit non inutil-
ter, iudicare quidē se neq; Xerxē, necq; iā quēquā Persarū ausurū in Grē-
ciā effundere se, ideo magis ipsi⁹ trophæa tuēda, si q̄s vñquā illinc vētu-
rus hostis esset, vt cōspectu trophœꝝ animi militū accéderetur, hostiū
frāgeretur. **B L A N D V S** dixit, repleat ipse prius h̄status, & maria in
antiquā faciē reducat, apparere voluit posteris quēadmodū venerit, ap-
pareat etiā quēadmodū redierit. **T R I A R I V S,** Omni diuina diui-
sione tātū exultauit, qd̄ audierit Xerxē venire ad se, ipsi⁹ nouā victoriā
noua trophæa. **S Y L O P O M P E I V S** Venusto genere sentetiꝝ
vſus, nisi tollitis, inquit, trophæa, ego veniā, hoc ait Xerxes, nisi hec tro-
phæa tollitis, illa ponetis. Alterā partē solus Gallio declamauit, & horta-
tus est ad tollēda trophæa, dixit gloriā nihil detrahi, māsurā enim me
mortiā victoriæ q̄ perpetua esset, ipsa trophæa & tēpestatib⁹ & ætate cō-

*s. An nes
scitis.*

fumū, bellū suscipiendū fuisse pro libertate, pro cōfugib⁹, pro liberis,
pro re superuacua, & nihil nocitura si fieret, nō esse suscipiendū. Hic dicit
ut q̄d venturū Xerxem, & descripsit aduersus ipsos deos tumētem,
deinde habere illū magnas vires, neq; omnes illū copias in Gr̄ciā pro
duxisse, nec omnes perdisisse in Gr̄cia: timendā esse fortunæ varietatē
tē, exhaustas esse Gr̄ciæ vīrēs, nec posse iā patti alterū bellū, illi esse im
mensam multitudinem hominū. Hoc loco disertissimam sententiam
dixit, quæ vel in oratiōe, vel in historia ponitur, diutius illi perire pos
sunt, quām nos vincere.

S C H O L. (Tollant) auferāt ex ijs locis, quibus creverāt, (Marathona)
pugna apud Marathona, ex barbaris circiter sex millia & trecenta ceciderūt,
Atheniensū cēntū nona ginta duo. apud Herodotum li. vi. (Salamina) ubi classe
uiclūs est Xerxes à Themistocle (Xerxes ueniet) cū admiratione, ita ne tandem Xer
xes ueniet (Circa iacturā) uel de Xerxe, uel de Atheniēsibus intelligi potest, nescio
quomodo animus illius acceptæ clavis oblitus est, uel nescio quomodo nos obli
simus illatæ clavis (Nō repetit) nō meminit, uel quomodo disturbarimus aos, uel
quomodo distracti fuerimus si ad Xerxē. (Futuri regni) qd de regno futurum
esset, nā amissa monēt amissurū ne audeat, cogitās quātū amiserit, & credēs plu
ra se amissurū, deterretur ab audacia. (Spē premit) facit ut diffidat suis rebus (Im
paclā) ubi se impegit in aliquē, ubi se explenit. (Monēt) mouēt fortasse (In deos)
quoniā Persæ ut ait Asconius in iij. in Verre, dijs tēpla nō edificabāt, atq; ideo Gr̄
corū tēpla diruebat. (Quid Cynagryon) apud Herodotū est de hac ipsa uicloria
Marathonica, occubuit quoq; ex duabus Stesileus Thrasylī, & Cynegirus Eupho
rionis dū summā puppim apprehēdit, abscissa bipēni manu cecidit, quā ob rē for
te legēdū nō Polyteles, sed Stesileus, (Agitur an uiceris) cū sic cecideris dubitatur
de uicloria tua, cū de tollēdis trophēis deliberatur (Hic ego) sustinet declamator
p̄sonā Themistoclis, (Surrigere) forte se erigere (O im bellorū) scilicet fecit mē
tionē. (Reliqas nouit) for, amouit. i. quos pri? in deleclū militū neglexit, ad hoc
facit, quod subdit, nullū habet militē nisi aut fastidū, aut uiclū. (Aut nō uenit
xū) sic distinguēdū, aut nō esse uicturū Xerxē, aut nō esse metuendū si uenerit, his
solis instituit. (Si uicisti) dilema. (Hoc ait Xerxes) est uelut interpretatio, perinde
enim est ac si dicat Xerxes nisi tollitis illa. i. si mihi nō obtemperatis, ego ueniam,
& ita uobis occasionem dabo ut rursum ponatis. (Diutius illi) tam sunt inma
meri ut etiam si nos uincamus, tamē suppletis subinde, & suffectis exercitibus
citus nos deficiamus uincentes, quā illi uicli.

LIBER PRIMVS.

¶ Initium sextae. De morte Ciceronis clarissima.

DEliberat Cicero an Antonium deprecetur. Q. ATERIVS.
Sciāt posteri potuisse Antonio seruire Rem publicam, non po-
tuisse Ciceronem. Laudandus erit tibi Antonius, in hac causa etiam Ci-
ceronem verba deficient. Crede mihi, si diligenter te custodieris, fa-
ciet tamen Antonius quod Cicero tacere non possit. Si intelligis Cice-
ro, non dicit, roga ut viuas, sed roga ut seruas; quemadmodum autem
hunc senatum intrare poteris exhaustum crudeliter repletum turpiter.
Intrare autem tu senatum voles, in quo non Cn. Pompeium visurus
es, non M. Catonem, non Luculos, non Hortensium, non Lentu-
lum atq; Marcellum; non tuos, inquam Coss. Hirclum & Parfam! Ci-
cero quid in alieno saeculo tibi? Iam nostra peracta sunt. M. Cato so-
lus maximum viuendi mortendiq; exemplum, morti maluit quam ro-
gare, nec erat Antonium rogatus, & illas usque ad ultimum diem
For. infe-
stas. puras à ciuiti sanguine manus, in se infectas, acerrime armavit. Scipio
cum gladium poni tussus foret, dicitur abdidisse se, querentibus qui
in nauem transferant militibus imperatorem, imperator, inquit, bene
se habet. Vixus vocem victoriae misit, Vetat, inquit, Milo rogari ius
For. Q. dices. V. CL. nunc & Antonium rogat. PORTII LATRO-
Clodiū. NIS. Ergo loquitur imperator Cicero, & non timet Antonius, lo-
quitur, inquam, Antonius, ut Cicero timeat! Ciuitis sanguinis Sylla
na sitis in ciuitatem redit, & ad tritum uitalem hastam pro vestigalibus
ciuium Romanorum mortes locantur. Inimista bella albo Pharsalica ac
Mundensis Mutinensisq; ruina vincitur, consularia capita auro reper-
duntur. Tuis verbis Cicero vtendum est, o tempora, o mores: videbis
ardentes crudelitate simul ac superbia oculos, videbis illum non homi-
nis sed bell'i ciuitis vultum, videbis illas fauces per quas. Cn. Pompeii
bona transferunt, illa latera, illam totius corporis gladiatoriā firmis-
tatem, videbis illum pro tribuali loco, quem magister equitum, cui tu
For. pu-
rū, q; pro submittes? Pudeat Verrē quod quia proscriptus fortius perit. CYRI
scriptō MARILLI ESERNINI occurat tibi Cato tuus, cuius à te
forti⁹ pe laudata mors est. Quicquam ergo tanti putas, ut vitam Antonio de-
rijet. CAESTII PII Si ad desiderium populi respicis Cicero,

SVASORIARVM.


Fo. xciii.

quandocunq; perieris, parum vixisti: si ad res gestas, satis vixisti: si ad iniurias fortunæ & præsentem Reipublicæ statum, nūcum diu vixisti: si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es. P O M P E I I S Y L O N I S. Scias licet tibi non expedire viuere, si Antonius permittit ut viuas. Tacebis ergo proscriptente Antonio: & Rempublicam laniate: & ne gemitus quidem tuus liber erit. Malo populus Romanus mortuum Ciceronem quā viuum desideret. T R I A R I I , quæ charybdis est tam vorax: Charybdis dixi: quæ si fuit, animal vnum fuit, vix mediussidinis oceanus tot res tamq; diuersas vno tempore absorbere potuisset. Huic tu saeuēti putas Ciceronē posse subducī? A R E L L I I F V S C I A Bar armis ad arma discurritur, foris vctores dū trucidamur, dum in sanguine intestinus hostis incubat, quis non hoc populi Romani statu Ciceronem ut viuat cogi putat? Rogabis Cicero turpiter Antonium, frustra: Non te ignobilis tumulus abscondet, idē virtutis tuae qui finis est immortalium, humanorum op̄erum custos mea morta, quæ māsi vita perpetua est, in omnia te secula sacratum dabat. Nihil aliud intercidet quam corpus fragilitatis caducæ, morbis obnacxiū, casibus expositum, proscriptionibus obiectum. Animus vero diuinâ origine haustus, cui nec senectus vlla, nec mors, onerosi corporis vinculis exolutus, ad sedes suas & cognata sydera recurret. Et tamē si ad ætatem annorumq; nūquam obseruatū viris fortibus, numerū respiciimus, sexaginta supergressus es, nec potes videti non nimis vixisse, qui moreris Reipublicæ superstes. Vidi mus surētia toto orbe ciuilia arma, & post Italicas Pharsalicasq; actes Romanum sanguinem hausit Aegyptus, quid indignamur in Ciceronem Antonio licere, quod in Pompeium Alexandrinō licuit. An non occiduntur qui ad indignos cōfugiunt? C O R N E L I I H I S P A N I . Proscriptus est ille qui tuam sententiam secutus est, tota tabula tuae morti præluditur, alter fratre proscribi, alter anunculum patitur: quid habes spes? Vt Cicero periret, tot parricidia facta sunt. Repete age, tot patrocinia, tot cliētelas & maximū beneficiorum tuorum te ipsum, iam intelliges Ciceronem in morte cōsigi posse, in preces non posse. A R G E N T A R I I . Rxplicantur tristis uirilis regni delicata coniuncta, & popina tributo gentium struitur, ipse vino & somno marcidus deficienteis oculos ad capita proscriptorū leuat, tam ad ista non satis est dicere hominem nequam. D I V I S I O,

LIBER PRIMVS.

Latro sic hāc diuisit omnem suasortam, etiam si impetrare uitā ab Antonio, non putes tanti rogare, deinde impetrare non potes. In priore illa parte posuit, Turpe esse culibet Romano, nedum Ciceroni vitā rogarē. Hoc loco omnium qui vltro mortē oppetissent exempla posuit deinde inutilis illi sua vita futura proponit, morte grauior, detracta libertate. Hic omnem acerbitatē seruitutis futurā descriptis, deinde nō futurū fidei impetratē beneficium. Hic cū dixisset, aliquid erit quod Antonium offendat, aut factum tuuu, aut dictum, aut silētum, aut vulnus, adiecit sententiam, haud eum placaturus es. A L B V T I V S alter diuisit, primam partem fecit, moriendum esse Ciceroni etiam si nemo prosciberet, cum hāc insectatio temporum fuerit: deinde moriendum est, ille enim se sua sponte conficeret, quia moriendum esset. etiam si mori nolueret, graues odiorū causas esse, maximam causam proscriptiōnis ipsum esse Ciceronem. Et solus ex declamatoribus tentauit dīcere, non unum illi esse Antonium infestum. Hoc loco dixit illam sententiam, si cui ex triūnūris non es inuisus, gravis es. Et illa sententia valde excepta est, rogo Cicero, oravnū, vt tribus seruitas. C A E S T I V S sic diuisit. Mori tibi vtile est, honestum est, necessē est vt liber & illibata dignitatis consummes vitam. Hic illam sententiam dixit audacem, vt numereris cum Catone, qui seruire nec Antonio quidem nondū domino posuit. M A R C E L L V S hūc sensum de Catone melius, vsq; eo ne omnia cum fortuna populi Romani conuersa sunt, vt aliquis deliberet, vtrum fatius sit vivere cum Antonio, an mori cum Catone? Sed ad diuisiōnem Cæstii revertamur, dixit vtile esse, ne etiā cruciatus corporis pateretur, non simplici illum modo periturum, si in Antoniu manus incidisset, & in hac parte cum descripsisset contumelias insinuatārum Ciceroni & verbēa & tormenta, dixit illam multū laudatam sententiam. Tu me hercules Cicero cum veneris ad Antonium, mortem rogabis. V A R I V S G E M I N V S sic diuisit, hortarer te, si non alterutrum vniq; faciendum esset, aut moriendum, eut rogandum, vñmō rereris potius quam rogares, sed addidit & tertium: adhortatus est illum ad fugam, illuc esse M. Brutum, illuc C. Cassium, illuc Sex. Pompeium. Et adiecit illam sententiam quam Cassius Scerius vñce mirabatur, quid deficiemus? & Respub. suos triūnūros habet. Deinde etiam quas petere possit regiones percurrit, Siciliam dixit uindicā-

tam esse ab illo , Ciliciam à proconsule egregie administratam , fami-
 liares studiis eius & Achatam & Asiam , Detinari regnum obligatum
 beneficiis , Aegyptum & habere beneficij memoriam , & agere per-
 fidiae penitentiam , sed illum maxime in Asiam & Macedoniam hor-
 tatus est in Cassio & in Brutis castra . Item Cassius Seuerus atebat alios
 declinasse , Varium geminum viuum consilium dedit . Alteram par- For , ut
 tem pauci declinaverunt , nemo autem est Ciceronem ad deprecans hima-
 dum Antonium hortari , bene de Ciceronis animo iudicauerint .
 Geminus Varius declinauit alteram quoq; partem & ait , Spero me
 Ciceroni meo persuasurum vt velit vivere , quod grandia loquitur , &
 dicit , Mors nec immatura consulati , nec misera sapienti , non mo-
 net me idiotam , perit , Ego belle mores hominis noui , faciet , rogas For , idio-
 bit , nam quod ad seruitutem pertinet , non recusabit , tam collum tri- ta perit
 tum habet , & Pompeius illum , & Cæsar subiecerunt . Veteranum
 mancipium videtis , & quamplura alia dixit scurrilia , vt illi mos erat .
 Divisit sic , vt diceret , non turpiter rogaturum , non frustra rogatu-
 rum : in priori parte posuit , non esse turpe , ciuem victorem rogari à
 victo , hic quā multi rogassent . C. Cæsarem , hic & Ligarium : deini-
 de ne iniquum esse quidem Ciceronem satisfacete , qui prior illum
 proscriptissit , qui & iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem , ac
 dato rogari . Deinde non pro vita illum sed pro republica rogatus
 rum , satis illum vixisse sibi , reipublicæ parum . In sequenti parte di-
 xit , exorari solere intimos , ipsum exoratum à Vatinio . C. quoq; Ver-
 ri affuisse , facilius exorati Antonium posse , qui cum tertius esset , ne
 quis tribus hanc tam speciosam clementiæ occasionem præteriret : fors-
 tasse irasci Antonium , qui ne tanti quidem putasset illum quem ro-
 garet . Fuga quam periculosa esset cum descripsisset , adiecit , quocunq;
 peruenisset seruendum illi esse , ferendam aut Cassit violentiam , aut
 Brutis superbiam , aut Pompeii stulticiam . Quando in hanc suos-
 triam incidimus , non alienum puto , indicare quomodo quisq; se ex
 historicis aduersus memoriam Ciceronis gesserit . Nam quod Cicero
 nec tam timidus fuerit vt rogaret Antonium , nec tam stultus vt exora-
 ri posse speraret , nemo dubitat , exceptio Asinio Pollio nione qui infelis
 simus famæ Ciceronis permanisit , & is etiam occasione scholasticis oce- Al. altere
 casione dedit . Solent enim scholastici declinatores ponere .
 RANARA



LIBER PRIMVS.

SCHOL. (uerba deficent) alludit ad id quod in quadam epistola dicit Cicerio, putares re unq; accidere posse ut mihi uerba decessent. li. vj. (Non tuos inquā) tua opera creatos (Infectas) for, infestas, (Scipio cum) Vale. Max. refert, cum se letaliter uulnerasset, Appianus autem se in mare ē nauī præcipitasse, ac tunc mihi uidetur credibile id dixisse Scipionem, hic adiicit Seneca nondum agnitus a milite iussu ponere gladiū (Vetat inquit) ex eius scriptis proponit exemplū, à minori, hoc enim in oratione pro Milone habetur (V.Cl.) ego nō dubitem legendum, Quintum, Clodiū, quod cum maioribus literis esset scriptum. Q.Cl. librario dedit occasionem conuertendi in notas numerorum, nam in controvērsia contra Popilium inquit, ne aliquis Pu. Clodiū mitteretur (Hastam) erēctā cūm hastā bona proscriptorum uendebantur tanq; bello parta (Mortes locantur) tanq; redemptoribus alicuius operis, qui aliquid faciendum ad se recipiebant proposita mercede. (Bella albo) fortassis albo i. hoc catalogo & tabula procriptionis, in qua tanq; in albo prætorio proscriptorū nomina erant scripta. (Mundensis Mutinensisq;) apud Mūdam & Mutinam, apud illam filij Pom. uiēti sunt, apud hanc Brutus obcessus. (O tempora o mores) in Catilinam hoc dixerat Ci, unde fī Martialis dixerat o mores o tempora Tullius olim, sacrilegum strueret cum Catilina nefas. (Illa latera) hæc ex. q. Philipp. sumpta sunt (Pro tribunali loco) adiectuum est (Quem magister) hic locus sic uidetur emendandus, quem magister equitum, cui ruclare turpe erat, ubi legebatur cum raptaretur, præterat, quod liquet etiam ex ipsa Philippica, unde sumptum est. (Pudeat Verrem) de Verre nunq; memini legere q; fuerit proscriptus, quam ob rem hunc locū ita iudico emendandum, puduit Varum q; proscriptus non fortius perire, fuit autem Varus ut refert Apianus inter proscriptos, qui cum se in paludibus Minturniensium abdidisset, atq; à Minturniensibus latrones inquirētibus deprecatus esset, ē latronibus se unum esse dixit, atq; ita damnatus, cum ducretur ad supplicium pœnitentia duclus q; tam ignobiliter morcretur, aperuit se fī consularem esse, & à triumviris proscriptum, non creditibus, accurrit quidam turmæ duclor qui ei agnito caput abstulin, corpus Minturniensibus reliquit, ergo illum puduit q; non maluisset proscriptus mori: tanq; mortis genere claro & non pudendo (Laudata mors) cum Cicero laudationem Catonis scripsisset, ei contraposuit Cæsar Anticætones, (Si ad desiderium) perlegans clausula habet repetitionem in principio, αντισχοφή. i. conversionem in fine, habet ἴστορομ. i. exæquatū membris fī traductionem uerbi uixisti uiclurus. (Mortuum Ciceronem) mire acuta sententia. desiderabit enim hiūcum cum non uiderit in Cicerone animatum Cicerone dignū.

(Quæ charybdis) ex eadem Philippica. (Foris uiclores) nos qui exteris gentes uicimus. (Rogabis igitur) duo habet fundamenta suasoriæ q̄ & turpe sit, & non profuturum, (Non te ignobili) non iacebit sub eodem tumulo & corpus & fama. (Quæ mansuri) uel emmēda quæ māsura uita perpetuo est, uel dic māsuri. i. tua qui manebis, (Reipub. superflues) Republica iam fato defuncta (Alexandrino) regi puero Ptolomeo atq; eius pædagogis Photino & Achilæ (Tuā sentiam) Lu. Antonius M. auunculus, qui secutus est tuam sententiam in iudicando hostem Antonium, uide, Appianum. (Tota tabula) tota tabula proscriptorum est ueluti præparatio quædam & captatio occasionis, ut impetrant tuam proscriptionem, nam Lepidus fratrem suum Paulum, Antonius, auunculum suum, ut diximus, proscriptus (Beneficiorum tuorū teipsum) cui potissimum be nefeceris, exemplū à uita ante acla. (Hominem nequam) adludit ad id quod ipse dixit in, ij. Philippica, O hominem nequam, quid enim aliud dicam magis proprieſibil aliud possum dicere. (Haud sum) aut scribendum est, aut placabis ecce quod est multo turpius, (Audacem) quoniam cum Cicerone loquens nondum illum cum Catone confert (Suos triumviro) quoniā & hi tres uiri sunt qui possint Rempub. constituer, & nomen inuidiosum mitigauit ad illos transferendo (Vindicatam) accusatione Verris, qui Siciliam in prætura uexarat. (Dicitari regnum) quem defendit apud Cæsarem, (Aegyptum) fortassis Aegyptijs aliqua in parte operam suam præstisit, in restitutione regis Alexandrini Ptolæmei Augustæ, quod autē dicit de perfidia, de Pompeio intelligendum, ne sibi non tutum putaret Cicero eo accedere (Viuum consilium) ut uiuat consiliū, legendū. (Mors nec immatura) in Catilinam, (Idiotam perit) cum hic locus tamen sit depravatus, etiam si frigidum sit, legamus idiota perit. i. quantumcūq; illa grandia olim dixerit, nunc certe idiota. i. priuatus perit, (Collum tritum) metaphora à bobus, uel allegoria potius. (At dato rogari) for. à uiclo (Caio. Verri) Fortassis. i. quod Plutarchus, inquit, Ciceronem non caruisse suspitione, q; parvo admodum licet Verri estimasset Hs. septingentis quinquaginta millibus. (qui cū tertius) cum, uidetur eradicendum propterea enim q; tertius esset ueritus ne ab altero præripseretur occasio ignoscendi, præoccuparet ipse, (Fortasse irasci) uel ob hoc ipsum, q; cum Cicero non uideretur dignum ducere, quem rogaret.

¶ Alia suasoria pro Cicerone.

Dicitur Elberat Ciceron, an promittente salutem Antonio orationes suas cōburat. Hæc inepte facta cuiusbet uideri potest. Pollio vult illam veram uideri, ita enim dixit in illa oratione quam pro Lamia dedit.



LIBER PRIMVS.

A SINII POLLIONIS Itaq; nunquā perficeret , nec mo-
ra fuit, quin evitaret, suas esse q;s cupidissime effuderat orationes in An-
tonium, multiplicesq; numero & accuratius scriptas illis contrarias ede-
re, ac veluti ipse palam pro concione recitare, pollicebatur: cæteraque his
alia sor didora multo: vt tibi facile liqueret, hoc totū adeo falsum esse,
vt ne ipse quidē Pollio in historiis suis ponere ausus sit. Huic certe actio-
ni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum hæc dixisse, nec enim
mentiri sub triū vitiorū conscientia sustinebat, sed composuisse. Nolo
autem vos suenes mei contristari, quod à declamatoribus ad histori-
cos transeo, satissimam vobis, & fortasse efficiam, vt his sententias lectionis
solidis & verum habentibus recedatis. Et quia hoc si tamen recta via cō-
res. sequi non potero, decipere vos cogar, velut salutarē pueris datus po-
f. contas sitionem, absinthiatū poculi. Huius adeo contrectationis consilium habuisse
tionis. Ciceronē non dicit, vt neget tēpus habuisse. Ita enim ait **L I V I S**
M. Cicerō sub aduentum triūvitorū cesserat vrbe, certum habens id
quod erat, non magis Antonio eripi se quā Cæsari Cassum & Brutū
posse, primo in Tusculanum fugit, inde transuersis itineribus in For-
mianum, vt ab Caeta nauim consensurus proficiscatur. Vnde aliquo-
ties in altum prouectum cum modo venti aduersi retulissent, modo ip-
se iactationem nauis cæco voluente fluctu pati non posset, tædium tan-
dem eum & fugæ & vitæ cepit, regressusq; ad superiorem villam, quæ
paulo plus mille passibus à mari abest, Mortar, inquit, in patria sepe set-
uata. Satis constat, seruos fortiter fideliterq; paratos fuisse ad dimicā-
dū, ipsum deponi lecticā & quietos pati, quod fors iniqua cogeret, iusa-
isse. Prominenti ex lectica præbentiq; immotam cervicem caput pre-
cisum est: nec satis stolidè crudelitati militum fuit, manus queq; scripsit
Al. expro se in Antonium exprobantes præciderunt. Ita relatum caput ad Ar-
perantes. tonium iussuq; eius inter duas manus in rostris positum, ubi ille con-
sul, vbi sepe consularis, vbi eo ipso anno aduersus Antonium, quanta
nulla inquam humana vox, cum admiratione eloquentiae auditus fue-
rat: vix attollentes lachrymis oculos homines intueri trucidata mēbra
eius poterat. Bassius Ausidius, & ipse nihil de animo Ciceronis dubitas-
uit, quin fortiter se morti nō præbuerit tantū, sed obtulerit. **A V F I-**
D I I B A S S I. Cicero paulū remoto velo postquā armatos vidit,
ego vero cōsistō, ait, accede veterane, & si hoc saltē potes recte facere, ins-

cide ceterū nūcēm. Trémēti deinde dubitātēq; quid si ad me, inquit, p̄mū
veris̄etis? Cremutius Cordus, & ipse ait, Ciceronem cū cogitasset, virū
ne brutū, an Cassiū, an Sext. Pompeium peteret, oia illi displicuisse, p̄r̄
ter mortē. **C R E M V T I I C O R D I**, Quibus vīlis lētus Anto-
nius, cū peractā proscriptionē suā dixisset, esset quippe nō satiatus mo-
do cædētis ciuiisbus, sed defectus, quoq; s̄int pro rostris exponit. Item For.^{des}
qua s̄epius ille ingētū circūfusus turba processerat, q̄ pauloante colue-
fatus, p̄tis cōctōnib; q̄bus multorū capita seruauerat, tū per artus suos la-
tus, aliter ac solitus erat, à ciuib; suis cōspectus est, p̄tendēti capiti orig; f. pendens
eius impensa saepe, breui ante princeps senatus Romaniq; nominis titu-
lus, tū pretiū intersectoris sui. Prēcipue tamē soluit pectora omniū in la-
chrymas gemitus q̄ visa ad caput ei⁹ deligata manus dextra, diuinæ clo-
quētē ministra, ceterorūq; c̄edes priuatōs luct⁹ excitauerū, illa vna cō-
munē. **B R V T I D I I N I G R I**. Elapsus interim altera pte ville Cic. Ies-
tifica p̄ agros sereba, sed vt v̄dit appropinquare notū sibi militē Popl̄
liū nomine, memor desensum a se, lettore vultu asperxit: at ille, v̄istorib;
Idipsum imputatur, occupat facinus, caputq; descisum, nihil in ultimo
finie vītē faciētis, quod alterutrā in partē posset notari, Antonio portat,
oblit⁹ se pauloante desensum ab illo. Et hic voluit positi in rostris capi-
tis miserabilē faciē describere, sed magnitudine rei obrut⁹ est. Itē **B R V**
T I D I N I G R I Vi vero tussu Antonii inter duas manus positi in ro-
stris caput cōspectū est, quo toties auditū erat loco, sedato gemitu & fle-
tu maximū vīti inferi, nec vt solet ita depositi in rostris corporis cōcto
audiuit, sed ipsa narravit. Nulla nō pars fori aliquo factatiōis inclītae si-
gnata vestigio erat. Nemo nō aliqd' etus in se meritū fateba, hoc certe
publicū beneficīū palā erat, illā miserrimi tēporis seruitutē ac aleā dela-
tā in Antoniū. Quoties magnti alicui⁹ mors ah historicis narrata est, to-
ties fere toti⁹ cōsummatio vītē, & q̄si funebris laudatio reddit⁹: hoc semel
atq; iterū a Thucydide factū, idē in paucissimis p̄sonis v̄surpatū a Salu-
stio, Lilius Venign⁹ cibis magnis viris p̄stitit, Seq̄entes historici mul-
to id effusiv⁹ fecerū. Ciceroni hoc, vt ḡreco verbo utar, επιτάφιον Liui⁹
redit. **T I T I L I V I I**, Vixit tres & sexaginta annos, vt si vis absuis-
set iūe immatura quidē mors videri possit: ingeniu & operib; & p̄mis
operarū felix: ipse fortū diu p̄spere, & ilōgo tenore felicitatis, magnis
interim iūtus vulnerib; exilio, ruina partiū, pro quibus steterat, filiae

LIBER PRIMVS.

morte, exitu tam tristi atq; acerbo, omnium aduersorum nihil ut vita dignum erat tulit, praeter mortem, quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod à victore inimico crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunæ composito fecisset. Si quis tamen virtutibus virtus pè posse sit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cuius laudes sequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Ut est noster candidissimus omnium magnorum ingeniorum estimator. T. Linius plenissimum testimoniu Ciceroni reddidit. Cordi Cremutii non est operæ deferre etiam reddit tam Ciceroni laudationem. Nihil enim ipso Cicerone indignum est, ac For into ne hoc quidē, quod penè maximū est, tolerabile est. C R E M V T I I
lerabile C O R D I. Privatas enim simultates deponendas interdum putabat, publicas nunquam. Vides credendam eius non solum magnitudinem virtutum, sed multitudinem quoq; conspietendam. A V F I D I I
B A S S I. Sic M. Cicero decepsit, vir natus ad Republicę salutem, que diu defensa & administrata in senectute demum è manibus eius elabatur, non ipsius virtus læsa, quod nihil in salute eius aliud illi, quam si caruisset Antono, placuit. Vixit sexaginta & tres annos, ita ut semper aut peteret alterum, aut inuicem peteretur, nullamq; rem rarius, quam dñe illum quo nullus interesset ipsum mori, vidit. Pollio quoque Asinus, qui Verrem Ciceronis reum fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen quamvis inuisitus plenum ei reddit. A S I N I I P O L L I O N I S. Huius ergo viri tot tantisq; operibus mansuris, in omne ævum prædicare, cuius ingenio atq; industriae superbe natura pariter atq; fortuna obsecuta est. Et quidē facies decora ad senectutē prosperaque permanxit valetudo, tum pax dilutina, cuius instructus erat artibus contigit, namq; à prisca severitate iudicis exacti, maximorū noxiōrū multitudo prouenit, quos obstrictos patrocinito incolumes plerosq; habebat. Ita felicissima cōsulatus et sors petēdi & gerendi munera magna, deū cōsilio, industriaq; utinam moderatis secundas res, & fortius aduersas ferre posuisset: namq; viræcum venerat ei, mutare eas nō posse rebatur. Inde sunt inuidie tempestates coortæ graues in eum, certiorq; inimicis aggrediendi fiducia: maiore enī simultates appetebat animo quā gerebat. Sed quādo mortalitū nulli virtus pfecta cōtigit, qua malor pars vitæ atq; ingenii stetit, ea iudicadū de homine est. Atq; ego ne miserādi quidē ex-

tus eum fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset. Affis
mare vobis possum nihil esse in historiis eius hoc, quem retulit, loco dī
serius, ut mihi tunc non laudasse Ciceronē, sed certasse cum Cicerone
uideatur. Ne hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concus
piscatis, cōcupiscite, & poenas Ciceroni dabitis. Nemo tamē extot disser
tissimis viris melius Cicerōis mortē deplorauit quā Cornelij Seuerus.

CORNELII SEVERI.

Oraq; magnuant spirantia pœnè vitorum
In rostris facuere suis, sed enim abstulit omnis,

Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago.

Tunc redeunt animis ingentia consulis acta,

Iurataq; manus, deprensaq; foedera noxæ,

Patritiumq; nefas, est nunc & pena Cetegi,

Delectusq; redit votis Catilina nefandis.

Quid fauor aut cœtus, pleni quid honoribus anni

Profuerunt, sacris & vita quid artibus acta?

Abstulit vna dies æui decus, istaq; luctu

Conticuit Latiae tristis facundia linguae,

Vnica sollicitis quondam tntela salusq;

Egregium semper patriæ caput, ille senatus

Vt inde ille fort, legum iitusq;, togæq;.

Publica vox eius æternum obmutuit armis.

Informes vultus sparsamq; cruore nefando

Caniciem sacrascq; manus, operumq; ministras

Tantorum, pedibus ciuis protecta superbis

Proculcauit ouans, nec lubrica fata deosq;

Respexit, nullo luet hoc Antonius æuo.

Hæc nec in Hæmatio mittis victoria Perse,

Nec te dire Syphax, non fecit in hoste Philippo.

Inq; triumphato ludibria cuncta Iugurtha

Absuerant, nostræq; cadens ferus Hannibal iræ.

Membra tamen stygas tulit inuolata sub umbras.

Non laudabo municipem nostrum bono versu ex quo hic multō me
lior Cornelij Seueri processit, Cōticuit Latiae tristis facundia linguae.
Sextilius Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, in æqualis

poëta, & penè quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubensis poëtas ait, pingue quiddam sonatæs atque peregrinum. Is hanc ipsam proscriptionem recitatus in domo Messalæ Gorini, Pollioñem Asi nium aduocauerat, & in principio huc versum nō sine assensu recitauit, Deſtendus Cicero est latiæq; silentia linguae. Pollio Asinus nō equo animo tulit, & ait, Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua videturis, ego istum auditurus non sum, cui mutus video, atq; ita consurrexit ne interfueret recitatione eorum, quod Cornelium fecio, cui nō æque dispuicuisse hunc versum quam Pollio appareret, quod meliorem quædem, sed non dissimilē illi & ipse cōposuit. Si hic desero, fecio futurū, ut vos destinatis eo loco legere, quo ego à scholasticis recessi. Ergo ut libertū velitis vscq; ad vmbilicū reuoluere, adiutia sua oratione proximæ similem,

S C H O L. (Contreclationis) licet uarie emmendet, fortassis melius retrahatur. Elationis (Exprobrantes) exproperates (Remoto uelo) et lectione. (Trementi deinde) ipſi militi (Quid si ad me) quam obſtupnisses, si non in alijs prius excusasses istam crudelitatem. (Quibus uisis) manibus & capite. (Peractam proscriptiōnem) quoniam unum Ciceronem petebat, (Defectus) defessus for. (Per artus suos) per eum locum circumlatuſ est, non ipſe, sed per suos artus, i.eius loco artus delati sunt, per eum in qua locum quem ſepe anteā uiuus ornarat (Imputaturus) forte in bonam partem i.e. in illorum gratiam dictrinus ſe interfecisse. (Alterutram) laudem aut uituperationem, (Inferiæ) ſupple celebrantur, uel dic inſerias, ut ſit concio non audiuit ſed narrauit inſertas corporis non ut alias ſolet depositi, neq; enim truncati & lacerati artus deponebantur (Hoc certe publicum) quod priuatum eſt beneficium in ſingulos, dum nemo non predicit alio quo ſe affectum, iam publicum eſt, (Illam miserrimi) etiam hic aliquod uerbum ſupplendum, ut dicatur omnes dolebant eam fortune potentiam ad Antonium delatam, (Præmiis operarum) Laborum, illam enim potentiam quam habuit Cicero patrocinij officijs ſibi comparauit. (Vere aſtimanti) magis indigna eſt in hoc mors Ciceronis, q; uidetur illum interfeciffe Antonius quaſi faciente fortuna, & ad id prebente occaſionem, ultroq; in manus uelut excomposito & ex paſto offerente, magis, inquam, in hoc eſt indigna, quam quod ab homine occiſus eſt. (Nullam rem rarius) omnes ciues opera Ciceronis indigebant, & ea de cauſa raro is dies euenit, quo nullius interefſet ipsum mori, quoniam in rem erat omnium eum uiuere (Superbe natura) q; ita illi indulſerit, uel ingeñio, uel induſtriae, non quaſi beneficium conſerentes, ſed quaſi audientes diſcio,

et ulro imperta facientes, superbe uel magnifice, uel ipsi quasi imperioso et pro arbitrio illis imperanti (A Prisca severitate) severitate indicis comparauit sibi nomen optimi patroni (Poenas Ciceroni dabitis) dum concupiscitis uideremini Ciceronis emulo fauere, at si legeritis ea ipsa lectio se uindicabit, nimirum quae dura sit et ingrata (Spirantia pene) pene uiuentia, (In rostris suis) ubi prius ipsi uel honores a populo suscepserunt, uel ad populum concessionabantur, eo enim in loco multorum proscriptorum capita iussu triumvirorum fuisse proposita. (Abstulit omnes) conuertit in se omnium uultus (Tristis facundia) uel quae hunc exitum Ciceroni attulit, uel quae alijs dolorem oppressa ipsa reliquerit, (Lubrica fata) inflabilem fortunam, et Nemesis ultricem. (Aematio Perse) Macedonicus, nam thessalia Macedonie uicina est, hunc autem uicem Paulus Aemilius, (Dire Syphax) a Scipione minore uictus, in triupho ducens, Tiburi in custodia mortuus est, (Hoste Philippo) hic a Flamminio uictus, apud Plu, in eius uita, et Iustinum, xxx.lib. (Iugurta) Iugurta, a Mario uictus, nota est histioria apud Sallustium, (Anibal) in Bythinia se ueneno sumpto interfecit, cum audisset legatos Roma missos ad se depositendū, Iust, Plu, (Nostra ira) moriens ad explendā iracundiā nostrā. (Municipē nostrū) Sextiliū Enā. Cordubensem de quo statim meminerit, (Quales esse Cicero) in oratione pro Archia poeta (Cui mutus uideor) cum ille dicat cōtinuisse iā lingua latia, latiaeque silētia lingua.

C Alia suaistoria ad Ciceronem pertinens.

D Eliberat Ciceron, an scripta sua comburat promittente Antonio incolumentatem si fecisset. **Q. A T E R I V S.** Non seres Antonium, intolerabilis malo ingenio felicitas est, nihilque cupientes magis accedit, quam proprie turpitudinis conscientia. Difficile est. Non seres, quam, & iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies: quod ad me quidem pertinet, multum a Cicerone absum, tamen non teget me vita mea, sed pudet, ne propter hoc quidem pertinet multum a Cicerone. Ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te. Remittere ait se tibi ut viuas, commitemus quemadmodum eripiat etiam quo vixeras. Crudelior est passio Antonii quam proscriptio. Ingenium erat in quod nihil iuris haberent triumviralia arma. Commentus est Antonius quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone proscribere, tolleret per Ciceronem. Hortares te Ciceron ut vitam magni aestimares, si libertas suum in ciuitate haberet locum, si suū in libertate eloquentia, si non ciuili ense cervicibus lucretur. Nūc ut scias nihil melius.

LIBER PRIMVS.

esse quam mortem, vitam tibi Antonini promittit, peditus nefariorum proscriptio
nis tabula, tot praetorii, tot consulares, tot equestris ordinis viri per
tire, penè nemo relinquitur nisi qui seruire possit. Nescio an hoc tem-
pore vivere possis Cicero, nemo est cum quo velis. Merito Hercules ille
lo tempore vixisti, quo Cæsar ultro te rogauit ut viveres, sine villa pa-
ctione, quo tempore non quidem stabat Res publica, sed in boni pri-
cipis sinum ceciderat. **G A E S T I I P II.** Nunquid opinio me fe-
sellit? intellexit Antonius saluis eloquentiae monumentis non posse Ci-
ceronem mori, ad passionem vocaris, qua passio melior in te pars tua
petitur. Accommoda mihi paulisper eloquentiam, Ciceronem peritus,
sum rogo. Si te audissent Cæsar & Pompeius, neq; insisterent turpem so-
ciatem neq; diremissent, si uti iniquā consilio tuo voluissent, neq; Pō-
petus Cæarem, neq; Cæsar Pompeium deseruisset. Quid consulatum
salutarem urbi, quid exultum consulatu honestius, quid prouocatam in
ter initia adolescentiae libertatem, tyrocinis tuis Syllanam potentiam,
quid Antonium auulsum, Catilinam Res publicae redditū signosce Ci-
For, a te. diu ista narrauero. Forstian hac die nouissimo audientur. Si occide-
tur Ciceron, facebit inter Pompeium patrem filiumq; & Afrantum Pe-
treiumq; Qu. Catulum, M. Antonium illū indignum hoc successo.
A l. Caru re generis. Si seruatur, viuet inter Vētidios & Canarios, & Saxos. Ita du-
tios. blum est, an satius sit cum illis facere, an cum his vivere? Pro uno homi-
ne iactura publica pacisceris. Scio omne pretium iniquum esse quod il-
le constituit, nemo tanti emit Ciceronis vitam, quanti vedit Antonius.
Si hanc tibi passionem ferret, viues, sed eruentur oculi tibi, viues, sed de-
bilis abuntur pedes, etiam si in alia damnata corporis praestans patientia
exceptisses tamen linguam. Vbi est sacra illa vox tua? Mori enim natu-
ræ finis, non pena, hoc tibi vni non liquet? At videris Antonio persuas-
sisse. Assere te potius libertati, & vnum crimen inimico adiice. Fac An-
tonium mortendo nocentorem. **P. A S P E R N A T I S** Ut Anto-
nius Ciceroni parcat, Cicero ipse in eloquentiam suam animaduertet.
Quid autem tibi sub hac passione promittitur. **Vt. Cn.** Pompeius &
M. Cato, & ille antiquus restituatur Res publice senatus, dignissimus
apud quem Cicero loqueretur. Multos ea re victuros animi sui cōtem-
ptus oppressit, multos perituros parati ad pereundum animi ipsa admis-
ratio eripuit, & causa illis vivendi fuit, fortiter mori. Permitte populo

Romanō cōtra Antonium. Licet scripta combusseris, Antonius paucos annos tibi promittit, at si non combusseris, populus Romanus omnes. **P O M P E I I S Y L O N I S.** Quale est ut perdamus eloquētiā Ciceronis, fidem sequamur Antonii? misericordiam tu istam vocas supplicium summum ingentio Ciceronis? Credamus Antonio Cicerō, si bene illi pecunias crediderunt scenariorum, si bene pacem Brutus & Cassius. Hominem & vitio naturae, & licentia temporum insanitem, inter scēnitos amores ciuii sanguine luxuriantem, hominem qui creditoribus suis oppigneravit Rēpublicam, cuius gulæ duorum priū cipum bona Cæsarīs & Pompei non potuerunt satisfacere. Tuis viarē Cicero verbis, cara est cuiquam salus, quām aut dare, aut eripere potest Antonius. Non est tanti seruare Ciceronem, ut seruatum Antonio desbeam. **T R I A R I I** Compulsus aliquando populus Rō. in eam necessitatem est, ut nihil haberet præter Iouem obsecsum & Camillum exulet, nullum tamen fuit Camilli opus matus, quām quod indignū pustauit, viros salutem paſtioni debere. O graue vitam etiam si pretio datur. Antonius hostis à Republica iudicatus, nunc hostem Rēpublicam iudicat. Lepidus, ne quis putet illum male Antonio colligā placuisse, alienæ semper dementiæ accessio, vtriusque collegæ mancipium, noster dominus. **A R G E N T A R I I**. Nihil Antonio credendū est, mentior, quid enim iste non potest, qui occidere Ciceronē potest? qui seruare, nisi crudelius quām occidebat, non potest. Ignoscētē tibi ilium putas, qui ingentio tuo irascitur: ab hoc tu speras vitam, cui nondum verba tua exciderunt? Vt corpus quod fragile & caducum est seruetur, pereat ingenium quod æternum est: ego mirabar si non supplicia crudelior esset Antonii ventus. **P. Scipionē** à maioribus suis descissētem generosa mors in numerum Scipionum reposuit. Mortem tibi remittit, ut id pereat quod solum immortale est. Qualis est pacio? Auferetur Ciceroni ingentium sine vita, promittuntur obliuione nominis pauci seruitutis anni. Non ille te vivere vult, sed facere ingenti tui superstite. Viue, ut Cicero audiat lepidum, Cicero audiat Antonium, nemo Ciceronem! Patieris perire, ut quod in te optimum habes, ante te efferas. Sine durare post te ingentium tuum, perpetuam Antonii proscriptiōnem. **A R E L L I I F V S C I**. Quoad humanum genus incoluisse manserit, quamdiu usus litteris, honor summae eloquentiae pretium

LIBER PRIMVS.

erit, quamdiu rerum naturæ aut fortuna steterit, aut memoria durauerit, admirabile posteris vigebit ingenium, & uno proscriptus sæculo proscribes Antoniū omnibus. Crede mihi vilissima pars tui est, quæ tibi vel eripi vel donari potest. Ille verus est Cicero, quem proscripti Antonius non putat, nisi à Cicerone posse. Non ille tibi remittit proscriptionem, sed tolli desiderat suam. Si fidem deceperit Antonius, morieris: si præstiterit, seruies. Quod ad me attinet, fallere malo. Per te. M. Tulli quatuor & sexaginta annos pulchre actos, per salutare Reipub. cōsulatum, per æternam si patens ingenii tui memoriam, per Reipub.

quæ ne quid te putas carū illi relinquare ante coepit, oro & obtestor,
*Lege, an
te te perit* ne moriaris confessus quod nolueris mori. H V I V S suas orationes alteram partem neminem scio declamasse, omnes pro libertate Ciceronis solliciti fuerunt, nemo pro ipso, cum adeo illa pars non sit mala, vt Cicero, si hæc conditio ei lata fuisset, deliberatus nō fuerit. Itaq; hanc suas orationes nemo declamauit efficacius quam Sylo Pompeius, non enim ad illa speciosa se contulit, ad quæ Cæstius qui dixit, hoc grauius esse supplicium quam mortem, & ideo hoc Antonium eligere, breuem vitam esse homini, multo magis seni, ita memorie consulendum quæ magnis viris æternitatem promitteret, non qualibet mercede vitam redimeret, & has conditiones intolerabilis esse, omnia potius subeunda quam monumenta ingenii sui ipsum exufere. Iniuriam illum facturum populo Ro. cuius lingua in ciuem extulisset, vt insolentis græciae studia tanto antecederet & eloquentia, quanto fortuna: iniuriam facturum geni humano, pœnitentiam illum acturum tam degener spiritus empti, cum in seruitute senescendum fuisset, in hoc unum eloquentia utendit, vt laudaret Antonium, Malle cum illi ait, dari vitam, eripi ingenium. S Y L O P O M P E I V S sic egit vt diceret, Antonium nō pacisci sed illudere, non esse illam conditionem sed cōtumeliam, cōbustis enim libris nihilominus occisurum: nō esse tam stultum Antonium, vt putaret ad rem pertinere libros à Cicerone comburi, cuius scripta per totū orbem celebrarentur, & hoc petere eum quod possit ipse facere, nisi forte non esset in scripta Ciceronis is qui esset in Ciceronem. Quare nihil aliud eum agere quam vt ille Cicero multa fortiter de mortis cōceptu locutus, ad turpes cōditiones perductus occideretur. Antonium illi nō vitam cum conditione promittere, sed mortem sub infamia querere.

*f. degene
re.*

For. pos. te non esset in scripta Ciceronis is qui esset in Ciceronem. Quare nihil aliud eum agere quam vt ille Cicero multa fortiter de mortis cōceptu locutus, ad turpes cōditiones perductus occideretur. Antonium illi nō vitam cum conditione promittere, sed mortem sub infamia querere.

Item quod turpiter postea passurus esset, nunc illū fortiter debere pa-
ti. Et hæc suasoria insignita est. Dixit enim sententiam Cacozeliae ge-
nere humillimo & sordidissimo, quod detractu aut adiectiōe syllabæ fa-
cit sensum. Proh facinus indignū, peribit ergo quod Cicero scripsit,
manebit quod Antonius prescrīpsit. Apud Cæstium prætorem de-
clamabat hanc suasoriā Sardinus ingeniosus adolescens à quo græcae
fabule eleganter in latīnum sermonem conuersæ sunt. Solebat dulces
sententias dicere, frequentius tamen prædulces & infraetas. In hac sua-
soria cum iusurandum bellis sensibus prioribus complexus esset, adie-
cit, ita te legam. C A E S T I V S homo nasutissimus dissimulauit ex-
audisse se, vt adolescentem ornatum quasi imprudens oburgaret, quid
dixisti? quid ita te fruar? Erat autem Cæstius nullius quidem ingenii, Ci-
ceroni etiam infestus, quod illi nō impune cessit, nā cum M. Tul. filius
Ciceronis Asia obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit,
preter urbanitatē, coenabat apud eum Cæstius. M. Tullio & natura me-
moriā demperat, & ebrietas, si quid ex ea superat, subducebat, subin-
de interrogabat, quis ille vocaretur qui in imo recumberet: & cum sepe
subiectum nomē Cæstii excidisset, nouissime seruus vt aliqua nota mea
mortali eius faceret certiorem, interroganti domino quis ille esset, qui
in imo recumberet, ait, hic est Cæstius qui patrem tuum negabat litté-
ras scisse: afferrī protinus flagra iussit, & Ciceroni, vt oportuit, de coria
Cæstii satis fecit. Erat autem etiam ibi pietas. Non exigeret Scordalus
Hybræ disertissimi virti filio male apud se causam agēti & cū
in quadam postulatione Hybris partibus stultorum locum ad literam
omnibus agnoscentibus diceret. Age, inquit, nō putas me scripta didic-
isse patris mei, quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra: G A R
G O N I V S amabilissimus in hac suasoria dixit duas res, quibus stu-
tiores ne ipse quidem vñquam dixerat: vnam in principio, nam cū cœ-
pisset scholasticorum frequentissimo sā more à iurefrando, & dixisset
multa; ita quamprimum tantum timeat, quantum potest, ita vt totus vi-
uat Cicero, aut totus moriatur, vt ego quæ hodie pro Ciceronis inge-
nio dixerò nulla pactione delebo. Alteram rem dixit, cum exempla re-
ferret eorum qui fortiter perierāt: Iuba & Petreius, mutuis vulneribus
concurserunt & mortes fœneranerunt.

¶ Libri primi suasoriarum finis.

LIBER PRIMVS.

SCHOL. (Intolerabilis) quam non potest ferre, sed uelut impotens erupit in omne genus audacie (A Cicerone absum) & etate & dignitate (Quo Cesar ultro) Plu. in uita Cice. de colloquio Cæsatis cum Cicrone, & ipse etiam Cicero, in oratione pro Ligario (In finum ceciderat) ut non quidem flaret, sed non prorsus cecidisse uideretur, que in boni principis finum cecidisset (Inter initia adolescentiae) cum inuitu Sylla Roscium Amerinum defendit, & ea de causa se deinde contulit in Asiam, (Catilinam) rediit enim tanquam alter Catilina ad excidium patriæ, (M. Antonium) oratorem intelligit proscriptum Mariana seditione, (Vetidios) hic postea ad magnos rerū successus fauēte Fortuna puenit, nam Parthos ad id tempus iniectos uicit, fugauitq; Apianus de bello Parthico. (Iactura publica) tuorum operū, pro uno homine, pro te, (Tati emit) nemo n. daret monumēta illius ingenij, pro illo, (Vt Gne, Po, Mar, Cato) quasi dicat hoc promitti nō potest. (Multos ea re) multi periēre deiectione animi, ueluti alioqui si se uiros prestatissent, multi contra seruati sunt audacia sua, (Contra Antonium) ut plus possit Po. Romanus tibi donando immortalitatem, si fortiter moriaris, quam ille tibi uitam eripiendo, cum famam non possit. (Bruetus & Cassius) quoniam filios suos obsides pro concordia illis dederat Antonius. (Scenicos amores) Mimes de qua Cice, in ij. Phi. (ingenij tui superstitem) qui uiuas post ingenuituum. i. scripta tua ab illo deleta, uel a te potius, quod mox aliter uariavit, ante te efferas (Fallere malo) potius eligerem ut fidem nō prestat, ita enim te occidet, & non seruies. (Reliquere ante ceperit) sic emenda, quae nequid te putas carum illi relinquere, ante te perit. i. non potes seruare illi aliquam rem charam, hoc est te ipsum, quoniam illa iam interiit, (Confessus q.) nam post istam passionem te interfecit Antonius. (Iniuriam illum) Scriptit Cicero in Antonium ut esset quod contra poneretur à Romanis, Philippicis Demosthenis, alludit autem ad id quod dixisse fertur Apollonius Molon cum Cicerone declamantem audisset, id igitur nunc adimit Cicero si patiatur scripta sua comburi. (Malle cum) malecum (Non esset) forte, non posset, utrobiq; (Cacozeliae) depravata & corruppta affectionis, que specie uirtutis delusa in uitia incidit. (Sordidissimo) paronomasia. (Ita te fruar) in adolescentem scomatice diclum, & contumeliose, (Superat) super erat. (Scholasticorum frequen.) ita Cicero in diuinatione Cælium irridet ab hoc tritissimo more incipientem, (Quæ hodie pro) comparabat scripta sua homo ineptissimus cum scriptis Ciceronis, quasi uero magna iactura in ijs esset studiorum.

Efinis suas orationum.

DECLAMATIONVM.
LVCII ANNEI SENECAE DE
CLAMATIONVM.
LIBER VIII.

Fol. cii.

Quoniam hic cōtrouersiae deerant, declamationes subiectimus earū loco.

¶ Declamatio prima de orbata, quæ sibi præciso la-
queo sacrilegium confessa est.



A GISTRATVS de confessâ sumat supplicium.
Amisso quædam viro cum duobus liberis, laqueo se
suspendit. Incidit ei laqueum tertius filius. Cum sacri
legio facta, quereretur sacrilegus, illa dixit magistratus
se fecisse sacrilegiū. Vult magistratus tanq; de confessâ
sumere supplicium. Filius contradicit.

Prima pars pro filio contra magistratum.

Faciant iudices in foro, quod domi feci, matrem morte prohibēs. Pincian⁹
Quomodo, inquam, fecisti? quo loco quæ fustuleras condidisti? Hæres faciam.
bat, nec quicquā sacrilegiū nisi pœnam nouerat. Amisit duobus filiis,
sacrilega sibi videbatur, quod visuebat. Non obfuturus vent, sed seruatu Pin. affi-
rus. Alit pro reis rogant, ego rogo team. Nullum accusator nisi in turus.
subsellitis meis habet testem. Non est confessio, vbi eam accusator eruit, Pi. nescit
negat rea, tortor expressit. Fertur quædam viso contra speim filio ex Pin. citra
pirasse. Si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus do-
lot? Mater habes non mediocre solatium. Vides aliquid & deos perde-
re. Magis deos miseri, quam beati colunt. Nō fecit sacrilegiū multiter, -
non fecit anus, non fecit orbata, nō fecit quæ custoditur, nō fecit quæ Pin. orbā
confitetur. Iratis, inquis, dīs sacrilegium potuit committere. Frangitur Pin. uel
calamitosis animus, & ipsa se infelicitas damnat, & hoc conditio humana iratis.
na vel pessimum habet, quod fortuna quos miseris fecit, & supersticio-
sus facit. Diligentius dīt colūtur irati. Quid ergo fecit? Vnde scire pos. Pin. quis
sum qui matrem custodio? Ago causam legum, ne carnificem, quem sa-
crilegis minantur, calamitosis adhibeant. Deos ita coluit, ut quæ tā pro
multis timeret. Confessio conscientiae vox est. Confessio coacta, & quæ
fecit agnoscentis, est verbum.

Pars altera pro magistratu contra filium.

Omnium vox erat, sacrilegium latere non poterit. Quisquis est,

LIBER OCTAVVS.

non ipse bonum exitum faciet, non quisquam suorū. Et si nemo fuerit accusator, ipse narrabit. Cōcitata processit, velut diis ipsis persequētibus. Feci, inquit. Supplicium de ea, vel nunc exigamus homines, de qua dī olim exigere cōperunt. Violatorum numinum maiestate compulsa est, vt mori etiam vellet & deberet, & non posset. Incisus est et laqueus. Tu putabas sacrilegum mori posse. Omnia fecit, vt taceret, quāne confiteretur, etiam mori voluit. Si crimen queritis, sacrilegium factum est. Si sacrilegium fatetur, facti causam queritis, si priusquā amitteret liberos, auara, si postquam amiserat, irata.

SC H O L. (Faciant indices) forte faciam melius ut referatur ad filium. (Quomodo inquam) potest latem detrahis mulieri ad perpetrandum sacrilegiū. (Ego rogado ream) ne fateatur, & se feruet. (In subsellīs) pugnans est figura te dictum. i.e. nullum habet, neq; enim testes pro accusatore, poterant sedere in subsellīs rei. (Confessio ubi) manifeste uidetur addendum, nisi, alioqui sensus non quadrat, sponte enim quis fatetur, confitetur coactus. (Quid magius dolor) à simili, non q; gaudium dolori simile sit, sed uis ipsa affectus (Et deos perdere) forte allusit ad sacrilegium cū urbanitate quadam, in quo dicit fū deos aliquid perdere, id quod surripiatur ē templis, uel dī aliiquid perdunt, quemadmodum Venus quæ amisit Adonim, & in ipsa ambiguitate lepos est (Magis deos) ad refutationem spectat, ne propter calamitatem aut egestatem uideatur suspecta sacrilegiū. (Mulier anus) his omnibus eripitur facultas à locis personarum, (Deos ita coluit) etiam in ante-cla uita ostendit pietatem.

¶ Altera pars.

Ex ipsa confessione suspicionem mouet, q; agitata mala conscientia se ipsa ultero detulerit (Facti causam queritis) melius cum interrogatione, deinde respondeat, & causam subiicit, si prius quā amitteret liberos, fecit propter auariciam, si postquam amiserat irata.

¶ Divisio.

In cōiecturali suspicionum locos inseguimur, quamq; fū potest esse questio, an insanie argumentum sit ultro fateri mortis proposito periculo.

¶ Declamatio secunda de Phidia trūcato manibus.

Sacrilego manus p̄cidātur. Erit ab Atheniēsibus Phidiam accepētū, ut is Iouē Olympiū faceret, pacto interposito, vt aut Phidiā, aut cētum talēta redderēt. Iouē pfecto Erit Phidiā aurum rapuisse dixerūt, & manus tanq; sacrilego præciderunt, truncatū Atheniēsibus reddunt. Petunt Athenienses centum talenta. Contradicuntur.

DECLAMATIONVM.

FOL. clit.

¶ Prima pars pro Atheniensibus.

¶ Iam Phidiam commodare non possumus. Tunc deum illa māle-
stas exprimi potest, cum animus opera prospexit, Manus duxit ante si-
bi, quā operi. Iouem fecit. Sacrilegi vos estis, qui præcidistis consecra-
tas manus. Primum sanguinem sui artificis vidit deus. Testor Iouem,
iam proprium Phidiae deum. Ars altos in miseria sustinet, te fecit misere-
rum. Paciscendum Phidiam manus fecerant. Sine eo Phidiam nos rece-
pturos speratis, sine quo vos accepturi non fuistis. Cōmodauimus qui
posset facere deos, receperimus qui ne adorare quidem possit. Non pudeat
vos Iouem debere sacrilego! Superest homo, sed artifex perit. Poenam
nobis Phidiae, non Phidiam redditis. Manus quae deos solebant facere,
nunc nec homines quidem rogare possunt. Talem fecit Iouem, ut hoc
etius opus Elii ultimum esse vealent. Manus cōmodauimus. Manus re-
poscimus. Elias testis est, Elias accusator, Elias iudex. Atheniensis tan-
tū reus. Inuoco deos, & illos quos fecit Phidias, & illos quos facere po-
tuit. Receperimus Phidiam. Confiteor si possumus commodare.

¶ Pars altera pro Eliis.

¶ Habuimus aurum olim sacrum. Habuimus ebur. Sacrae materiæ ar-
tificem quæsuumus. Disposueramus quidem, ut aliis templis quoq; sic Pin. alijs
mulachra Phidias ficeret. Sed non tam necesse erat ornare deos, quam quoq;
vindicare.

¶ SCHOL. (Elii) Qui elidem incolunt, iuxta quām siebant certamina
Olympica, ubi erat etiam signum Iouis Olimpij, (Iam Phidiam) Ab usu,
rem enim uidetur sustulisse, qui usum eius abstulit. (Manus dixit) Prius ip-
se animo, deinde etiam manibus rude simulacrum effinxit. (Phidiae deum)
Non tantum ab illo factum, sed illius etiam vindicem (Ars alios). A contrario
indignitas est, (Paciscendum). Quem cum pactione & pignore ad uos mittere-
mus (Debere sacrilego) Etiam compertum sacrilegium dissimulandum uobis
erat, ne uideremini debere Iouem sacrilego. (Ut hoc eius opus) Suspitionem mo-
uet, quasi non propter sacrilegium occiderint. (Elias testis) Hoc pertinet ad in-
firmandam coniecturam sacrilegij (Confiteor) Inclusam habet negationem.
propterea non receperimus, quia commodare non possumus.

¶ Dimisio.

¶ Ommissa quæstione coniecturali quæ per suos locos tractari debet, quæstio
iuris est, an debuerint quem sub reddendi pactione acceperant, etiam comperto-

LIBER OCTAVVS.

scelere punire, & si punire alio modo possent, an eo possent, quo inutilis siebat in eo ipso, quo illis profuerit, sub illa priore continetur, an maior sit ratio fidei ad liberationem, quia peccati ad damnationem, & an illi ingrati in hoc ipso fuerint, an uero magis teneatur ulcisci religionem uiolatam, quia accepti beneficij habere rationem, immo ne beneficium contulisse qui sacrilegus esset, ne deos quidem uelle ab ipsis manibus, aut effungi, aut exornari.

Declamatio tertia de iuuene retinente dinitem
vxorem fratris, suspitione adulterii.

Pin. ab. **D**Vorum Iuuenut pater vni vxorem dedit, quo peregre profecto, infamari ceperit sacer in nrum. Maritus reuersus duxit ancillam vxoris, & torsit. Illa in tormentis perit. Maritus incertus quid quæsterit, laqueo se suspendit. Imperat alteri filio pater, ut eandem ducat, Nolentem abdicat.

Prima pars pro filio contra patrem.

Duc, inquit, fratris vxorem. Si hoc fieri potest. Adulterium frater innenit. Haec est mihi causa abdicationis, quæ fratri mortis fuit. Duc, inquit, fratris vxorem. Tentari sine qua est fides credidi. Mulier si nubere lugenti potes, facis ut omnia de te credatur. Cogor eam ducere, quæ mihi causa abdicationis est, populo rumoris, viro mortis. Legi iā vxorem, quæ, si peregrinatio inciderit, mecum peregrinari velit, quæ si viro aliquid acciderit, alteri nubere nolit. Qui audiunt me abdicari, putant fratrem aliquid suspicatum de me.

Pars altera pro patre contra filium.

Obiecisti mihi ultimum nefas, & quod qui tantum est suspicatus, noluit vivere. Impulsu tuo frater torsit ancillam, & quia nihil reperit, falsas suspitiones morte plauit.

CSCHOL. (Si hoc fieri) si talis es, ut alij possis nubere, extincio semel marito, indicio est, adulterium à fratre deprehensum, (Haec est mihi) duplē sensum habet, uel hec. i. uxor aut mulier, uel eadem causa i. amor patris erga nrum (Si peregrinatio) figurare illam notat, quasi propterca suspiciam, q. maritum deseruerit in peregrinatione. (Suspicatum de me) figurare etiam & hoc, sed obscure, q. abdicatione sine causa esse non debeat, ac propterca si propter hanc abdicatus non sum, necesse est aliam occultam, & turpem causam latere (obiecisti mihi) colore in aliam causam derivat factum suum.

Divisio.

DECLAMATIONVM.

FOL. cclii.

Cluctum habet figuratum, neq; enim filius palam patri audet obvincere, atq; ideo figura intelligendum relinquunt, praeter figuram & suspicione, quæstio iuriis est an legitima sit causa abdicationis nolle dueere uxorem, & si sit, an uxorem fratris non debeat ducere, & fratri antea suspectam.

CDeclamatio quarta de homicida insepulto.

Homicida insepultus abficiatur, Quidam se occidit. Petitur ut in Pin. in se sepultus abficiatur. Contradicitur.

insepul.

CPrima pars pro homicida sepelendo.

Cafferre sibi coactus est manus assiduis malis. Summam infelicitatū suarum in hoc remouit, quod existimabat licere misero mori. Infelicitate adoleſcēs, cū te & sepultura prohiberi video, destno mirari quod peristi. Tales inimicos habes, vt etiam mortuum persequantur. Facilius miserum quā sceleratum fortuna vincit. Sumpsi huc ferum Catō, & quā inuidiosum, quod Catonem occideris. Non perdideras sepulcrum, nisi in morte reperisses. Quid est miserius in vita, quā velle mox, quidē. Quid in morte, quā sepeliri non posse? Quis miretur cum mori voleat? Cur luisse, quem fugientem quoq; fortuna persequitur? Omnibus natura se ti perdi pulturam dedit. Naufragos idem fluctus qui expulit, sepelit. Suffixoru deras corpora crucibus, in sepulturam suam defluunt. Eos qui vivi vruntur pena funerat. Irascere intersectori, sed miserere interfecti. Homicida, inquit, est qui se occidit. Hunc irascitis? Pro quo irascitis? Non aliud Scævulae Mutio cognomen dedit, quam quod à Porsenna libertatem, manus suæ vñtione, defendit, nec aliud quā vilitas fuit. Non aliud Codrus ceteris imperatoribus dedit exemplum, quā quod positis imperatoris drum. Insignibus, ad mortem cucurrit. Nec villo maior fuit dux, quā quod seducem non esse mentitus est. Non postulo ut gloriosum sit, sed ut tuum sit mori. Non magis crudeles sunt, qui volentes vivere occidunt, q; qui inor volentes non sinunt. Curtius deficiendo se in præcipitem lacum, tatum sepulturæ miscuit. Celebretur Cato, huic miserrimo, quod aliquid non ignave de spiritu suo statuit, tantum impune sit. Etiam vulnera infelicitas scrutantur in crimen. Aestimare an vivere licuerit, cui nec morti quidem licuit.

CPars altera contra homicidam sepelendum.

CFacinus indignum, si inveniantur manus quæ sepellant eum, quem Pin. quod occiderunt suæ, Sumpsi gladium. Video ardentes oculos, In quæ nescio. solū scio

LIBER OCTAVVS.

Scelus cogitat. Nescio culis criminis sibi conscius confugit ad mortem. Cuus inter scelera etiā hoc est: quod damnari non potest. Contra hōz inuentum est, vt aliquid post mortem timerent, qui nec mortē timuerūt. Nihil non ausurus fuit, qui se potuit occidere.

SCHOL. (Et quām inuidiosum) Et quidem inuidiosum Pincianus commendat, vir nostro saeculo eruditissimus, in castigationibus in Senecam, (Non perdideras) Legit idem, Curti perdideras sepulturam, ut sit nomen proprium, ille enim Curtius nisi moriēs se precipitasset in biatum, quo simus sepultus es, seipsum interficiens sepulturam perdiderat. (Suam defluunt) liquefcente tabo, (Sed misereri) sed miserere, tanquā alter sit inferens sibi manus, alter cui inferuntur, (Irascere interfectori) uitiosum argumentum ατισγεφον, quod cōtra etiā ualet, misereor interfecti, sed irascor interfectori, (Non aliud Codrus) Pin, legit non aliud Codrum ceteris imperatoribus edidit exemplum, (Nec mori quidem licuit) quomodo non licuit si mortuus es an quia lege non permittente, (Damnari non potest) iam morte suppicio & damnationi subductus.

Declamatio quinta de parte repetente filiū quē prius expulerat.

Abdicavit filium quidā. Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit pro p̄mio ad patrem redditum. Pater contradicit. Pater postea fortiter fecit. Petit ad se filii redditum, Filius contradicit.

Prima pars contra filium.

Ego fortior sum, post tuā pugnam pugnauimus, post meam vīctimā. Reuertere, dignam domum te feci. Iste oculi mei sunt. Iste manus meæ sunt. Ista cōtumacia mea est. Si mereor p̄mī, patri date. Si non mereor, isti suum reddite. Ego, inquit, eadem lege p̄mī non acceperī. Hoc est unde abdicatus es. Cum putas nihil inter te & patrem interesset, alias, illa post similia opera, si tantū cōmilito essem, me patrē adoptare debueras. Admoneo te iuuenis. Hoc p̄mī qui recusauerat, petit. Timeo, inquit, ne me iterū abdices. Cōmissurum me putas, vt iterū rogem: Bello grauiore pugnauī, quo necesse fuit etiā senibus militare, quo fortes esse nō potuerūt etiā qui priore bello fuerāt. Ille annos suos exercuit. Ego vis Pi. tu fre ci meos. Tu fecisti bellū. Ego sustuli. Quanta exhortatio iuuentū fui fēgīli. nix fortis. Vtīq; nostrū p̄mī reddite. Militauis senex, Militauis exāgnis, Militauis qui iā vicarium dederā. Vtīq; nostrū cum rogatur, fāssi Pi. addit dit, cū relinquit, roget. Quid nos suspicari cogis, quod nō vis in pater sine tuo nā domū ventre? Turpe erat virū forte, nisi à patre coacto, non recipi p̄mio.

DECLAMATIONVM.

fol. cv.

CPars altera pro filio contra patrem.

Quid me captiuum ex libero cupis? Quid ignominiae subiicit vi-
tium fortē? Quid efficiſ, ut poſſim abdicari? Meus, inquit, es filius.
Quid opus eſt p̄m̄io ſi tuus ſum?

SCHOL. (Poſt tuam pugnam) ideo ego fortior ſum, quia tua opera
ad huc nobis reliquit, ubi eſſet pugnandum, mea fuſtuli, (Contumacia) que ſit
ineluti argumentum ex eo pater natum, ne poſſit ille dicere non ſum filius tuus,
quem prius abdicabas, nec uolebas recipere, (Suum reddite) quod prius poſcebat
ut recipetur. (P̄m̄io nō accepi) ergo nec tu nunc, à ſimiſi, (Hoc eſt unde)
quia nondum tam fortiter feceras, ut dignus eſſes, qui recipereris, (Cum putas
nihil) etiam ſi ego te fortior non fuſsem, ſed ambo ex æquo fortes, tamen ope-
rum ſimilitudo nos debebat coniungere, ut tu uel commilito tantum & non fi-
lius me patrem deberes eligere. (Tu feciſti bellum) Pin, fregiſti bellum. (A pa-
tre coacto) an quia coactus eſt illum non recipere à iudicibus contra filium ſen-
tentiam ferentibus? ſed quomodo hoc congruit, cum ipſe met contradixerit?

Divisio.

Caufa comparatiua eſt nam dicit filius, par ratio in utroq; eſt, quemadmo-
dum ego lege p̄m̄io non ſum aſsequuntus, ſic nec tu debes aſsequi, pater re-
ſpondet nondum illum tam fortiter feciſſe, ut p̄m̄io mereretur, ſe autem for-
tius feciſſe. & ideo p̄m̄io deberi, in hoc ſtatus coniecurae, in quo multa à
pater dicuntur, q; ipſe bellum fuſtulerit, q; ſenex, q; exanguis militauit, q; fuerit
exemplum iuueniis fortiter faciendi.

Declamatio ſexta de filia pauperis poſt paſſum
naufragium à diuine vitiata.

Vitiata vittioris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Diues
pauperem de nuptiis filiae interpellauit tertio. Ter pauper nega-
uit. Profectus cum filia, naufragio expulſus eſt in diuitiis fundum. Ap-
pellauit illum diues de nuptiis filiae. Pauper tacuit, & fleuit. Diues nu-
ptias fecit. Redierunt in urbem. Vult pauper educere puellam ad ma-
gistratus. Diues contradicit.

CPrima pars pro paupere contra diuitem.

Adducatur ad magistratus puella, qd times? Certe vxor tua eſt. Que
ri nec de morte poteris, ſi hanc puella maluerit, Nemo vñq; raptor ſe-
rius perire. Ut litus agnoui naufragus in altū nataui. Quid times, ſi exo-
raſti? Accessit ad me p̄m̄io, filiam tuā ducere volo, inquit. Non ſicut,

LIBER OCTAVVS.

Tunc enim licuit negare. Nuptias filiae, tanquam naufragium meū fē
ui. Naufragus plus de litore queror. Inter naufragium quidem & nup
tias, nec vna quidem nox interfuit. Differat nuptias, dum flere sacer
Pin. desi sinat. Putat iam me filiam cōmisissē sibi hic, cum nec dūm se cōmittat
nat. vxori. Lachrymis inter verba manāribus venio, talis & in nuptiis filie
Pin. sibi, fui. Si rapta est, cur optionē recusas? Si vxor est, cur times? Loquor vbi
cū hic. primum licet, procul à conspectu reliqueram patriam, nondum tamen
possessionem diuitis præterieram. Subito fluctibus inhorruit mare,
ac discordes in pernicitem flaucre venti. Demissa est nox cœlo, & tantū
Fī. inter fulminibus dies redditur. Inter terrā & cœlum dubit pependimus. Ad
mare ter huc tamen bene fidicēs naufragiumus. Naufragium manus restat in lit
ramq. tore. Erat in summis mōtiū specula ardua diuitis. Illic iste naufragior
rum reliquias computabat, illuc vestigia infelix, & quantum sibi trāt
redderet mare. Interrogor de' nuptiis filiae, cum adhuc pulsaret aures
meas fluctus. Feci quod debut, & captus & naufragus. Inimico stu
prum lachrymis negauit. Delicatus clues, qui etiam inter naufragia ama
re potest, matrimonii celebritatem remoto angulo ruris abscondit. Ibi
fecit nuptias, quo nemo nisi naufragus venit: lachryma est indicium
inoptatae rei. Lachrymæ pignora sunt nolentum, & repugnantis anxi
mi vultus index. Nemo vñquam quod cupit deflet. Lachrymæ coacti
doloris inter præcordia & intolerabilis silentiteruptio. Sicut ille qui su
per cinerē deflet patrimonium, odit incendium, Sic qui naufragium de
bet, maria detestatur. Fletus humanarum necessitatū verecūda execra
tio est. Tute nūc sunt partes puella. Discedo. Et quod prius feci, taceo.
Si nuptia es, habes, quod optes, si vitiata, quod imperes.

¶ pars altera pro diuite contra pauperem.

Pin. exce **N**aufragium duo sacratissima inter homines acceperunt, hospitium
perunt. & affinitas. Alterum præstti, Alterum & rogaui. Oblatas conciliante
fortuna nuptias, quod erat amantis s̄epius rogaui, quod festinantis, nō
Pin. quid distuli. Quid hic raptoris est, nisi quod indotata duxi? Errat sacer, qui
enim. putat mihi cariorem futuram puellam, si me potuerit occidere. Quid
mihi super est? preces meæ quas toties adhibui, an istius lachrymæ
quas moue? Nihil mihi inimicus obticere potest præter matrimonii.
Magnus est amor qui ex misericordia venit. Fudebamus lachrymas,
ex penitētia diffidit prioris. Nec plura, aut me proloquit, aut istū respō.

DECLAMATIONVM. FOL. cvi.

dere passæ sunt mentes gaudis occupatae. Nulla integritas tatum, etiam sibi explorata, confidit, ut causam velit dicere. Si interrogaueris filiam, partem legis amputaturus es, si non interrogaueris, legem. Si genero ut tam daturus esset, etiam innocentiam relquistet. Quæritis quid dū fetet, faceret? Non negavit, & solebat negare. Si nollet mortem, optaturus est? Non enim potest eas partes legis defiderate, quas habet.

C S C H O L. (Quid times?) ex eius tergiuersatiōe suspitionē mouet, suæ ipsius cause diffidere (Queritur nec de morte) quoniā raptor cū sis sero puniris, (Naufragis in altū) q[uod] malle naufragio perire, q[uod] ad domū diuitis appellere. (Nec una q[uod]cū) ut ipsa festinatio uim arguat. (Socer finat) Pin. definat. (Inter terrā) Pin. inter terrā ē mare, (Nemo unq[ue] à pugnātib[us]. (Tuā nūc sunt) figurate h[ab]et dicit, durū. n. est aperte mortē imperare, (Hōies accepérunt) excepte p[ro]pter Pin. indicio est nō intulisse uim q[uod] beneficio uelle fecerere (Alterū ē rogaui) affinitatē. (Nisi q[uod] indotata) præter spē, quod i[p]sū pro diuite. (quas mouit) id ne est, quod mox subiungit, fundebam⁹ lachrymas ex pœnitētia diffidū prioris. (Nulla integratas) respōdet ad id quod ille dixerat, Quid times? (Parte legis amputatur⁹) necesse n. est alterā parē dū taxat optet, at si nō interrogaueris totius legis facultatē adimes, & sic humanior eris (Si genero uitā) probat nō esse seruaturū, quoniā si uellet seruare, seruaret utiq[ue], tanq[ue] innocētē. (Si nollet mortē) utiq[ue], nō peteret sibi facultatē optādi, si me nollet occidi: enībimē ex pugnātib[us] (Quas nō habet) nō eradēdū Pi. ille nūc habet nuptias, nō uult igitur nuptias optare, à pugnātibus. **D**ivisio.

Controuersia est, an sit p[er]mitēdū pauperi filiā producere ad optionē. Status autē in hoc an fuerit ille raptus, est autē finitus, pendēs ex his, an uisus sit lachrymis negare, & an cetera insint q[uod] in raptu sunt, illa autē pertinet ad cōequitatē, an debuerit diuiti negare, an sit permittēda illi optio, cū credatur optaturus mortē, prima quæstio actionis uideri potest.

**LVCII ANNEI CONTROVERSIARVM
LIBER QVINTVS.**

Controuersia vicesima quinta.

VULTERVM cum adultera q[uod] deprehēderit, dū virūq[ue] corp⁹ interficiat, sine fraude sit. Ingrati sit actio. Milciades peculatus damnatus in carcere alligatus de P[ro]p[ri]etate diues cessit, Cimon filius eius ut eum sepeliret vicariū, se pro sordide corpore patris dedit. Callias sordide diues natus redē natus.

o iii



LIBER QVINTVS.

mit eum à Repub. & pecunia soluit, filia ei suam ipse collocauit, quam ille deprehensam in adulterio deprecante patre occidit. Ingrati reus est.
ALBVTTI SYLLI. Non me mouet periculū meum: semper nos in malis nostris non fortunam, sed causam spectavimus. Nō dubito quin Callias redempturus Milciadem, si iam habuisset filiam nubilē. MVS AE altud alio pati nō potest, mihi adulteriū carcer est. **ARE L LII FVSCI PATRIS.** Nihil, inquit, filia possum dare quam Cimonem virum, quando mihi contingere ex eo nepotes: ferrum ex lege traditum, ad vindictam pudicitie, proticam. Perdidisti pecuniam Callias, si tales soluisti manus: dānatus peculatus nihil aliud hærediti suo relinquit quam se patrem. **CAESTII PII.** Non potest generosus animus contumeliam pati. Merito tu ex Cimone nepotes habere concupisti. Quid magis in me probasti quam carcere? nō sum inponentior quam pater, nec liceor, qua liceor quidē. Hoc vnu interest inter parentis & filii fortunā, quod illius calamitatum exitus fuit carcer, mea rum initium. Exponam vobis quam in neminem meorum ingratus sim. Vnius Milciadis census inuentus est Cimon filius, nec hic quidē quicquam habuit, quod dare pro patre praeter scipsum posset. In Cynegeti domo sperare nuptias poteram, in Callinachi, nec verebar, ne Cynegyrus pluris suas æstimaret manus. Redemptus Cimō redemptoris infelicitas est. **VOTIENI MONTANI**, faciat, dicat, non accepit beneficium, alter reddidit: certus reddā cū tam honeste desideraris quam dedisti. Ego adulteros dimittam quid aliud facarem, si alligatas habere manus regit meatōnūm dolor. Non me hercule sic exorasset Milciades pater. Nihil Calliae debeo nisi libertum. Est vir egregius Callias, est misericors. Sed vtiā tantū aduersus bonos malorū iniuria esset. Si nūc manus Cimonis alligantur, quantum fuit beneficium quod tunc solitare sunt? Non iste, iniquiore animo filiam amisit quam ego vxorem, sed equatore animo impudicam pati voluit. Vis diuitias tuas abscondere, cū in eos incident quā mendicitate censemur? Nihil habet domus nostra melius quod ostendat quam paupertatem. Da pecuniam Milciadi, qua damnationem luat, nocēs erit, da Cimoni qua partem redimat, plus nō erit. **VIBII GALLI.** Nullib⁹ mihi felicit̄ videor quam quod Milciadis precium fuit, alligatus facebat Persicæ potentiae vindicta, libertatis publicæ assertor, facebat crimen ingratae ciuitatis. Adulteram dī-

For, nec infelior quam in felicior q dem.

CONTROVERSIARVM.

FOL. civl.

mīttam patri, adulteram cui non tā gloriōt, quod fīlius sūm Milciadis,
 quā quod vicarius, Quid tu pœnā putas, pro Milciade alligatis si adul-
 terum solum dimitterem, exulandum est. Quid faciam: occidam: plus
 quam p̄fūstisti exigis, pro carcere exilium, Non occidam: plusquam
 p̄fūstisti exigis. Vnum beneficium dedisti, duo petis. Vterq; magnū
 beneficium dedisti. Tantundem datis recepistiſ, Cimon quod Milcia-
 dem redemist, tu quod Cimonem. Videbatur mīhi omnis maiorū meo-
 rum circa me turba fremere, dicentium, Vbi sunt illę manus quę solue-
 re Milciadem! Non mīhi occurrit indulgentia vxoris, non Callias so-
 cer, nō ullius, aut rei, aut beneficii memoria, feci quod soleo, nihil aliud
 aspexi quā patrem. M E N T O N I S. Cogita adulteros esse pro qui-
 bus rogas, cogita qualium misereri soleas. Turpe est ab eodem mītti
 & adulteros & Cimonem. Ego sum qui referte gratiā ne mortuis qui-
 dem destino. Ita mīhi veros habere liberos contingat' quod quantū sit,
 Milciades expertus est. P O R T I I Latronis. Ego adulteros dimit-
 tam: ardet cupiditate vindictæ animus. Has manus continere nō possit
 Milciades, quas alligare potuit. Si in hoc solutus sum, redde me carceri.
 Ille Græciae seruator & Persarū vindex orientisq; domitor, cui modo
 tam insignē trūphū fortuna de hoste detulerat, damnatus est pecula-
 tus, ob hoc videlicet ipsum, vt innocentia eius, quæ alioquin latere po-
 tuerat, ipsa damnatione ostenderetur, damnatus est innocēs. Quis in cī-
 uitate misericors est? nūc occasio misericordiæ venit. Milciades redimē-
 dus est. Redemi corpus tuum Milciade, ne funerī quidem interfuturus,
 in quod meipsum impenderā. Misereor accusatoris mei, non quia per-
 didit filiam, sed quia habuit: Dignus erat Callias habere tales quales re-
 demit, quod si me in hanc stuprorum patientiam redemisti, matrimo-
 nio carcerem p̄fēro. Honestius patri alligor, quā in adultero soluor.
 Vt audiui esse qui pecuniam numeraret, miratus sum fuisse in cīvitate
 nostra quēquam qui Cimonem redimere quā Milciadē maluisset. Ego
 ne patrem quidem mēū nūc innocēs fuisse redemissim. B L A N D I.
 Obiciat licet vincula, nunquam tamen efficiet, vt nō magis carcere glo-
 rier quā in matrimonio. Diuersi sunt hominū affectus. Tu fortasse Cal-
 lia vincula ferre non potes, ego adulteram vxorem. Effugies ergo adul-
 teri tanquam alligatas Cimonis manus: A R G E N T A R I I. Re-
 demptum me protinus appellare coepit de filix nuptiis. Statim, inquā,

LIBER QVINTVS.

Callias experitur an gratus sim, habes Calliam sine Cimone, pro uno
rogat, duos eripit, F V L VII SP A R S I. Dic nunc, te carcere exes-
isti, dum ego respondeam, ego me carceri tradidi: nū quā effici poterit ut
melius astum putem quod à Gallia redemptus sum, quā quod p Mil-
ciade alligatus. Filia tua abstulit tibi generū Cimonem. Duxsus est pa-
ter meus in carcere etiamnum captiuis suis plenū. I V N I I G A L-
L I O N I S. Beneficium, inquit, tibi dedi quod filiam tibi collocaui,
nunc vero Milciade grauiorem fortunam carcere sustines, Callias tecū
cōmunicare dignatus est. Ego me redemptum putabā, filiae istius em-
ptus sum. Steterunt ante oculos meos malorum imagines, missusq; se-
de sua Milciades maiestate imperatoria resulxit, & iterum meas innoce-
uit manus. I V N I I B A S S I. Callie filiam vxorem duxi. Hanc ti-
bi pater iniuriam feci dum ingratius esse nolo. Placeas tibi licet & istas
factes diuinitas, tantidem tamen redempti patrem, quanti à te redemptus
sum. D I V I S I O L A T R O in has quæstiones diuisi, an quisq;
gratiā non retulit, cum possit, ingratī teneatur. Multa, inquit, inter-
ueniunt propter quæ non debeam facere etiam si possum. Si non tene-
tur quisquis non retulit gratiam cū posset, an hic teneatur. Hoc in hac
diuisi, an possit ob id damnari, quod lege fecit, deinde an facere debue-
rit. Nouissime an si affectu & indignatione ablatus, non sicut in sua po-
testate, ignoscendum illi sit. Hoc non tanquā quæstionē, sed vt illi mos
erat pro tractatione aut loco. M O N T A N V S Votlenus quæstio-
nem hanc adiecit, an gratiam retulerit Cimon Gallæ. Tuli, inquit, filia
tuam vxorem, filia tua Milciadis nirus facta est, nō putas beneficium,
habere communis cum Milciade nepotes? G A L L I O illā quæstio-
nem duram mouit, sed diligēter executus est, quæ solet esse ingratī in co-
trouersiis prima, an beneficium accepérit. Non erat, inquit, mihi pœna
in carcere esse, mea voluntate illo peruereram: ita putas libentius in cu-
biculo tacuisse: Nullus tum erat locus Athenis honestior, quā qui Mil-
ciadem habuerat. Deinde & illam subiūxit quæstionem, an teneatur is
qui beneficium accepérit quod non petiuit. Non rogauit, inquit, te, de-
disti istud factationi tuæ, putasti ad gloriam tuā pertinere, ita tu nō ace-
pisses beneficium, si tibi soluere Milciadē cōtingisset. S Y L O P O M
P E I V S à parte Collæ duo beneficia dixit deditisse, quod redemisset,
& quod egeni filiam collocasset: hoc quod secundū posuit, nemo aliud.

CONTROVERSIARVM. Fol. xcviij.

pro beneficio imputauit, in quo adeo non dubium an beneficium non dederit, ut dubium sit an receperit. **N I G E R** Biutidius illas præterea quæstiones fecit, an si sua causa fecit hoc Callias, vt redimeret Cimonem, an sit beneficium: beneficium enim est, Inquit, quod totum eius causa præstat in quem conseritur. Vbi aliquis ex eo aut sperat quid aut præparat, non est beneficium, sed consilium: & diu executus est, & argumentis & exemplis. Deinde an sua causa fecerit Callias. **VOLVSTI**, inquit, opinione sororium illustri facto effugere, petisti ex hoc æternam memoriam. Nō magis poterat ignotum esse, a quo Cimō solutus esset, quā pro quo alligatus. Volvisti habere generum nobisē, pīū. **HISPO** Romanus durā questione fecit, an retulerit gratiā hoc ipso quod occidit. **Liberati**, inquit, te dedecore summo, in iusto tibi beneficium dedit, nō est quod miseris. Nā & me tum non rogans redemisti: hoc loco cōmemorauit illos patres, q̄ filias vitandas occiderūt, q̄ incluserūt. **Color** & **GALLIONI ET LATRONI ET MONTANO** placuit, ut nihil in Galliam diceref cōtumeliose & redēptore & sacerū, & infelicē. **CAESTIVS** multa in anarū & in sceneriore, & mēsulariū & lenonē dixit, dum vult illud probare, reddidisse se beneficium, quod tales sacerum habere sustinuerūt. **L A T R O** dixit, filiā tuam dimittam, quid adultero faciat pro vna rogas, duos eripis. Hanc **H Y B R E A S** aliter dixit sententiam.

Hæc tota diuersa sententia est à priore, etiā
si ex eadem est petita materia. Illa non est similis, sed eadem, quam dixit
prior **ADDEVS** rhetor ex Aslani non proiecti nominis, deinde
ARELLIUS FVSCVS. sic putauit

ARELLIUS Fuscus, Non dices me Gallia ingratum, unde rede-
meris cogita, merui, Deinde Fuscum cū hæc à discipulis sententiâ ei ob-
siceretur, non insciari, trāstulisse se eā in latinum, & alebat nō cōmenda-
tionis se id aut furti, sed exercitationis causa facere. Do, inquit, operā ut
cum optimis sententiis certem, nec illas corrumpere conor, sed vincere.
Tum deinde retulit quandam Thucididis sententiam.

LIBER Q VINTVS.

ex Salustii sententia nihil deminuere detimento sensus potest. T. autem Livius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc ipsam sententiam & tanquam translatam & tanquam corruptam dum transfertur, obliteret Salustio. Nec hoc amore Thucydides facit, ut illum preferat, laudat quem non timeat, & facilius putat posse a se Salustum vinci, si ante a Thucydide vincatur. CAESTIVS colorem hunc pro Callia habuit, obiecit ultra Cimonis, quod passus est uxorem suam adulteram fieri, quod non custodisset, quod expectasset dum superuentret pater, ut spectator calamitatis suae fieret. Iam, inquit, etiam si dimiseris ingratus es, ego non exceptaueram dum rogaret. HISPOROMANVS hunc colorem secutus est, & dixit adolescentem tumidum, & nobilitatis suae cogitatione insolentem, invisa habuisse beneficia sua, moleste ferentem sacerdotum suorum dicti Calliam. Item omnem operam dedisse, ut mores puellae in vita non tantum labi paterneretur, sed ipse impelleret, ut haberet iustam dimittendi causam, nec eam occasionem intermissee, sed expectasse etiam dum superuentret pater: hoc se cogitasse, expectat me, vult mecum pares rationes facere: sectisset si non ostendisset patri adulteram filiam. GORONIVS in hac controversia foedo genere cacozeliae usus dixit, stud publicum adulterium est, sub Milciadis tropheis concubere. DORION cum descripsisset gloriae sibi suisse carcerem, nunquam non se illam fortunam ostentasse dixit.

SCHOL. (Callias sordide) Pinci, sic commendat, Callias diuines sordide natus, significat autem & humili & obscuro loco, addit præterea, Plutarchi, & Aemylium probum dissentire a' Seneca in hac Cimonis historia, prodentes Epinican Cimonis sororem Milciadis filiam nupsisse Calliae, q. Cimonem ex uniculis liberasset soluto pro eo ære alieno, quod Milciades pater contraxerat (Non fortunam) non quid pateremur, sed propter quid. (Redempturus) addendum, fuisset, id autem argumento est propter filiam redemisse (Nihil, inquit,) hec ad narrationem spectant, qua pater filiam alloquebatur, (Quando mibi) si, uide tur addendum, aut optantis est (Dannatus peculator) Ipse pater Milciades, hanc unam hereditatem filio reliquit & se natum esse. (Nec licet, qua licet quidem) commendandum uidetur nec infelior, quamq. infelior quidem, cum hoc facit quod sequitur, hoc unum interest inter. &c. quasi hoc infelior sim, q. illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. (Pluris suas) hic enim Cynegrus is fuit, cui in classe Atheniensium apud Marathonam summam puppim ap-

CONTROVERSIARVM.

F. cix.

præbendenti bipenni manus est absissa , & propterea , inquit , nec uerendum erat ne ille pluris faceret suas manus , quemadmodum & ego uiles illas habui , qui uinculis obtuli , & in eadem pugna idem Callimachus intercrys , & propterea illorum meminit tanquam uirorum fortium (Non accepi beneficium) Corruptus hic locus est , si ad Calliam referatur sic uidetur posse commendari , non accepi beneficium , ante reddidi , & est obiectione , ne dicat Cimon magnum mihi dedisse beneficium , qd filiam meam uxorem duxerit , ante enim quām id faceret , ego iam reddideram illum soluendo , si referatur ad Cimōnem quod melius est , dicam , non accepi beneficium , alterum reddidi , ob hoc enim ipsum qd reddidi , videor non accepisse , quod autem sequitur , sic legitur in declamatione , reddam beneficium , cum tam honestum defuderaris , quām dedisti , id est exigis uia me beneficij pensionem , sed in re turpi , non sum ingratius , cum se tam honesta offerat occasio , quām tibi oblata fuit , cum me soluisti , reddam . (Nisi libertum) ea lege qua redempti redimentum libera ti sunt , (Sed utinam tantum) non uidetur addendum , utinam non soli bo ni essent iniurijs malorum expositi (Mendicitate censentur) quemadmodum alijs diuinitys in censum referuntur , & promouentur in ampliores ordines , sic nos paupertate insignes sumus , & noster census hic est , (Adulteram cui) emenda qui , (Exulandum est) melius esset (Quid faciam) dilema quo ostenditur plus exigi quām receperit , (Duo petis) ut utrumqz scrucem , utrumqz enim corpus interfici oportebat , aut neutrum . (Veros) non ex adultero . (Interfuturus) quoniam carcere detinebar . (Adultero soluor) ut adulterum perferam . (Cimonem redimere) & ob id indicat illum redemissc priuati commodi gratia , nam si pietate fecisset , debuissest potius Milciaden . (Habet Calliam) nisi dicat , habes Calliam . i. nepotem tui nominis sine Cimone , quoniā ab adultero genitus , nō intelligo quid sibi uelit . (Pro uno rogat) neqz enim poterā ignoscere filię , quin adultero ignoscere . (Cōmunicare) miscere genus ē sangumē . (Emptus) amminatio . (Tantidē) bonis meis omnibus , qd præter mentibz haberē . (Nō acceperis beneficium) i. pro beneficio habere debuisses , si cōtigisset tibi soluere Milciadē , (Præparat) ueluti fundamentum iaciens ad aliud impetrādum , (Deinde an sua causa) præcedit generalis , sequitur particularis . (Vitiatas occiderunt) O rebaz mus Leucotbeam filiam ab Apolline stupratam uinam desodit , O uid . libro . iij . Metamor . Hippomenes Atheniensis princeps , filiam Limonem in adulterio deprehensam , una cum ferociore equo conclusit , nec huic , nec illi cibum prebens , equus igitur fame in rabiem actus puellam devorauit . O uid . in Ibi , Solaq .

LIBER QVINVS.

Limone pœnam ne senserit illam, & tua dente ferox uiscera carpat equus (Menosularium) Mensarium & nummulariū, & argentariū, dicimus quē græce τραπεζιτῶν. (Ex Asianis) luxuriantibus & sine modo redundantibus. (Vitis obtentui) celant uirtutis ueluti speciem, (Laudat quem non iuici) laudamus eos qui non obstant fame nostræ, quo uidetur Seneca Liuiū præferre Thucididi, (Pares rationes facere) & paria facere idem est, pensare alibi: quod acceperis, uel quod diminutum est resarcire, hic dicitur per ironiam, neq; enim in occidenda filia pensabat, at propterea addit fecisset, id est pensasset, si hoc sue crudelitati detraxiisset, ne me adhiberet spectatorem. (Fœdo genere) propter uerbum quod addidit, concubere.

¶ Maiestatis læse fit actio.

E Laminitus prætor inter coenam à meretrice rogatus, quæ atebat se nunquam decollari hominem vidisse, vnum ex damnatis occidit, accusatur maiestatis. **M F N T O N I S.** Iam etiam perituri dormiebant, peragitur totus ordo supplici, ne quid se meretrice negaret vidisse. O miserum si quis meretricem offendit. O miseram matrem familiæ, si cuius foeminæ meretrice inuidet, nihil petenti prætor negaturus est. **M V S A E.** Hic est Flaminius qui exiturus in prouinciam uxorem à porta dimisit. **A R G E N T A R I I.** Obsecro luxuriam, obsecro lenocinium, obsecro histrionicā, locos inimicos, in coniuncto nihil aliud quam occidit, qui in carcere vixerunt, in coniuncto perierunt. **B L A N D I.** Feriatur in foro, omnes videant, meretrice audiat. Reliquæ prætoris uno trahebantur. Maiestatem læsam dixisset, siexeunti tibi lictor à conspectu meretricem non summovisset. **V I B I I R V F F I.** Paratus erat accusator cū commentariis, atebat, quid si meretrice desideraris? In hoc te cū uxore nō misimus, vt salua prouincia sit: optemus meretrice bonam mentem. Deditimus tibi legatum, deditimus questorē, vt tu cum me retrice coenares: meretrice uxoris loco accubuit, immo prætoris. **P A S P R E N A T I S.** Vni fortasse osculo donauit homicidiū, etiam carnafices coenaturi manus abluunt. **P O R T I I L A T R O N I S.** Ne à sibrio quidem lictore percussus est. Nō inquirō in totū annū, una nocte cōtentus sum. Bibet lictor, vt fortius serias. Ecquid intelligitis quomodo For. Po. do dānatus sit, qui sic occisus est? quid scio, an in cuius gratiā occisus est, Ro. dede in eiusdem etiā dānatus sit: quantum tibi perdididerat, tantum meretrice dediti. Si negaret, quos testes haberem: quis enim in illo coniuncto

CONTROVERSIARVM.

FOL. cx.

sult, cui tecum sit credendum: facilis est, ut qui meretrici dederit homi
cidium, neget, quā vt qui hoc quoq; dedit, quicquā inde minuerit. Nū
quā stud multerum oculis ostendi solet, aut ista tam sāpe vidisset. I V.
L II B A S S I. Inter temulentas reliquias sumptuosissimē coenæ, &
fastidiosos sub ebrietate cibos, modo excisum caput humanum fer-
tur, Inter purgamenta & tactus coenantium, & sparsam in conuictu
scobē, humanus sanguis euerritur. Gratulor sorti tuae prouincia, quod
desiderante tale spectaculum meretrice, plenum cancerem damnatis ha-
bueristi. Seruum si verberare voluisses extra conuictum abduxisses. R O
M A N I H I S P O N I S. Quis ferret te si in triclinio tuo iudicū
coegisset? Scelus est in conuictu damnari hominem, quid occidere ad
arbitrium meretricis de reo pronūctasti, nisi forte facilis in honorem
etis decollas quā iudicas. F V L V I I S P A R S I. Contactam san-
guine humano mensam loquor, strictas in triclinio securas. Quis crea-
dat ista aut concupisse meretrice, aut fecisse prætorem? Cadaver, secur-
es, sanguinem loquor. Quis inter hæc de conuictu cogitat. Hominē,
inquit, occidi, nunq; vidi, alto quā Flaminio prætore, omnia alia vi-
disti. S Y L L O N I S P O M P E I I. Virum nobilissimum & tā
tis honoribus funstum turpiter meretrix clementem fecisset, crudele
fecit. Nunquam vidi, adiice si vis, nec alio prætore videre potes. A L-
B V T I I S I L I I. Si quis autem est iudices, qui desideret, vt præto-
ris referam crudelitatem, quot præter hunc fugulauerit, quot inuoxios
damnauerit, quot carcere incluserit, huic ego me satissaturū pollicor
vno conuictu, cum sua prætura reum euoluam. Instituuntur ab isto in
prouincia epulæ, & magnifico apparatu extroxit conuictum, distin-
guntur argenteis poculis aurca, quid multa? ē carcere in conuictum
prætoris, cui stupent, misero meretrix arridet, Interim virgæ promun For.edu-
tur, & victimæ crudelitatis ante mensam ac deos trucidatur. Me miserū citur.
imperii Romani terrorе lufisti, O qui crudelitate superasti omnes tyra-
nos, soli tibi inter epulas voluptati fuit morteſtu gemitus, hic ultimus
apparatus coenæ fuit. In eodem triclinio video prætorem, amatorem,
scorta, cedes, meretrix prætori, prætor prouincie imperat. In conuictu
constituitur catenatus, qui cum languoreis prætoris istius aspexit ocu-
los, existimans ipsum prætoris beneficio dimitti, gratias isti agere, &
vtrisq; manibus mensam tenens. Dii, inquit, immortales tibi patē gra-

LIBER QVINTVS.

Nam referant. Quicunq; in eodem trichilio accubabat, altus vberim demissio capite fiebat, altus auertebat ab illa crudelitate oculos, altus riebat, quo gravior esset meretricti. Hic iste inter varios conutuarum vultus submoueri tubet miserum, stare ad prebendas ceruices in iocum. Interim distinguitur mora poculis, nec sobris quidē carnificis manu, cuius Romanus occisus est. Non peto quo minus securi percutiatur. Illud rogo, legi potius quā scorto cadat. Memento terrorem imperii queri, nō oblectamenta mulierculis. Quid ergo nunc referam Iud. ludorum genera, saltationes, & illud dedecoris certamen, pr̄tor ne se mollius moue retan meretrix. C A P I T O N I S. Exurgite nūc Brutū, Horatū, De cit, & cætera decora imperii. Vestri fasces, vestræ securæ, in quātū proh bone Iupiter dedecus reciderunt. Istis obscenæ puellæ iocātur. Quid si per deos immortales nullo solenni die, populo inspectante, in foro conututum habuisses non minuisses maiestatem imperii nostris atqui quid intererit cōiutum in forum, an forū in cōiutū attrahas? Deinde descripsit qualiter in foro decolletur. Ascēdit pr̄tor tribunal inspectante prouincia, noxiat post tergaligantur manus, stat intento ac tristis omnium vultus: sit a pr̄cone silentiū, adhibetur deinde legitima verba, canitur ex altera parte classiciū. Nūquid vobis videor describere conuulsa les tocos? Heu quā dissimilis exitus initis adest. Accusavit te, quis? Po. Ro. Ludicarūt te quis? te pr̄tor damnatū pronuntiavit, occidit meretrix. B V T E O N I S. Vt iste cum amica cœnaret iucundius, homo occisus est. Nunquid iudices vñquā pro rostris vidistis pr̄torem cū meretrice cœuantem? V O T I E N I M O N T A N I. Qui sic conniatur, quo modo trascitur? Dānaturi surāt nihil se gratiæ, nihil preciibus dare. Postulo, vt in hāc legem iures, Maiestas Po. Ro. per omnes nationes, per omnes diffusa prouincias in sinu meretricio facet. Ea imperat pr̄tori nostro, quæ prostitit: culus osculo nemo se abstinuit, nisi qui peperit suo. Cōiuīs tuos ipsa narrā, fuere credo tribuni, fuere præfecti, fuere equites Romani, cum iis ergo pr̄tor. C A S S I I S E V E R I. Nede seruo quidem aut captivo omni loco, aut omni genere, aut per quos libebit, aut cum quibus libebit, supplicium sumissas est, adhibeturq; ad ea magistratus ob custodiā, nō lātitia. T R I A R I I. Quo crimine dānatus est: cædis, nō tamē in cōiutio occiderat. Animaduerte diligenter, meretrix, ne iterū homicidū roget. M O N T A N V S V O T I E N V S

CONTROVERSIARVM.

Fol. cxl.

has putabat quæstiones esse, an quod quis in magistratu peccauit pro. For, pro
les vindicari possit, maiestatis læse reus. Vnū enim quod tueri se facto ut læse
nō potest ad Ius cōfugit, & dicit se hac lege nō teneri. Nū quicquid pec. maiestas
cauit in magistratu aliusquis, maiestatē lædit. Puta aliquē, dū magistratus tis reus.
est patrē suū occidere, veneno vxorem suā necare puta, nō hac lege cau
sam dicet, sed illis parricidii & veneficii. Vis scire non à quo siat ad rem
pertinere, sed quid siat priuatus potest accusari maiestatis læse, si quid
fecerit qui populi Romani maiestatē læderet. Puta amicam habet pro
consul, ideo maiestatis damnabit. Quod amplius dico, puta matronā
corrupit, dū proconsul est, adulterii causam dicet non maiestatis, singu
la, inquit, & stima quæ obicit. Si tantū amicam habuisset, nūquid accu
sares quod animaduertisset in aliquē nullo rogāte, nūquid accusari pos
sit. Si nō omne nō recte factū hac lege vindicari potest, an id quod sub
autoritate publica geritur? Nam cū adulteriū committit tanq̄ ciuīs pec
cat, item cū veneficiū, cū animaduertit autoritate publica vt̄. In eo au
tem quod sub prætextu publice maiestatis actione vindicandum est. For, ma
Dic enim mihi, si cū animaduertere debeat, nec legitimo cultu ac mo
re solenni vsus interdiu, tribunal concenderit coniuali ueste, si cū clas
sicum canere debeat, symphoniam canere iussurit, non lædet maiestas
temporat qui quod fecit fœdus est, & comparauit. Deinde si potest vindic
ari maiestatis lege id quod proconsul, maiestatis publicæ & iuri & ap
paratus est, peccauit, an hoc possit non potest, inquit, nihil enim detrac
ctum est populi Romani magnitudini. Is lædit populi Romani maie
statem, qui aliquid publico nomine facit, tanquam si legatus falsa manda
ta affert, non aliter quā populus Romanus dederit. Imperator fœdus
percussit, videtur populū Romanū percussisse, & continetur in ito fœde
re, nūc nec viribus quicquā populi Romani detractū est, nec opinioni
eius imputatur, si quid fecit, non populus Romanus. At ex te cæteros
estimant. Nōne & ante hunc alii fuerunt ex quibus estimari possit? &
post hūc erunt. At singulorū virtutia nemo viribus ascribit. Attame
scutum ipsum turpe est: sed multa alia, nec ideo illis populi Ro. maiestas
leditur. Nemo pene sine virtute est, ille fracūdus est, ille libidinosus est, nō
rameti si cū aliquo imitatū est malis, eo statim maiestas lædit: deinde ad
facti ipsius estimationē venit, & dixit hęc obicit, qđ meretricē habuit,
qd̄ aliquē occidit, qđ noctu, quod in cōiuiso, quod rogāte meretrice,

LIBER QVINTVS.

S Y L O P O M P E I V S has adiecit quæstiones, an si quod ei fas
cere licuit, fecit, non possit maiestatis accusari, potest, inquit: hæc enim
lex quid oporteat querit, alia quid licet. Licet ire in lupanar. Si præ-
cedentibus fascibus prætor deducetur in lupanar, maiestatem lædet,
atqui quod licet fecerit. Licet qua quis velit ueste vti. Si prætor ius in ve-
ste seruisti vel mulierib[us] dixerit, violauerit maiestatem. Deinde illam fecit
quæstionem, an ei hoc facere licuit, non licuit, inquit, illo loco, aut illo
tempore, aut ex illa causa occidere, quædam quæ licent, tempore & lo-
co mutato non licent. De colore, inquit, queritur, quo vti debeat is qui
pro Flaminio dicit. Quædam controversiae sunt, in quibus factum de-
feudi non potest, excusari potest, ex quibus est & hæc. Non possumus
efficere ut propter hoc non sit reprehendēdus, non speramus ut Fla-
minium iudex probet, sed ut dimittat, sed sic agere debemus, tanquam
pro facto non emmēdato, non scelerato tamen. Item negabat se p Flas-
minio narraturum. **M O N T A N V S**, sed his quæ obſciuntur re-
sponsurum. Atiebat autem illam sententiam Russi Vibii, colorem actio-
nis esse bonum, Senetionis esse, bonum se habere animum pro reo, in
quo libido omnis intra meretricem esset, crudelitas intra carcerem. Ip-
se Montanus illum locum pulcherrime tractauit, quā multa populis
Romanis in suis imperatoribus tulerit, Iu Gurgite luxuriam, in Man-
lio impotentiam, cui non nocuit filiū & victorem occidere, in Sylla cru-
delitatem, in L, Lucullo avaritiam. In prætore, inquit, cum illi consti-
rit abstinentia, diligentiam excutiatis quo modo vna nocte cœnaperit,
vtrum tamen, inquit, inquit est quod obſciunt, quod dominatus perie-
rit meretrice postulante, prætori perire dānato. Colorem **F V S C V S**
A R E L L I V S hunc introduxit, ebrium fuisse, nescisse quid fecerit.
S Y L O P O M P E I V S hoc colore v̄sus est, non putauit ad rem
pertinere, vbi aut quando periret qui perire deberet. **T R I A R I V S**
ineptum introduxit colorem. Sermo erat, inquit, in conuicio, contem-
ni nimiam prætoris lenitatem: alios fuisse prætores qui quotidie anti-
maduerterent, huius anno nullum fuisse occisum. Dixit aliquis ex cone-
uiuis. Tu ergo nunquā iratus? dixit & mulier, ergo nūquā iratus, quod
clementia sua contemptus esset. Curabo, inquit, sciens non decesse mihi
sceleratū, quem videre lucem ultra non oporter: occisus est, quia domina-
tus sub prætorio fuerat. Quo tempore? Est enim ullum tempus quo

Eor. ini-
qui.

For. an.

CONTROVERSIARVM.

FOL. cxii.

nocens perire non debeat? GALLVS VIBIVS dixit, merc-
trix orauit, timebam me hercules, ne exorasset ut ocederetur, aut in-
demnatus viueret. Ex altera parte multa bene dicta sunt: nultus corrus-
pte, in descriptione supplicii utique illi qui voluerunt omnia legitima
supplicii verba in sententias trahere, in vita incidentur: tanquam dixit
TRIARIVS, Summoue, audis lictor, summoue à prætore meres-
tricem: hoc loco non male adiecit, verbera, sed vide ne virgæ tue po-
cula nostra disturbent. SYLO POMPÆ VS dixit, despolia,
meretrix agnoscis hoc verbum: certe prouincia agnoscit. Sylo Pompe-
ius homo qui iudicio censebatur, & ipse ad hanc descriptionem accese-
rit, nimium tamen mali fecit, ait animaduerte meretrix, age lege, quic-
quam enim lege hic agitur? HISPA NVS dixit, age lege, ubi dici-
tur Flaminio, viue sine meretrice, cena sine carnifice. ARGENTA-
RIVS in qua solebat schemata, atrectationem violentissimam fre-
git, age lege, scis, inquit, quid dicat. Interdiu age, in foro age, stupet li-
ctor, id est, quod dicit meretrix tua nunquam se vidisse. MONTA-
NVS VOTIENS dixit, percussurus lictor ad prætorē respe-
xit, prætor ad meretricem. VIBIVS GALLVS dixit, lictori
quia bene percusserat propinatum est. Illud quod tanquam Latronis
circumfertur, non esse Latronis pro testimonio dico, & Latronem a
sententia inepte tumultuosa vindico: ipse enim audiui Florum quen-
dam auditorem Latronis dicétem, non apud Latronem, neque enim
illi mos erat quemcumq; audire declamantem, declamabat autem ipse
tantum, & aiebat se non esse magistrum, sed exemplum, nec Iulio, nee
alii cōtigisse suo, quā apud Gr̄cos Nicetę, apud Romanos Latroni, ut
à discipulis non audiri desiderarent, sed contenti essent audire. Initio
contumeliae causa à deridentibus, discipuli Latronis auditores vocabā-
tur, deinde in vsu verbum esse coepit, & promiscue ponit pro discipulo
auditor, hoc erat non patientiam suam, sed eloquentiam vendere. Ut
ad Florum reuertar, ille dixit in Flaminio, Refuisit inter priuata pocula
publicæ securis actes, inter temulentas ebriosorum reliquias humanum
enerritur caput. Nunquam Latro sic composuisset, vt quia publicam se
curim dicturus erat, dicceret, priuata pocula: neque in tam mollem com-
positionē eius sententia euanuisset, neq; tam incredibileis vñquam figu-
ras compingebat: vt in ipso triclinio inter lectos & iocos & mēlas pers-

LIBER QVINTVS.

cussum describeret. Ille cum in hac controversia descripsisset atrocitas
te supplicis, adiecit, quid exhorruistis iudices, meretricios lusus loquor.
Et ille dixit, minus notam sententiam, sed minus bonam. In sociiū nō
strum prætor populi Romani animaduerstīt, cum priuata voce, tumul-
tuario tribunalī, ebrius fortasse, nec calceatus quidem, nisi si ut omnia
expectaret meretrix, diligenter exegit. VIBIVS RVFFVS erat
qui antiquo genere diceret: belle cessit illi sententia sordidioris notae:
prætor ad occidendum hominem solcas poposcit. Alteram eiusdem ge-
neris sed non eiusdem successus sententiam, cum deplorasset conditio-
nem violatam malestatis, consuetudinem maiorū descripsisset, quassem
per voluisse ad supplicium aduocari, sententiā dixit: at nūc à prætore
lege actū est ad lucernā. POLLIO TAMEN ASINIVS
atebat hanc se sententiam recipere. VIBIVS de oratoribus, qui ver-
ba antiqua & sordida consecutur, & orationis obscuritatem severitatem
putat, aiebat Milciadem rhetorem eleganter dixisse tamen in
illis etiam si minus est insaniae minus spei est. Illi qui timent, abundan-
tia laborant, plus habent furoris, & plus etiam corporis. Semper autem
ad sanitatem proclivius est, quod potest detractione curari, illi succurrē
non potest, qui simul & insanit & deficit. Sed ne hoc genus protegere
videat, in Flaminio tumidisissime dixit MVRRHEDIVS, Præto-
rem nostrum in illa ferali cena saginatum meretricis sinu excitabitis
occisuri. Et illud tetracolo, seruitebat forum cubiculo, prætor meretrici,
carcer coniunctio, dies nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, ut imple-
retur circuitus: quem enim sensum habet, seruitebat dies nocti. Hanc
ideo sententiā retuli, quia & in tricolis & in omnibus huius generis sen-
tentias curamus ut numerus constet, nō curamus ut sensus. Omnia aus-
tem genera corruptarum quoq; sententiarum de industria pono, quia
facilius quid imitandum: & quid vitandum sit docemur exemplo: &
certe illud genus cacozelæ est, quod amaritudine verborum quasi ag-
grauatur. Iam res pettit, ut in hac controversia referamus id quod LI-
GINIVS NEPOS dixit, Reus; damnatus est legi, perit fornici:
& illud quod SENIANVS dixit, habet sui generis insaniam, cum
diceret, nocte non debere sumi supplicium, post lōgam descriptionem:
cum nunc demum victimæ quidem occiduntur. Et ad hanc controver-
siam Græci apposuerunt manum, dixit in hac NICETES

CONTROVERSIARVM.

fol. cxiii.

EVCTEMON dixit.

GLAV

CIPPVS CAPPADOX cum coenam luxuriosam descripsis-
set indignam maiestate prætoris adiecit hoc idem elegan-
tius dixit **ADDEVS** cum descripsisset coenam nocturnam

NICETES dixit,

ARTEMON eodem loco aliam dixit sententiam

SIG GLYCON dixit.

SCHOL. (Flaminius) hic frater fuit Titi Flaminij, de quo late Plu. in
eius uita, nam propter hanc libidinis infamiam à Catone censore senatu fuit amo-
eus, unde magna inimicitæ inter Flaminium, & Catonem sunt exortæ, idè nar-
rat in uita Catonis censorij, omnes dicunt illum tunc imperatorem fuisse, sed &
imperator prætor dicebatur, unde & prætorum eius tabernaculum, maiestatis
autem accusatus, quoniam uidetur immuniisse dignitatē magistratus, cū in mā-
cipij delicias hominem occidi iusserit, mancipium autem illud masculū dicit suis
se Plu. alijs aliter. (Perituri dormiebant) adhuc de morte securi (Meretricem of-
fendit) amplificat ex intellectu, cum etiam propter delicias homines necentur. (Si
cuius foemine) For, Si cui foemine, miseram matrem familias, si cotingat ut ei
meretrix inuideat, nā illi nihil prætor negabit, uel si cui foemine, si alicuius uxo-
ri, quid nō optabit in illā, q̄ hominē uoluit occidi? (Prætoris unco) cadauer a scle-
ratorū impaclio unco s̄epe in Gemonias trahebatur, ut de illo fugitivo q̄ in Mary
nomē inuaserat dicit Ci. in Philip. Et cōmodi imperatoris cadauer tractū est. Præ-
toris igitur intelligit, uel ipsum prætorē uncu impegiſſe cadaueri, uel unco præ-
toris, quēadmodū dicimus fasces cōſulīs, etiā si ipse cōſul nō geslet, sed ciſ liclor,
uel prætoris ad reliq̄as referatur, ut illæ sint reliq̄e ex tā immanni prætoris cōuiuio
(Nō misimus) ibi subſtēdū cū interrogatiōe, in hoc te in prouinciā cū uxore non
misim⁹ ut salua prouincia sit, optem⁹ meretrici bona mēte, in hoc sita est prouin-
ciæ salus si meretrix nō insaniat, alioq̄ quicqd petierit donabitur. (In totū annū)
quid toto anno admiserit, quod solebat inquirere accusatores (Bibē liclor) uerba
sunt uel ipſius, uel meretricis. (Perdiderat) ego arbitror legendum potius Po-
pulus Ro. dederat, Et fuit facile decipi librariū, cū ita scriptū forte reperireſſet P. R.
dederat, Et pūas ſe emmēdare puerit oia, Et erit ſenſus, q̄tū ſibi Po. Ro. dedit po-
teſtatis, in necē Et uitā aliorū id tu omne dediſti meretrici. (Quos teſtes haberē)
quasi dicat nullos, neq̄. n. illi quinō tūc eſſent occupati meminiſſe poſſent. (Inde
minuerit) in declamatiōe legitetur, q̄c̄ negaret. (Nunq̄ iſtud) hominē occidi (Aut
iſta iā) q̄ tā crudelis eſt. (Scobes) puluiscul⁹ eſt q̄ è lignis decidit, aut alia materia

p. 11



LIBER QVINTVS

cū scobina, i. līma tenuatur, uel serra secatur, intelligit autē mīcas ē id gen⁹ ana
lecta, q̄ sunt reliquæ ē purgamēta ciborū sub mēsam decidētia, (Plenum carē
rē) alioqui ex tuis ciuib⁹ iugulasset. (De reo pronuntiati⁹) necesse est illuc sentētia
de capite tuleris, nā qui fecisti quod erat difficilius. i. decollare, fecisses quod erat
facilius. i. iudicare de illo. (Clemētem fecisset) ironice dicat, turpe erat emollire ad
ueniam, exacuit propterea ad crudelitatem. (Reum euoluam) uno conuiuio ex-
plicabo omnia præture flagitia, & accusationis crimina, (Conuinui⁹ prætoris)
adde, educitur, (Terrorē lūstī) ea quæ ad terrorē adhibentur, tu conuerstī in
lusum, habet autem totus hic locus affectuōsam hypotyposin, (Mora poculis) id
spacium quod intersuit, poculis uariatur, (Legi potius) ut legi satissiat, non ut
scorto mos geratur, (Illud dedecoris) cum mutuo contenderēt uter mollius sal-
tationem eneruaret. (Ascendit prætor) per descriptionem eorum quæ non fecit,
finitio lēsē maiestatis comprobatur, (Legitima uerba) qualia erāt illa apud Li-
uiū lib. i. licet manus ligata, infelici arbori suspedito, caput obnubito. (Po. Ro.)
per suas leges, quas uiolasti, (Pro rostris) quasi tu feceris rostra, ubi hominē dā-
naris, & occideris. (In banc legem) nihil te gratiae daturum. (Qui pepercit suo)
qui noluit födere spurco halitu, (Proles vindicari) sic emmenda, an quod quis
in magistratu peccauit, uindicari possit, prout lēsē maiestatis reus. (Vnu⁹ enim)
significat qui non potest defendere factū, tanquam honestum confugit ad ius,
scriptum intelligēdū ē legitimū, uel ad statū potius actionis, cum dicat, non
illa lege agendum cōtra se. (Non à quo fiat) uel si sit magistratus, uel priuatus,
uel quauis alia conditione. (Maiestatis actione) hic uidentur deesse hæc uerba, in
eo autem quod sub prætextu publicæ maiestatis fit, maiestatis actione uindican-
dum est. (Deinde si potest) licet coniectari quid sibi uelit, licet emmendare nō sit
facile, etiam si teneatur lēsē maiestatis, quatenus proconsularem maiestatem im-
minuit, an etiam teneatur publicæ maiestatis lēsē. i. q̄ totius populi maiestatem
imminuerit, quo minus ipse Po. Ro. apud alias nationes bene audiat. (Licuit fecit)
licere dicit permissum esse, oportere, quod ex decore ē officio & dignitate sit,
(Bonum se habere) ab elevatione facti insinuationem exorditur. (In Gurgite)
Fabius Gurges hic est appellat⁹, qui triumphauit de samnitibus. (Vtrū tamen)
lege potius, utrum tamen, inquit, iniquius est, quod obiiciunt, q̄ damnatus perie-
rit meretrice postulante, an prætori perire damnato (Dixit & mulier) sic diſlin-
guit, dixit & mulier, & addatur, ille ergo nunquā iratus, q̄ clementia sua con-
temptui esset, curabo, inquit. &c. (Ne exorasset) sic emmenda, timebam me her-
cules ne exorasset, ut occideretur indemnatus, aut damnatus uiueret, (Legittima)

CONTROVERSIARVM.

Fol. cxliii.

que ex formula legis dicuntur (Despolia) inuenire cundum hoc est, q̄ se meretrix
ces despoliare soleat in Iapanari (Prouincia) nūc in aliū sensum trahit, agnoscit
enim prouincia que se uidet expoliatam furtis prætoris, (Age lege) lege agit
qui ex lege actionem intendit, & lege agit, qui ex lege uiuit, (Iniquæ solebat)
ad eas figuræ quas solebat miscere, per uim traxit affectionem, dum dicit id
esse, quod nūq̄ uiderit meretrix, nimirum carnificem stupentem, & lege age-
re, interpretatus est esse in foro, & interdiu agere. (Non patientiam) in docen-
dis discipulis, sed eloquentiam in ostentatione, (Nec calciatus) nam recumbentes
ne lecli Stragula pedibus foedarent, ponebant soleas, sic & Martialis.

Doposui soleas, affertur protinus ingens
inter lactucas oxygarumq; liber.

(Tetracolo) clausula quattuor æqualiū membrorum (Fornici) meretrici quam
à fornice sic appellauit. (Nunc denum) nunc noctu cum oportuisset interdiu
uel mane.

Vicesimasexta contiouersia.

PER VIM VIQ; gesta ne sint rata, Paſta, cōuentaq; legib; facta ra-
ta sint. Expositū qui agnoverit, solutis alimentis recipiat. Qui-
dam duos filios expositos sustulit, educauit, querenti patri naturali pol-
licitus est se indicaturum vbi essent, si sibi alterum ex illis decidisset, pa-
tium interpositum est, reddit illi suos filios, repetit vnum. **A R E L -**
L II F V S C I P A T R I S. Aequum est vt cum alienis diuidas-
mus liberos, quos non diuidimus cum matribus: si alterum nō abstu-
leris, vtrumq; habebis: quid faciam? vtruncq; genui, vtruncq; desidera-
ui, pro vtroq; pactus sum. **A L B V T I I S Y L I I.** Vnā nati sunt,
vnā expositi, vnā educati, reddit potissimum distrahuntur: distraxit il-
los fortuna aliquando à parentibus, nunquam ab ipsis. Misericordia tu-
dices, grauis iniuria est. **I V L I I G A L L I O N I S.** Duos expo For, ini-
sui, qui alterum eligere non poteram, periclitare ne qui cum duobus li-
beris in iudicium veni, sine ullo reuertar. Nam quem perdam eligere
non possum, causa pacti mei fuit, vt haberem filios, consummatio, vt
perderem, pro filiis tibi debeo, non filios. Pete quantum vis pro disci-
plinis, imputa quantum vis pro alimentis, licet plus petas dum minus
reddam. Maiores nostri viderunt quām effusa esset indulgentia pro
suis timentium, quām parata quicquid posceretur dare. Itaq; pro pa-
tre lex, non cum educatore paſta est. Non potui obligari de eis, qui in-

LIBER QVINTVS.

mea potestate non erant: si vis ex aequo dividamus, at habeatur virius: ratiō, habeam ego tamdiu duos quamdiu tu habuisti, nolite timere pueri, non dividam vos, aut utrumque habebo aut neutrum, in auctōne fratres quā fratres, perdit uterque gratiam suam, nisi cū altero est. **FVLVII SPARSI.** Ignoscere mihi aduersarius debet meos retinēti, cū pse alienos concupiscat, repetit quod adhuc habuit, retineo quod modo
For. ag: Ignoui. Agnitio dividet quos funxit etiā expositio. **CORNELII noui.** **HISPANI.** Dic uter obsequēt̄ sit, uter indulgentior, uterque inquis. Miraris si tā meos dividere nō possum? omnia pro filio pacisco, præter filium. **VOTIENI MONTANI.** Ego ne patrocinū quidē habeo. Si tā facile filios remitto, libenter exposui. Reddere istud est liberos an eripere? Utroque modo perdendi erant, vel pacti essent, vel negati, pactus sum fīens tremensque tanquam cum exponerem. **CAESTII PII.** Ne divididerem filios, una exposui, iste quoque duos sustulit, qui tantum uno contentus est, iterum cogor exponere. **IVNII GALLIONIS** contra expeditae partes vestræ sunt, utrumque ex hoc iudicio potestis patrem dimittere. **MENTONIS.** Iste assuevit caere liberis, etiam si unum accipiam necesse est torquear, duobus assuevi. Quid unquam commisi? & habes domi quos de me interroges, nihil unquam sine illis feci, nisi iudictum, vim vocas, quæ te patrem facit
For. sine hærede hærede, qui paulo ante habui filios duos tales, ut ex illis hærede unus quilibet satissit. **POMEII SYLONIS.** Videte quām hæredē modestē agā, ego sustuli, ego educaui, ego reedidi, iste eligat. **VIBII RVFFI.** Salui sunt, inquit, liberi tui, post hanc vim meam iste me osculatus est. **PASSENI.** Cedo mihi tabulas testamenti, plures in testamento habeo quām in pacto: hoc testamentum delere non cogito, si meos filios hæredes facere non possum, tuos faciam, preces meas ad filios transferam, hoc enim nomen licebit, puto, mihi usurpare dum litigo. **ARELLII FVSCI PATRIS.** Fertis hoc optimi suūnes? ego vos expositos sustuli, ego educaui, ego ægrotatibus assedi, senem me fecisti, & relinquisti: **ARGENTARIUS.** In ista vi duos filios pdidi. **DIVISIO LATRO** sic diuisit, in re vis aut necessitas sit, Nulla, inquit, vis est, armata lex, & vincula, & ultimum periculum complectitur, quorum nihil fuit in tua persona. Illic, ait, vis

est & necessitas , vbi velim nolim succumbendum est mihi , cum esset For. ax.
necessæ , non enim poteram habere alterum filium , nisi alterum pro-
mississimum . Respondeatur , primum non est vis vbi aliquid expedientia
rei causa patiendum est , sed ratio : tanq; quia non possum dominum ha-
bere , nisi hic emero , nulla alta venalis est , hanc occasionem videt vendi-
tor & premit , non tamen hanc emptionem rescindes , alioquin in infinito
tum calunnia excedet . Dicit alius , necesse mihi erat , tibi necesse carere ,
primum etiam non poteras , deinde & alia via poteras inuenire , sperare For. tibi
alium indicem . An aliter inuenire non poteras ? ergo tibi plus præstisti , necesse
An si est in re vis & necessitas , & tamen rescindantur , quæ per vim & carere
necessitatem gesta sunt , si vis & necessitas à paciente adhibita est . Nisi primum
hil , inquit , mea , an tu cogaris , si non a me cogeris . Meam culpam oportet etiam no-
te esse , ut mea poena sit . Non , inquit , neq; enim lex adhibenti vim iras poteras
scitur , sed passo succurrat , & iniquum illi videtur , id ratum esse quod ali-
quis non quia voluit pactus est , sed quia coactus est : nihil autem refert
quæ per quem illic necesse fuit : iniquum enim quod rescinditur facit for-
tuna eius , qui passus est , non persona factentis . Deinde an ab hoc vis ad
mota sit . Tu , inquit , mihi vim admouisti , qui non aliter indicabas ,
quam si pactus esset . Non est , inquit , admouere vim aliquid cum cer-
ta conditione promittere , si qua vis est a te tibi adhibita est , quod &
sponte & ad exonerandum se venisset , ut tantum patri redderet , quan-
tum educator superfluisse . Pro educatore GALLIO hunc colo-
rem secutus est , se misericordia motum . Cum viderem , inquit , morbi-
dum sine hærede esse , dixit modo ipse qui auditus est , possumus duo
patres esse , & dixit illa amabilem sententia . Da itaq; nunc penas miseri-
cors . MONTANVS VOTIENVS sic cœpit . Si quis me vi-
dit . iudices , modo duorum liberorum patrem , nunc solitudine periclitantem ,
certum habeo , dicit crudelē indicem . Et summissé cum aduersario egit ,
rogauit , ut altero contentus esset . Et illam sumpsit contradictionē , nescio
inquit , vtrū : & dixit , mihi crede q; illos optime noui , vtrū vis elige , ideo
sic pactus sū quia nihil intererat . HISPO ROMANVS erat natura , q
asperiorē dicendi viā sequeret . Itaq; hoc colore egit ut inueheret tanq;
in malū patrē , & diceret , crudeliter exponentē , perfide recuperantē . In
hoc , inquit , repetit , nō quia habere vult , sed quia eripere , trascit mihi qd
duos educat , qd indicat . Et cū descripsisset sequitā exponētis adiecit .

LIBER QVINTVS

Etiamnum mihi videtur eiusdem animi, eiusdem duritiae, quia nihil patat se debere ei, qui liberos suos educavit. Durus est pater, crudelis est, nolite credere ex illa feritate tam subitam mutationem. Sinite me in uno filio experiri. Dixerat in hac contiouersia illam quæstionem, qua dicebat se nequaquam vim adhibuisse. Quid ergo quis adhibuit vim: tu tibi, non est quod dicas alium, quis sibi ipsi vim adhibet solet fieri, ecce ego ipse mihi nocut: & illud dixit. Placet mihi in irritum reuocari quæ gesta sunt, dono quod indicauerim. ARGENTARIVS dixit, ex altera parte, miseriorem se nunc esse, quam cum ignoraret suos, & cum tormenta patris animi descripsisset, ait, etiam nunc pacisci volo, quid do, ut liberos meos recipiam: quid do ne agnouerim? Indignatio batur CAESTIVS detorquerit ab illo toties, & mutari sententias suas, quid putatis aiebat, Argentarium esse, certissimum fuis est. Solebat & græce dicere,

Fuerat enim Argentarius

Cæstius auditor, & erat imitator. Aiebat inuicem, quid putatis esse Cæstium, nisi Cæstii cinerem: & sic solebat iurare, per manes præceptoris met Cæstii, cum Cæstius viueret. Omnibus autem insistebat vestigis Cæstii, æque ex tempore dicebat, æque contumeliose, multa interponebat, illud tamen optima fide præstitti, cum vterque græcus esset, ut nunquam græce declamatet, illos semper admiraretur qui non fuerunt contenti vniuersi linguæ eloquentia, cum latine declamauerant, toga posita sumpto pallio, quasi persona mutata redibant, & græce declinabant, ex quibus fuit SABINVS CLODIVS, in quem uno die & græce & latine declamantem multa urbane dicta sunt. Dixit Atterius quibusdam querentibus pusillas mercedes eum accepisse cum duas res doceret, nunquam magnas mercedes accepisse eos, qui Ermeneumata docerent. MOECENAS dixit, CASSIVS SEVERVS venustissimam rem ex omnibus qui ab auditione eius cum rediret, interrogatus quomodo dixisset, respondit male vicit. GLYCON dixit,

GALLIO autem elegantissime dixit à parte patris, cum in ultima parte testamenti figuram tractaret, quādo ego moriens ero, tunc mihi hæres sit, vis interrogem uter? TRIARIUS dixit, à parte educatoris, Ergo ego tollere potui, educare potui, tace te non potui.

CONTROVERSIARVM.

fol. cxvi.

ST. SCHOL. (Legibus facta) adde rata sunt. Pin. (Si alterum non) hec sunt uestra educatoris, si mibi alterum des, habebis utrumque, cum parum referat, apud me sit an apud te, modo inuenieris, & scias illos uiuere, (Quid faciam) respondet pater, & uult uideri coactus (Grauis iniuria) potius legerem, grauis iniuria, (Duos exposui) duos tunc exposui, quia in tanta similitudine & amoris paritate nesciebam, utrum eligerem, eadem nunc causa periclitior, nesciens enim utrum eligam, cum utrumque ex aequo amem, periculum est ne utrumque diumittam, (Consumatio) id est expletio pauci efficiet, ut perdam, cum non possim alterum sine altero relinquere, (Dum misus) semper enim reddam mihi quod tu pro educatione liberorum mereris, (Itaque pro patre) uidetur emendandum itaque pro patre lex, non pro educatore lata est, magis enim patri fauet, cum dicit, ut solutionis alimentis recipiat, (In auctione fratres) nam si gemini praesertim sint, eidem addicuntur, (Modo ignoui) agnoui, (Ne patrocinium) ad defendenda expositionem liberorum, (Paetus sum flens) arguit uim, (Sustulit) cum inuenit expositos (Expeditae partes) iudices alloquitur, in promptu est, quid iudicare debeatis, (Vtrumque ex hoc) singularis singulos adiudicando (Sine herede) Eorū sine herede haec redem, nam tua gnosces filium, & nihil illi debes relinquere, quoniam eum ego adopto, & ita quod filio erat obiectum, ad te reddit (Plures intesta) nam tunc cum pro meis haberem non inuenio patrem, utrumque heredem institueram, nunc autem unum habeo in pacto, (Si meos filios) qui mei dicantur, & quos habeam apud me tanquam meos (In istam) quam tu mibi obiecisti, dicens tibi uim illatam, (In re uis) an in re uis, (Cum esset necesse) aliquid hic deest, uel dicis esse necesse, uel, at esset necesse, ut sit obiectio, (Et premit) aut premit te charius uocando, aut arripit occasionem, (Dic et alius) ego hunc locum ita distinguem, dicit alius, necesse mibi erat, tibi necesse carere primum etiam non poteras & deinde & alia uia, & quomodo tibi erat necesse habere, si primum carere potuisti, (Ergo tibi) conuertit argumentum, nam uel hoc ipso mibi plus debes, & cum aliunde spes nulla esset mibi indicaris, (Non inquit) responsio in contrarium est, quod magis spectet lex personam passi, quam inferentis, (Mibi autem) uidetur hic redire qua, & illo potius quam illuc legendum, (Ad exonerandum) exorandum potius, (Quantum educatori) id est alterum filium, nam unum habere satis erat educatori, (Dicit itaque) sit se ipsum alloquentis, tu ergo inquit qui misericordia motus patri indicasti, da nunc penas misericordiae tue, (Nescio, inquit, utrum) dem, aut retine, (Argentarium esse,) allusit fortasse ad nomine argentarij, qui quem admodum commutant pecuniam, sic ille comutabat sententias, (Ermeneumata)

LIBER QVINTVS.

significat interpretationes, ille autem quod græc dicebat uidebatur interpretari latine, & quod latine græc (Male nicit) For, male dicit, ut reseratur ad hoc p erat maledicuſ. (Interrogem uer) q̄ uesciret utrum eſſet daturus.

¶ Vicesima septima contiouersia.

Qui patrem pulsauerit, manus p̄cidantur. Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis accersit, imperauit adulescentibus, ut patrem cæderent. Alter ex his p̄cipitauit ſe, alter cæcidit, poſtea in amicitiam tyranni acceptus occidoſ tyrañno, p̄emium accepit, p̄tuntur manus eius, defendit pater. **C A B S T I I P I I.** Felicior eſſem si plureſ reos defenderem. **T R I A R I I.** Hæc vulnera quæ in ore videtis meo, poſtea feci quām diſmissuſ ſum, **I V N I I G A L L I O N I S.** Gratias ago filio, quod me non reliquit ſolum tyrañno, quod manus illius ſunt, ego iuſſi, itaq; criminis meo adſum. Amicus, inquit, tyrañni fuit, age hoc tantum filius meus in arce ſimulauit: Procumbo ad genua veftra iudices, ille contumax, qui cum vapularem non rogaui. **M V S A E.** Occiſus eſt tyrañno, à quo putatis, niſi ab eo qui patrem pulsare non poterat: p̄cidetis tyrañnicidæ manus: quid hoc eſt: integer tyrañno facet, p̄ciduntur tyrañnicidæ manus: patri p̄cidite, ne vindicem filium, propter quem ne à tyrañno quidem impune vapulauit: poſquam occupauit arcem, ſecuti ſunt illum homicidæ, ſecuti venefici, ſecuti quisquis pulsare patre poterat: neceſſe fuit patrem cædere, tam hercules quām neceſſe fuit ſpoliare templa, virgines rapeſte. Atebam, fili fortius feri, tyrañno ſpectat. Si talis erat filius meus qualem deſcribitis, neſcio cui magis expedierit tyrañnum viuere. O quantum iſtis debemus manib; per quas iam nihil neceſſe eſt. Occidit tyrañnum, ſic huius iratæ manus feriunt. Cum occideret tyrañnum, ſic aiebat, Pater te interficit, pater ferit, ſic fertunt qui volunt. Tecum filii incoſideratæ pietatis queror. Validius patrem cecidiſti quām iuſſi tyrañno iratus, facētiſpas cadaueris manus in me ingeſſisti. **F V L VII S P A R S I.** Tales fuerunt ex quibus poſſet alter contemnere tyrañnum, alter occidere. **I V L I I B A S S I.** Compreſſas filii manus in os meum impegi, cædenteſ consolatus ſum. **P O R T I I L A** For. p̄e **T R O N I S.** Cæde, inquit, patrem, dum ego negligens ſum, occupa ciptauit ſe ex arce filius, hoc non eſt patri parcere ſed ſibi. Dura filii, ad tyrañnum tibi per patrem eundum eſt. Tenent ecce cruentū tyrañni ca-

CONTROVERSIARVM.

fol. cxvii.

put, nunc illas præcidite. **B L A N D I.** Ut vidi tyrannicidam ex arce descendenterem, nihil prius quā manus osculatus sum. **P O M P E I S Y L O N I S.** Vtrum ex filiis meis probatis: alter se occidit, alter tyrannum, nemo ius habet in istas manus, meæ sunt istæ. Etiam cum tyranno seruerent, mihi paruerunt, ita mihi superstite filio mori liceat, ut ego illum qui mori maluit, parricidā vocau. **A R E L L I F V S C I P A T R I S.** Rogo vos per securitatem publicam, per modo restitutæ libertatis læticiam, per coninges liberosq; vestros: nemo tam suppliciter audiuit rogantem cum vapularem. Quām languide cædentes erant manus, non putares illas tyrannicidum posse facere: istæ mihi salutares porrexerunt cibos, istæ potiones, nunquam tamen indulgentiores sensi manus, quām cum me cæderent. **V O T I E N I M O N T A N I.** Pereant, inquit, potius quātū sint, qui tam fortiter loquantur. Vix inuentus est qui tyrannum occideret. Fili fortius, inquit, fers, ne nos colludere tyrannus intelligat: suspensas leuiter admouebat manus filius, stimulabat ictus, pater gemitus. Si qua est fides, iratus filium extuli, quod me non ceciderat. Necesitas magnum humanæ imbecillitatis patrocinium est. Hæc excusat Saguntinos, quam vis non cecidenter patres, sed occiderint, hæc excusat Romanos, quos ad seruilem delectum Canēsis ruina cōpulit, quæ quisquid coēgit defendit. Ille quoq; mihi pepercisset si vnicus fuisset, ille me fratri relinquebat, hic tyranno. Etiamnū, inquit, in facie tua vulnera apparēt, Fili nocet tibi qd' tā cito occidisti tyrānū. **M E N T O N I S.** Queritis qs hæc fecit vulnera? ille cui ius cecidit me in funere manus. Ita mihi libero & viuete cōtingat & mori, ita oculos meos filii manus operiāt, vt ego inter liberos meos fortior steti. Ex altera pte **A R E L L I F V S C I P A T R I S.** Tādiu cecidit patrē donec placeret tyrāno satelles, qd tu? Tu tyrānicidū facere nō potes, nisi in parricidio exercueris manus. Pater, inqt, adeſt: malo, nō. n. tātū patrē, etiā patronū cecidisti. **I V L I I B A S S I.** Quoniā eō scelerū puentū est, vt parricidē pater adſit, nō iſtus aduocatiō adſum, defendit enim quis nocēt. Ecquid agnoscitīs indulgentiā illius? Frater q; maluit perire quā patrē cedere, infelix causam suā cū fratre ſūgebat: exclamat iſte, nihil illi mādaui, ego tibi & pro illo ſatisfaciām, vt validius, inquit, cæderet. Pro Repu, inquit, feci. Vis tu pudorē habere, nec imputare Reip. idē quod tyranno? Pater, inquit, mihi adeſt, At me hercules frater non adeffet.

LIBER QVINTVS.

Habuisti, inquit, quod tyranno factares. Frater maluit mori, quisquis cædendus erat, quamvis quisquis iste tradebatur. Tyrannum, inquit, occidi, at patrem quantulominus quā occidisti? P O M P E I I S Y L O N I S. Gaudeo in subsellis istius esse patrē, quomodo enim aliter efficere potuisse ut vulnera eius videretis? Nō multum resert mea vbi sit, ab hac parte crimen obicitur, ab illa ostenditur. Grauior testis esse solet qui à reo surgit. Tali proorsus pater, quem nemo altus posset cædere, nisi amicus esse posset tyranī. Frater perit ne parricidium aut faceret aut videret. In illa præcipitia non minus, inquam, fratrem fuit quām tyranum. C O R N E L I I H I S P A N I . Descenderat cruentus pater, vexato laceratoq; corpore vix agnoscēdus, putares duos fuisse qui cecidissent: fecit quod debebat qui patrē ceciderat, amicum occidit. C A E S T I I P I I . Ego, inquit, cæsus sum, peccatum remitto. Mirarer nisi pro tam bono patre fuisse qui morti vellet. Dignus est quem inuitū vindicetis, quia apud vos tātum crudeles patres vindicantur. Pater, inquit, fuisse, ergo frater tuus impius fuit, qui patrē non paruit. Si quando lente parebat satellites, aiebat tyranus, non spectatis quemadmodum patrem ceciderit. Qui patrē ceciderit, manus eius præcidantur, hanc legem mortens laudavit tyranus. Nouissime inter filiū & patrem tyranus intercessit, an non quisquis patrem ceciderit puniatur. In lege, inquit, nihil excipitur, sed multa quamvis non excipiuntur intelliguntur. Et scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa est, quedam vero tam manifesta sunt, ut nullam cautionē desideret. Quid legis interest, excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrem pulsavit, cum illi non supplicio sed remedio opus sit. Quid opus est caneri lege, ne puniatur infans si pulsauerit patrē? quid opus est caueri, ne puniatur, si quis aut patrem sopitum, aut subita corporis grauitate collapsum excitanit, cum illa non iniuria, sed medicina fuerit? Nondum de propria, sed de communī causa loquor. Si officiose quis cecidit patrem non pulsat, puniri debet. Hanc questionem in partes plureis divisit, an tutus sit qui tyranō iubente fecit. Cogitate quām multa tyranus exegerit. Pro publica innocentia est, non licere hoc quoq; tyrannis, ut nos faciant nocentes. Tyranno iubente fecit, misericord fuit ipso vapulante. Ille non dicitur sacrilegus qui deorum immortalium dona manibus suis tulit ad tyraunum: aut qui funestas tyranūl imagines inter effigies deo

CONTROVERSIARVM. Fol. cxviii.

tum immortalium consecrauit. An tutus sit qui patre subente fecit, nō cecidit, sed paruit: & illud dixit in narrationibus, Stabat cōtumaci frater vultu, intellexit non posse cogi à tyranno. An tutus sit qui pro patria facit, an hic pro patria fecerit. Item an illo tunc tempore cogitatio nem tyrannicidii habuerit, & hoc animo ceciderit, ut aditum faceret sis bi ad amicitiam tyranni. MONTANVS & illam quæstionem ultimam fecit. An etiam si quid peccatum est, tanto merito redemptum sit? GALLIO illam quæstionem primam fecit. An ultio cœsi patris, nullus sit nisi patris. Inuitum, inquit, me nemo vindicaret, si à quo libet alieno cœsus esset, & nolle agere iniuriarum, nemo nomine meo ageret, atqui nihil interest: poena maior est eius qui cecidit, ius idem eius qui cœsus est. Contra ait omnibus actionem dari, non enim priuatam esse iniuriam sed publicam: itaq; nec taxatione defungit damnum, aut iniuriarum poena, sed manus pendere: ad omnes patres pertinere hoc exemplum, ad omnes filios, & ad ipsam Rempub. tales esse qui sicut tyranini, certe qui tyranorum amici. Et ultimas has fecit quæstiones. An si pio animo fecit nō teneatur, an bono animo fecerit. Et in illa quæstione Latronis, an tutus est qui patre volente fecerit. Nunc, inquit, singis in filii patrocinium, sed tūc noluisti. Et adiecit, ne dixeris idem voluisse patrem quod tyrrnum. Quæritis utri paruerit? Tyrannus illum armavit tanquam sibi paruisse, Pater, inquit, voluit: ita tu non tyrrano tanrum, sed patri parricidio dignus es'. Cum descripsisset impium in fratre, impium in patrem, adiecit, Tyrrnum quoq; tunc cum amare deberes occidisti. MONTANVS partem accusatoris declamauit, & hoc colore usus est, indulgentissimum fuisse in filios patrem, nimiam pietatem eius fuisse notam tyrranno. Itaq; illum qui quæreret pudicis dolorem ex impudicitia, contumacibus ex scrupule, plissimo patri tormentum quæfuisse ex filiorum impietate: & dixit illum animose loquenter, qui iussas est prior patrem cädere. Quid si non cecidero, inquit, quid facturus es? torquebis plus est quod imperas, quam quod minaris. Certamen erat in uno homine, utrum plus posset natura an tyrrnus. Cæde, inquit, non cedo: verbera, non ferio. Hæc fratre audiente. Et illud dixit cum promitteret amicitiam tyrrnus, magis premium extinxisse tyrrnici imperii quam imperium. Et cum descripsisset cœtrices pullati patris, Et forma est adhuc faciei, dixit, ab utroq; cæsum.



LIBER QVINTVS.

putes. MONTANVS tamen aiebat, nihil posse melius dici, Ex hac parte tyrannus subet, ex altera lex vetat: morieris si cecideris, more rene cædas. CAESTIVS dixit, Tyrannus imperat ut patrem cædas, non est nouum, noluisti facere. Laudatur tu me putas? ego vero non laudo, alterius ista gloria est, tu fratre imitatus es. ARGENTARIVS dixit, Tu patrem cecidisti, cum & legem nosses, & fratrem. MONTANVS dixit, Particida esse voluisti, violasti patris corpus, fratris beneficium. Ab altero, hoc colore omnes declamauerunt tanquam patre in bente fecisset. TRIARIVS dixit, In filii mei manus incurri. BASSVS IVLIVS, Ego me filii mei manu cecidi. HATERIVS dixit, Ago gratias tyranno, quod alterum filium meū custodiri iussit, ne mori posset. CAESTIVS ait in narratione, Tyrannus subet cædere, exposita tormenta sunt, quid faciat: morietur inquis: hoc dicit, ne cœdat patrem, occidat. FVSCVS ARELLIVS dixit, Cōpletebit volo istas manus optime de me etiā ante tyrannicidū meritas. GAL.
For. tibi. LIO dixit, Viderit quātum sibi se putet debere Respub. ego plus me
For. tibi. quā illā debere sibi iudico, difficultius est quod me subēte fecisti. MONTANVS VOTIENVS dixit in narratione, Si perseveras filii, fratrem sequar, Videris utrum patrem cædere malis an occidere. Hanc controvèrsiam & ab Iulio & à Sabino bene declamari memini, cū describeret tyrranum occisum, & cum ingenti gloria ex arce deductum. O te patricidain, nisi post tyrannicidū quoq; intelligas, quāto melius frater tuus beneficio perierit, quā tu occideris. Illud nō probauis, quod multa in re secura tentauit false dicere. Erat autem urbanissimus homo, vt vobis s̄epe narrauit, vt quicquid illi in eloquentia deerat, urbanitate pensaret. Memini tuis cum illū Syriacus Vallius homo disertus accusaret, & videret latinum Calumniam testem circa coronam iudicii obversari, & toties occurrere eunti Syriaco, & querere, quid haberet spes, dein de post iudicium, cum Syriacus gratias illi ageret, quod tantam curam sui egisset. At me hercules, inquit, timebam ne uno rhetore plus habemus, & testis productus cum interrogatus esset, an accepisset à patre festertia, dixit quod accepisset, an haberet, negavit. Deinde interrogatus an Calumniam haberet, Ipse, inquit, negligentiam meam nosci, an habeam nescio, accepisse mescio: & in domitium nobilissimum vi-
tum in consulatu cum thermas prospicientis viam sacram ædificasset,

CONTROVERSIARVM. Fol. cxix.

coepisset deinde rhetores circumire & declamare. Ego, inquit, sciebam
hoc te facturum, & matri tuae querenti de tua desidia dixeram

Duas eius urbanas res præterire non possum, securus
erat in prouinciam Cretam Occitum flamam preconsulē, Græci
cooperunt in theatro postulare, ut Sabinus maximum magistratum
gereret. Mos autem est barbam capillum q̄d magistrati Cretensium
submittere. Surrexit Sabinus & silentium fecit, deinde ait, hunc ma-
gistratum ego Romæ bis gesui, bis causam dixerat. Græci non bene
intellexerunt, sed bene interpretati à Cæsare petebant, vt honorem Sa-
binus & tertio gereret. Postea deinde offendit illos tota comitum co-
hors, oppressi sunt in templo ab omni multitudine quæ postulabat,
vt Romani Sabinus cum Turdo proficiseretur. Erat inter infames
maxime & inuisos homines Turdus. Cum Turdus promitteret itus
rum se, vt si de posset extre, Sabinus silentio facto, ait. Ego ad Cæsarem
non sum iturus cum mattea. Postea hoc Sabino cum causam dice-
ret obiectum est. Multa illum diserte dixisse memini, cum introduc-
tus esset ex carcere in senatum postulatus, vt diariam acciperet,
tunc dixit de fame quæstus, nihil onerosum à vobis peto, sed vt me
aut mori velitis aut viuere: atque illud dixit, Nolite, inquit, superbe au-
dere hominem calamitosum. Sæpe qui misereri potuit, misericordiam
rogat. Et cum dixisset Senianus locupletes in carcere esse, homo, in-
quit, adhuc indemnatus, vt possim viuere, parricidas panem rogo.
Cum mouisset homines & flebili oratione & diserta, redit tamen ad
sales, rogauit vt in Latumias transferretur, ne, inquit, quenquam ve-
strum decipiat nomen ipsum Latumiae, minime lauta res est: hoc re- Al. ante
tuli vt & ipsum hominem ex aliqua parte nossetis, & illud sciretis quā mo meo,
difficile est, naturam suam effugere. Quomodo posset ab illo obti-
neri ne in declamationibus vocaretur, qui vocatur in misericordia ac peri-
culis suis: in quibus vocari eum non debuisse quis nescit: potuisse,
quis credit: M V R R H E D I V S non degenerauit in hac contro-
uersia, nam colorem stultissimum induxit. Voluit, inquit, & hic fra-
tris sequi exemplum, dum retineo, dum iuctor, visus est patrē cecidisse.
Vnum ex his quos audiri declamantes scio MENTONE M vsum
nō patrono patre, sed aduocato, ipsum tyrannicidā induxit dicētem, &
colore vsum est. Non iussum se a patre, quia atebat incredibile omnibus

LIBER QVINTVS.

videt patrem coram tyranno cœdi se iussisse, sed in his esse tyrannicidæ consilium, ut per hoc ad amicitiam perueniret, per amicitiam ad tyran nicidium. Hæc eius sententia laudata est, cum describeret se patri magnus afferentem. Nihil in toto tyrannicidio difficultius feci. Illud dixit, tam tum factum esset tyrannicidium, si me frater non reliquisset. Et illud dixit. Vos ego tunc respexi tempora, leges, Respub. nam si me tantum spectasse, facile tyrranum effugissem, illa, qua frater effugerat,

CSCHOL. (Felicior esset) tota defensio transferenda est in colorem, quo dicat non ex animo factum, sed callide ut tyranus deciperetur, atq; ex uoluntate patris, atq; ideo dicit, tantum absit ut factum filij improbe, ut propter hanc causam uellem ~~et~~ alterum defendere. (Reliquit) quemadmodum alter qui se pœcipitauit. (Illi sunt) ~~et~~ non tyrami, quæ me percussunt, (Age hoc) melius an hoc, an illud uerius est id à meo filio in præsentia tyrami simulatum, (Ille contumax) per ironiam hoc dicit, neq; enim id factum est contumacia, sed simulatio ne potius & caliditate. (Validius) hoc non uidetur pertinere ad patrem, nisi hoc ipsum argumento est, q; tam fortiter feriret id uoluntate patris factum, id autem quod sequitur ita uidetur emendandum, iaecti ipsas tāquā cadaueri manus in me ingessisti. (Occupauit) pœcipitauit, lege, (Per patrem) per patris uerba. (Pecrabant) uerba sunt tyrami, uel iubentis filij ut patrem cœderent, uel alijs cuiusdam cominianitis. (Ille quoq;) haec clausula sic uidetur emendanda, ille quoq; nati pepercisset, nisi unicus fuisset, ut sit sensus, quia scidat nullū alium superesse cum alter se pœcipitasset, qui id faceret, ideo me ille cœdit, quenam aliter me reliquisset tyranno interficiendum. (Malo, non enim) esto sane, ita enim conduplicas scelus tuum, (Istius aduocationi) patris, nam filium accusans uidebar patri patrocinar, quem ille uiolauerat. (Causam cum fratre) tam sceleratus habebatur apud patrem. (Nihil illi mandaui) at inquires ego nec mandaueram illi, ut me feriret, nec ut se pœcipitaret, respondet accusator ~~et~~ inquit, immo re uera mandaueras, nam tu ipse dixisti, ut validius cœderet, hoc ne faceret se pœcipitauit. (Nec imputare) nec in affirmatiâ, uidetur conuertenda detracâ etiam interrogacione, quid mirum est si tu uelis habere pudorem, & dicere te Reipublica fecisse, quod propter tyramum feceris (Habuisti, inquit,) tam si dicat, inquit, nō est intelligenda obiection, nā multis locis hoc uerbū ponitur oculosum in his declamationibus, hoc nimis potius iactare tyramo, q; cū frater maluisset mori q; patrem cœdere, tu id fecisti, (Quamvis quisquis) non erat dubium quem intelligeret, cū iste quisquis manifeste a tyramo ostenderetur, (Quātulo minus)

CONTROVERSIARVM.

F. cxx.

parum absuit, serè occidisti (Eius uideretis) uel q. ex aduerso esset, uel nō produceretur aliter in iudicium. (In illa præcipitia) se præcipitando & tyramū & fratrem eque crudelē effugit. (Amicum occidit) ostendit non propter Rempu, sed immanitate naturæ id factum, nec enim mirum si tyramū amicū occidat, qui patrem ceciderit. (Crudeles patres) qui contra filios agunt, & ob hoc ipsū dignus est hic qui iudicetur, quoniam misericors. (Tyrannus intercessit) prohibens ue amplius cæderet patrem. (In lege nihil) hæc uidentur pertinere ad diuisionem pro parte patris, (Collapsum excitatuit) nam tunc ut excitetur uerberatur, & tamen illa uerberatio non nascitur ex impietate, atq; ideo non imputatur (Qui patre iubete fecit) adscribēda interrogatiōis nota. (Redemptū sit) an possit alterū altero pésari (Poena mior est) nō propterea q. poena maior sit, quā q. iniuriarū aēnōe infertur, ideo nō possim agere iniuriarū (taxatione) estimatiōē & mulcēla pecuniaria, qua mulcēlabatur dānari iniuriarū, (sed manus pendere,) abscondi illi manus, q. maius suppliciū est, hoc igitur indicio est, maius crīmē esse quā iniuriarū. (Sed patri) quem pater iudicaret dignum esse, qui parricidium admitteret, uolendo id filium facere (Laudaturum me putas) non laudabo q. no lueris, cum iam fratrem uideris non solum non facientem, sed ne faceret se præcipitantem. (Fratri beneficium) qui patrem pulsare noluisset. (Incurri) ego me ultro obtuli pulsationi. (Custodiri iussit) quasi se etiam præcipitaturum ni custodiretur, & ita alio colore uisit. (Ne cædat) nam nisi illum cædat, relinquit occidendum tyramo (Quantum sibi) utroq; loco, tibi, legendum. (Si perseueras) in non cædendo, (Bis gessi) nam bis reus fuit, qui solent barbam & capillum demittere, qui mos cum esset magistribus Cretensū, bis se gessisse dixit (Bene interpretati) simpliciter & non figurate & acnte, ut ille dixerat. (Cum matta) ego credo legendum cum matta, nam matta culcitra erat uilibus & sordidis rebus repleta, ut paleis iuncto, cui similem fecit hominem impurum & sordidum. (Parricidas) illos locupletes & impios qui in carcere simul erant (Minime lauta) in declamationibus legitur, illa animo meo lauta res est, locus est in interpretatione nominis. (Sed aduocato) alium aduocatū illi dedit, in cuius persona constitueretur defensio.

¶ Vicesima octaua controvērsia.

Quidam duos filios sub nouerca armisit, dubia cruditatis & venit signa insecura sunt. Tertium filiū maternus anus rapuit, qui ad visendos ægros non fuerat admissus, querenti per præconem: dixit apud se esse, accusatnr de vi. **IVLII GALLIONIS.** Vio-

LIBER QVINTVS.

lentus & impotens senex hominem liberum ē sinu meo rapuit, quod seruare tibi difficile est, auo dona. Quoties miserum me puer audies nouerca, quis est fugitue reductus es. Habui filiam, quamvis iste unus filius supersit secundam. Quam indulgenter puerperia dñisit, natus est filius, dixit, filius hic meus est: natus est alter, dixit, hic matris est: natus est tertius, dixit, hic aui est. Cum quæreret filium, erant qui suadarent & dicerent, tace, meruit excludi. C A E S T I I P I I . Quam causam rapiendi habebat impotens senex, nuquid fratres eius occiderant? Ignoscite mihi si tantum filiae meae mandata narro, hāc solam ex meis morientem vidi, habui filiam, de omnibus meis habui discendum. Habitum vagabatur lugubri fonsidaq; praetexta, omnes illius miserebantur, quosdam etiam dicentes audiui, quid, iste puer matrem nō habet patrem non habet? auum non habet? A R E L L I I F V S C I P A T R I S . Tres filios filiae meae debes, unum mihi, sine apud me nutritur. Quid, times ne admittare cum venieris? exposuisse haec tenus iuuet. Iam nunc fortuna, aut nouerca narranda est, vt vident me, hæsit comple xibus meis, puerum osculabat miser, interrogabam de fratribus, dum interrogo, dum fleo, perueroram domum. Rogo ne hoc causam meam peorem fecerit, quod ille quem rapui vincus erat. V O T I E N I M O N T A N I . Mittis præconem, adiice illi omnia insignia, hic puer matrē perdidit, fratres amisit, nouercam habet. Affirmo tibi nō iudicabis quisquis fuerit, erras & vehementer erras, filios quos perdidisti, non queris, queris quem non perdidisti. Vtra tandem iustior quærela est: pater ab auo unū repetit, auus duos à patre. V I B I I R V F F I . Raptor ille & impotens, dum moriantur nepotes mei, ad ianuā steti, plus habeo, quod auo, quām quod reo timendum sit. F V L . VII SPARSI . Unus perit, alter perit, toties fortunam accusas, nunquam nouercam. Facinus indignum, puer ad supplicium indicari à patre queritur. Ad ægrotantem nepotem veni, non sum admissus, hæc vis vera fuit. A R G E N T A R I I . Pater quos consciens habuit nescio, domi non sui, amissa filia volvi aliquem adoptare ex nepotibus, sed atcham, quid necesse est? quoties videre volam in domo venia, quoties volam in domum abducam, agamus tanquam affines. Tres habes filios, dividamus, & vide quām non improbam divisionem deaderem, extribus unum posco. Utinam omnes quos perdidit, quæ-

CONTROVERSIARVM.

fol. cxi.

réset. B L A N D I . Cum tradere vellem puerum, nescio quis excla-
 mavit, puer nunc persisti, nihil vobis subtraham : quid nis præconi
 omnia indicavi . M E N T O N I S . Rapui nepotem , habeo ,
 redderem , si pater quæreret . D I V I S I O . M O N T A-
 N V S in has quæstiones dixi sit, an in revis sit: nulla, inquit, vis est,
 quæ arma , quæ pugnai , quæ vulnera non habet . Volo mihi de-
 scripsi comitatum istius tumultus , quæ turba est: viuis puer & viuis
 senex . Rapuisti, inquit, filium meum , immo nepotem suum susti-
 lit, immo venientem non potuit excludere . An si pro illo fuit, sie-
 ri vim quæ facta dicitur, non teneatur qui fecit? Vis iniuriosa damnas-
 tur , solet enim & esse salutaris . Cum latrones aliquid ob siderent , si
 perfodissem villam armata manu , coniugem , liberos eius rapuisse ,
 accusari possem . Quod viuit puer beneficium meum est . Et medici
 alligant . & corporibus nostris , vt medeantur, vim afferunt . An pro
 illo fuerit rapi . Hoc loco accusatio nouerçæ , & insectatio patris tam
 patienter suos perditis . G A L L I O & illam quæstionem fecit ,
 & prius sumendam quæstionem putauit ex persona quam ex re . An
 cum auo nepotis nomine agi possit? Non magis, inquit , quam pro
 patre filii nomine , non magis quam cū matre . Habet sua iura natura ,
 & hoc inter animi patremq; interest, quod auo suos seruare licet , patri
 etiam occidere . Non potes, inquit, sic necum agere tanquam cum a-
 lieno , vt dicas, quid tubi cum illo qui est intestati filius? tuus hæres fu-
 turus sit , quem dermentem alligaturus es : quædam iura non lege , sed
 natura nobis attributa . Si nepotem suum auis peccantem aliquid , &
 inter lascios tocos petulantius lascivientem feriret , num iniuriarum
 quisquam cum illo ageret? Et ultimam illam G A L L I O fecit ,
 cum tractasset illa, licet mihi vt proxim facere , deinde huic profuit . An
 auo ignoscendum sit cum pro nepote , affectu latus , fecerit . Hoc loco
 tractauit quā indignum esset damnari illum ob hoc . L A T R O duas vi-
 tias quæstiones aliter posuit , & plus complexus est . Etiam si vim fecit ,
 an tamē damnari non possit, si bono animo fecerit: ait enim & de ani-
 mo fieri controversia auo , & dicere patrē, nō vt nepotē seruaret fecit , sed
 vt insamaret vxorem meā , tanquam veneficam , me tanquam veneficæ emā-
 cipatū , cui male liberi sui committeretur . Colore ergo hoc Latro codē
 vius est pro patre : vt dicet ne viua quidem uxore bene sibi cum soce-

LIBER QVINTVS.^{MOS}

ro conuenisse, suas vero professas inimicitias illum gessisse secum, lans-
guente vero genero illum venisse cum conuictio, cum vociferatione, ne-
faria & dicentem & auspicantem, autores habere amicos se, ne admittet
ret hominem, non ad officium nepotum, sed ad inuidiam & contumie-
liam generi venientem, qui ad sanos nepotes nunquam dignatus esset
accedere: medicos vero suassisse ne ventret, & puerum confunderet & im-
pleret suspitionibus. SYLONIS POMPES II color fuit, ut La-
tronis videbatur, qui controversiae repugnat: dixit enim venisse auum
ad imbecillum puerum, ad egressos non semper proximos admitti, ut quis
ad eos qui graniter ægrotant, sape & patrem non admissum. Sic autem
quocumq[ue] intempestive venienti dictum, nunc non potes, statim cum con-
uictio abesse, in altero idem fecisse. LATRO aiebat hunc colorem op-
timum esse, si recitasset, sed recti non posse: quia ponatur, non est ad-
missus, sub hoc themate intelligere nos, non hoc illi dictum, nunc non
potes, sed ex toto non potes. GALLIO vtrinque miscuit, & hoc
colore, qui videlicet non potest alioquin thema euertere, parcus vsus est.
Dictum est, inquit, illi, quiescit puer, paulam commorare, medici vete-
runt quæquam admitti: scitis solere dicere illos, nec si pater venerit: pro-
tinus iste clamare coepit, testor me non admitti, & tantum non tabellis
signatis denuntiare. Auum distuleram, accusatorem exclusi: Iterum, in-
quit, venit cum conuictio, iam unum occidistis, alterum occidistis. Nihil
est miserus, quam ubi alcui ex miseria sua inuidia queritur. Non est ad-
missus, cum dicaret se nepotem suum, non videre velle, sed inspicere.
Sic egit. Veni nō ut istum accusarē, sed ut me defendarē. GALLIO
hoc colore vsus est. Non admissi auum, quia dictum erat mihi, hoc illum
animo venire, ut raperet. Ex altera parte colorē hunc CAESTIVS
introduxit, Timuisse se de puero: frustra, inquit, duos occiderat nouer-
ca, & ait, velle ad vos nocētior ventrē reus, velle tres raperē. ARGENTARIVS
hoc colore vsus, Rogatū à puero auum: negabat, inquit,
posse se vivere si in illa relinqueretur domo. Hispanus hoc colo-
re vsus est, affectu esse ablatū. Sustuli, inquit, nepotem meū, nō potui,
inquit, sattari osculis, nō potui ab illo tācito distrahi, nolite mirari, post
lōgū tēpus illū videā. ALBVTIVS hoc colore vsus est, vt dicaret,
Nolusse illū in tam infesta domo educari, ex qua duo iam fratres elati-
erent, ei qui postea deceperit inter causas moriendi casum fratrī fuisse.

CONTROVERSIARVM.

Fol. xxii.

Et setnauit hunc colorem, ne quid in nouercam, ne quid in patrem dis-
ceret: aiebat iustissimum futurum auum, si tantum se defendere volu-
set, quid ergo? quare rapuistiq; mabam, huic maxime ab initio animum
meum addixeram. In domo vestra nihil praeter ipsam domum timui.
Si apud me duo decessissent, ex domo mea illum transtulissent. M A R
G E L L V M M A R T I V M aiebat sic narrasse, puer me secutus
est, non criminor vobis illum, quicquid est potius quam illius periculo
fiat, ego rapui. Vbi est, inquit. Vixit, saluus est, veniet cum voles aspice
re: redde, inquit, patri suo, ego asper, age, monstrabo si vis, quis ante me
tibi filios abstulerit. V A R I V S G E M I N V S eundem sensum
dixit. Que est ista autoritas præpostera, querere duos, à tertio incipit.
M O N T A N V S V O T I E N V S, homorarissimi etiam si nō
emimmēdatissimi ingenii, vitium suum quod in orationibus non cesta-
bat, in scholasticis quoq; evitare non potuit, sed in orationibus, quia
laxior est materia, minus earundem rerum annotatur literatio. In scho-
lasticis eadem sunt quæ dicuntur, quia pauca sunt, notantur. Memint
illum pro Galliæ, non nisi apud centum viros tyrocinium ponere. Ex
victoria hæres etat patris sui Galliæ, obsecrabitur illi beneficium, dixit rem
disertissimam & omnibus sœculis duraturam, qua nescio an quicquam
melius in eo genere causarum dictum. Vncliam nec filiæ debet, nec ve-
nificæ. Non fuit contentus, adiecit, in paternis tabulis filiæ locus, aut
suus debetur, aut nullus, etiamnum adiecit, Relinquis innocentium
innocenti parum. Ne sic quidem satiare se potuit, adiecit, Non potest si-
lia tam anguste paternis tabulis adhærere, quas aut totas possidere de-
bet, aut totas perdere & plura multa quæ memotia non repeto. Ex eis
quædam in oratione contulit, & alia plura quam dixerat adiecit, nihil
non ex eis bellum est, si solum sit, nihil non rursus ex eis alteri obstat.
Idem in hac declamatione fecisse eum memini. Erras pater, inquit, &
vehementer erras, quod perdidisti non queris, quem queris non per-
didisti. Deinde, puer iste inuentus perit. Deinde, quisquis puero fauet,
ne inuenient optet. Deinde, puer nisi aut sequitur, fratres secuturus est.
Desine querere, quem si inuenieris, sic perdes, ut inuenire non possis.
Et deinde, rapuit istum auum, ne raperet nouerca. Et deinde, unum tan-
tum pater ex liberis suis querit qui saluus est. G L Y C O N hūc sen-
sum semel dixit, sed genere corrupto.

LIBER QVINTVS.

Habet hoc MONTANVS vitium, sententias suas repetendo corrumptit, dum non est contentus, vnam rem semel benedicere, efficit, ne benedixerit, & propter hoc & alia quibus orator potest poeta similis videt, solebat Scaurus Montanum inter oratores Ouidium vocare. Nam & Quidas nescit quod bene cessit relinquere. Non multa referuntur quae Montaniana Scaurus notabat. Vno hoc contentus ero. Cum Polyxene esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit. Cenit ipse sepulti, In genus hoc pugnat: poterat hoc contentus esse, adiecit, tumulo quoq[ue] sensimus hostem. Nec hoc contentus est, adiecit. Aeacidae foecunda fui. Atiebat autem Scaurus rem veram, non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quā scire dicere.

SC H O L. (Violentus & impotens) pars pro patre est, & est hæc vel obiectio à genero, cui respondet auus, quod tibi seruare est difficile ab insidijs nouercæ, aucto dona. (Audies) sic coniungenda sunt, audies à nouercæ, ut sit hæc nouercæ oratio, quis est: quod est uerbum deditantis & fastidientis, & illa, fugitiue reductus es (Natus est filius) hoc referendum est ad generum, nisi malis illic legere, filius hic tuus est, ut sint uerba matris diuidéti filios præcente marito, (Erant qui suaderent) per hos intelligit nouercam, & eius necessarios. (Rapiendi habebat) lege habebam. (Impotens) non est in turpi intellectu, quem admodum dicimus tyrannos impotentes, sed inualidus. (De omnibus) de omnibus usq[ue] possim dicere habui, ut illud Terentianum, Quid dixi habere me, imo habui Cbreme, (Habitum) suspicionem mouet in nouercam, (Eliæ meæ) quoniam ex illa eos suscepisti, (Quid times) uerba sunt aut alloquentis nepotem (Non indicabit) ubi hæc tam miseranda insignia audierit. (Quos perdidisti) figura est in ambiguitate uerbi, nam perdimus, quem occidimus, (Plus habeo quod aucto) quoniam affectu naturæ difficultius à me nepos, & egrius cuelletur, quam si quid uis aliud alienus etiam reus passus fuisset, (Quos consciens) per hoc etiam suspectum patrem facit. (Nunc perdis) cum inuentus es, (Nihil subtraham) sed puerum indicabo, & reddam, (Pater quereret) & ideo uim non feci, quia illi querenti continuo reddidi. (Tam patienter) quod ipsum suspicionem habet ne con filio nouercæ fecerit. (Quam pro patre) quam cum patre potius uidetur legendum, & ex sequeuntibus & præcedentibus, nam dicit, cum quo & cum matre. (Patri etiam occidere) hoc figurare dixit, notans illum occidisse filios (Intestate) nondum mortui, uel ad matrem potius referatur, & dicatur intestatae, (Cotro uersiæ repugnaret,) quod inter uitia colorum numeratur, de quo inquit Fabius, in

CONTROVERSIARVM.

fol. cxxiii.

parte blanditur, in summa nō consentit (Accusatorē exclusi) qui ueniebat ut an-
jam arriperet accusandi. (Inuidia quā erit) quē admodū hic senex mihi quā erit,
dicens me conscientia liberos interfecitos. (Videre sed inspicere) dixit ut alterum sit
officij uerbi, alterū suspicionis. (Sic egit) uidetur deesse nomen alicuius alterius
declamatoris, pertinent autē ad patrem quae sequuntur. (Frustra duos) nisi occi-
dit & tertium. (Ei qui postea ex duobus primis (Præter ipsam domum) quasi
locus esset pestilens, uel infestus (Quā illius) quā quod illius, uel quā ut illius,
(Tyrocinium deponere) ruditas exuere, & ab illis auspicari, & ut est apud
Plinium iuniorē, non aliter adolescentes à causis centū uiratibus q̄ pueri in sebo
la ab Homero & Vergilio auspicari. (Vnicā nec filiae) quoniam filiae minimū
erat, uenificē nimium. (Aut suus) quem meretur filia, quasi uellet fortasse ex
hoc ostendere, q̄ patri non probaretur, atq; ideo suspicor illum accusasse. (Alteri
obstat) quoniam repetitum tollit gratiā alterius. (Cinis ipse) quasi ipse Achilo-
les etiam mortuus, Priami posteritatem persqueretur, (Acacida & secunda fui),
habui tam numerosam sobolem, ut essent quos perderet Achilles.

¶ Vice manona controuersia.

Venefica torqueatur, donec cōscios dicat. Quidam mortua uxori
re ex qua filium habebat, dexit uxorem, & ex ea filiam sustulit:
decessit adolescentis, accusauit maritus nouercam veri facti: dannata cum
torqueretur dixit sibi conscientiam filiam esse, petitur ad supplicium puel-
la, pater defendit. **C A E S T I I P I I .** Non est quod putetis has la-
chrymas filiae esse, aut me patrem. Non prodesset tibi puella ne hoc qui
dem, quod te frater amauit, nisi mater odisset: hoc me odisti nouerca,
quod scisti conscientiam me, eligi pœnæ. Dixit ante astam eius vitam excu-
tiamus. **F V L V I I S P A R S I .** Nefaria mulier filiae quoq; nouera-
ca, ne mori quidem potuit, nisi & occideret. Inter gladiatores vicitoris
quoq; conditio pessima est cum mortiente pugnantis. **N**ullū magis ad-
uersarium timeas, quā qui vivere non potest, occidere potest. **V I B I I .**

G A L L I . Concitatissima in mortem rabies est, desperatione ultima
In furorem animus impellitur. Quædā feræ tela omnia commordent,
& ad mortis autorē per vulnera sua ruunt. Abscissa missione gladiator
quem armatus fugerat, nudus insequitur. Præcipitati nō quod impulit
tantū trahit, sed quod occurrit, & naturali quodā deplorare mēris affec-
tu mortentibus gratissimū est cōmori. **V O T I E N I M O N T A N I ,** For. offen-
Dum filium vindico, ubi gravissime mihi nocere possit ostendit.

q. llll



LIBER QVINTVS.

Venesicū simile est mendacio. Si incredibile esset in sorore parricidū creditis, non timeo, ne quis hoc in sorore credat, quod ego vix probavi in nouerca. Natam mihi filiam quasi future pacis obsidem sustuli, alebam dum matris meminit, obliuiscetur nouercæ, at illa dum nouercæ meminit, matris oblita est. Filla, inquit, mihi conscientia est, post hanc vocem remissa putares tormenta, similis facta torquenti est: soror fratri venenum dedit, quamdiu luctati sumus, ut crederetur nouerca priuigno dedisse. Nouerca quod volueras consecuta es, damnasse iam pennis tet. AR GENTARI. Facio rem iudices non nouā, liberos meos à nouerca vindico. Peto ne, quia filium vindicauī, filiā per dam: nisi succurritis, nouerca vicit, ego vicitus sum. Duxi nescio peorem uxorem ad nouercam, hoc mihi carior est, quod tam inuisa matrī fuit. CORNELII HISPANI. Si conscientia esset neminem expectarem, scitis quemadmodum venesicam oderim, instabam tormentis, aiebā morere petus quam odisse. Non satis mihi ardere ignes videbantur, non satis insidere verbera, dixi, si quid adscire tormentis tuis possim, punto tubebo filiam afferri! Vocet huc alius matrem, quid expauisti pueras? quid ad sinus meos refugisti? quid extinuisti tanquam nouercam? MARYLLI. Ne inter supplicia quidem desit occidere, & hanc quisquam potest nō potuisse venenum sine conscientia dare: puerā, quae occidisse fratrem dicitur, quid ante peccauit? Nouerca quoque non ante occidit prīgnūm quam filiam, & bona spē est, queritis argumentum? matrī suā non placet. ARELLI FVSCI, etiam cinctibus tuis infesta est nouerca, quod vnum potest, persequitur sororem tuam. Quid adhuc potest nosse nisi fratrem? Prost illi apud vos quod illā pater laudat, & prost quod talis mater accusat. MENTONIS. Non misereris huius, miserior est quam frater, ille habuit sine dubio nouercam, torqueri. Consecuta es mulier quod voluisti, solus omnium magis sensū, cum nouercā perdidisti. PORTII LATRONIS. Habui filium tam bonum, ut illum amare posset etiam nouerca, nisi in eam incidisset, quæ posset etiam filiam odiisse. Huc mea scelera recedunt, ut parricidium puellare sit, ita si magnitudinem rei non intelligit, non est idonea parricidio. Sed venesice, inquit, filia est. Si parentes inspicuntur, cur non potius patri videatur simile, cui placet, quam matri cui displiceret? Deniq; non recuso quo minus illa vel matris exigatur

CONTROVERSIARVM.

FOL. CXXIIII.

imitatio, illa cum eius aetatis erat, nec nouerca erat, nec venefica. A L
BVTII S Y L I I, duxi uxorem nullis adhuc iniquinatam fabulis,
nec miror innocentem tunc fuisse, adhuc puella erat. B L A N D I.
Ut scelerata sit, nempe matri sua similis est, ante veneficium oportet fa-
ciat, quam parricidium. Filia, inquit, conscientia est. Dis te perdant, etiam
cum torqueris occidisti. Seruus tortus Catonem conscientium furti dixit,
quid agitis: vtrum plus creditis tortu[m] an Catoni? B V T E O N I S.
Si conscientia à te puella queretur, nominato patrem. Quod nouercatam
sero, puella tam cito. Filia, inquit, conscientia est. Male pereas, at ego te pu-
tabam vnius nouercam. T R I A R I I. Filia, inquit, tua conscientia est.
Videbatur sibi post hanc vocem vicensse. Amissum fratrem fleuit in fu-
nere, totius populi habitum lachrymis suis expressit, itaque illam no-
uercam peius perire voluit quam priuignum. Filia, inquit, conscientia est.
Hoc ultimum fuit nouercæ veneficium. Q, H A T E R I I. Succurri-
te quæsto ne cum torta sit quæ filium meum occiderat, filiam etiam dum
torquetur occiderit. Liberos semper effero, vnius mulieris aut menda-
cio, aut veneno. Non sicut quantum reæ satis est, quemadmodum illi ex-
torquebo lachrymas: afferte mihi imaginem fratribus, video subito desa-
derio sicutus concitatos, nunquid talern vultum cum mater torqueretur
habuit? PARS ALTERA TRIARI I. Si odissemus te, pate-
remit cum etiismodi filia viuere: Quarundam ferarum catuli cum ra-
bie nascuntur, venena statim à radicibus pestifera sunt. Quantum illi
ad sceleræ aetas adiicit, quod illam nouerca peperit. Quid illa quæ fra-
trem in mortem patri sequenti sparset: Habemus exemplum quod & so-
rori conueniat & virgini. DIVISIO. GAESTIVS in duas pa-
tes confeueram divisit. Et primum quæsivit, an conscientia illi opus fuerit:
deinde si opus fuit, an hanc habnerit. Non seruauit autem modum. Nā
& illum locum diu tractauit, non posse sororem in mortem fratribus im-
pelli. Et iterum tam puellam voluit videri, ut nulli esset idonea ministe-
rio. Itaq[ue] elegantissime deridebat MONTANVS VOTI-
E NVS in hac controversia ineptias rhetorum, quod sic declamarent,
tanquam hæc quæ nominata est infans esset, nec intelligerent si talis esset,
ne futuram quidem ream. Itaq[ue] hoc dehincemus, inquit, proponere no-
bia puellam eius aetatis, in qua torta, credibile scelus illud quidem, sed
intolerabile esse aiebat. Induxerat Gaestius matrem dicetem filię, da fra-

LIBER QVINTVS.

tri venenum. Fecit illam respondentem, Mater & mihi da : quid enim est tam absurdum, quā matrem sic locutam cum puella: da fratri venenum. Non ferebant nec illam Triarii sententiam, quā aliter H A T E R I V S vīsus est, cum ad epilogum peruenisset, hoc loco debebat reus fere, nō flet puella, inueniat quemadmodum flet aliquis, hoc est imaginem fratris. Illa enim si tam puella est, vt dicat, mater quid est venenum, non potest tantē pietatis esse, vt eam imago fratris in lachrymas conciter. Tantus autē error est in omnibus studiis maxime in eloquentia, cuius regula incerta est, vt virtus quidam sua & intelligent & amicit. C A E S T I V S pueriliter se dixisse intelligebat. Mater quid est venenum: Deridebat enim Murrhedium qui hanc sententiam imitatus est in epilogo, cum alloqui coepisset puellam & diceret, Compone te in periclitantium habitum, profunde lachrymas, manus ad genua demitte, rea es, fecerat respondentem puellam, Pater quid est rea? Et atebat Cæstius, quod si ad deridendum me dixit, homo venustus fuit. Et ego nūc scio, me ineptam sententiam dicere. Multa autem dico non quia mihi placet, sed quia audiētib⁹ placitura sunt. Et illud R V F F I V I B I T tolerabilius atebat esse, sed & ipsum aliqua obturgatione dignum, dixerat in epilogo. Nutrix ream tolle. Illud in Haterio qui & promisit oratorem & præstitit, negabat se perferte quod dixerat. Hæc rea non mitenda in exilium, sed ferenda est. Cum sciret, inquit, in exilium expostandos locari solere, quid entrin intelligi vult hac sententia, nisi ex toto puellam ambulare non posse usq; in exilium? Verum est, sed nec master eius potuisse. S Y L O à parte patris comparationem fecit inter se matris & filiae, totā hac figura declamauit. Non sum, inquit, vobis dicturus qualis debeat esse venefica, operam per dam si coepero describere, debere esse ætate proiectam, vsu exercitatam, iniuriam vitro, quæ posset etiā suis in occidere. Superuacuum est ut pluribus verbis, in hac ipsa causa habemus veneficę exemplar, cōparemus inter se duas reas: nec est quod queratis aliquem qui cognitionem vestram per omnes comparatioēs parteis ducat. Ego vobis dicā, quomodo illā accusauerim, Ego illi obseci ante agitā vitā, vos illi potestis obsecere. Et sic omnia circūlit, & cōparando defendit illā quaestūculam, quæ in prima parte tractata erat a quibusdā. Non illi utiq; fuisse opus & conscientia, sic transcurrit, atebat, inquit, tota actione rea, hæc, quā conscientia habuerā, ego negabam illi

CONTROVERSIARVM. Fol. cxxv.

opus fuisse, atebam in eadem domo eras, venenum notum erat, noueræ
cæ occasio facilis coniuncti, nō eras suspecta, nemo te timebat propter For. cons.
sororem. Ex altera parte hoc usus est colore. Nouream video venenū uiuenti,
dedisse, ut filia sua sola hæres esset, eandē illi & consciā fuisse venefici &
causam. Omnes declamatores atebat voluisse aliquid noui dicere, eo lo-
co quo nominabat nouerca filiam cōsciā, dixit inquit H Y B R E A S

Hanc sententiam

F V S C V S A R E L L I V S cum esset ex Asia non casu dixit, sed
translatis ad verbum quidem. Quid ergo, inquit, mentita est de filia sua,
immo de mea? Modestus hanc sententiā vertit H A T E R I V S, quid
ergo, mentita est, quæ nihil lamētabatur de accusatoris sui filia? C A E-
S T I V S dixit. Nominauit priuigni sui sororem. A L B V T I V S
dixit, quid habuit quod dubitaret, an parceret filia eius à quo occides
batur, sorori eius quem occiderat. T R I A R I V S dixit. Quid ergo
mater mentitis est? tolle matris nomen, post damnationem nouerca est.
B L A N D V S dixit. Nominabo istam quæ patri affuit, istam quæ
mortuo fratre ac matre nō fleuit. S Y L O P O M P E I V S dixit.
Filia, inquit, mihi conscientia est, post hoc cūdem vultum eius notaui, quæ
videtur mortente priuigno. M O N T A N V S V O T I E N V S
Marcellum Martium amicum suum cuius frequenter mentionem in
scriptis suis facit, tanquam hominis diserti, atebat hanc dixisse senten-
tiam, Inuenit quomodo damnata accusaret, mortens occideret, torta
torqueret: non est hoc indicium, sed alterum nouercæ veneficium. La-
bro dixerat, cum descripsisset tormenta, instabam super caput non ac-
cusator, sed tortor, ipse igneis subiectibam, ipse ad tendendū eculeū ma-
nus admouebam. Ego non bibā sanguinem istius, non eruam oculos:
filium mihi eripuit, nisi citius illam oppressissim & filiam abstulisset.
T R I A R I V S dixit, cum accusarem, obieci veneficū. In ultima par-
te inter preces meas excitauit pueram ad ultionem fratris sui. Hæc res
maxime iudices monit, hæc maxime nouercam offendit. A L B V-
T I V S dixit. Postquam nominauit filiam ad me respxit, videlicet ut
sciret, an fatis torsisset. N I C E T E S egregie dixit in eodem loco,

M O N T A N V S cum diceret illum locum, quam
uis sceleratos parentes, velle tamē innocentis liberos esse suos, dixit. Po-
test ista filiam veneficā singere, si potest facere, difficultus est filios inquie-

LIBER QVINTVS.

nare quā perdere: & illud, fauete seculo iudices, cum ingentia sceleris
rat, ne etiam immatura tulerit, fauete, nullum scelus commissum sit, nū
Si quod solet, fauete ut potius non desierit nouerca particidium facere
quā soror cœperit: damnare illum potui, effugere non potui. Sero feci-
sti nouerca. Si hoc ante dixisses, potuisti prævaricationem pacisci, recte
cum damnareris animosa eras, recte nihil potes facere: si qua fides, accus-
sator insidias rex timui, nusquam a sinu meo dimisi puellam, ipse om-
nes prægustauit cibos. O incauta futuri mortalitas. Postquam ad torto
rem perduxī nouercam, timere de filia desit. Omnes illo colore vsi sunt,
Nominatam à nouerca filiam in dolorem patris. G A L L I O plura
dixit. Fortasse, inquit, hanc nominauit, ut veros consciens celaret, fortas-
se ut quia acer time instabat accusator, hoc metu territus finem tormento-
rum imponeret, fortasse in dolore tormentorum stupefacta nesciuit quid
loqueretur. Nouissime dixit, fortasse in hoc, ut quae poenas beneficis da-
bat, accusatiōis exigeret. Illum sensum adiecit. Ex meis hoc affectibus
æstimo, cum tum ira, tum odio furerem, circumspiciebā omnes vtilio-
nis vias, oblitus innocentiae, si proprios habuisset liberos nouerca o-
cidiisset. In hanc ipsam quoties impetum facere voluisset, propter
hoc a me tanta erat, quod a matre non erat.

¶ Libri quinti controuersiarum fintis.

C S C H O L . (Non est q̄) perinde nos fingite ac si illa filia non esset, nec
ego pater i, ne putetis me propter pietatem ad eius defensionem accessisse, (q̄ te
frater) duplex suspicio, q̄ t̄ à fratre diligetur, & odio haberetur à matre.
(O disti nouerca) nouercam illam appellat, quæ maternum animum exuisset, quē
admodum & infra, filiae nouerca. (Eligi pœnæ) aliquid hic deesse uidetur, uolu-
sti, aut quid simile, (Abscissa missione) præcissa spe salutis cum populum ex-
trema non possit arena exorare, ut Horatius, inquit, (Commorari) simul cum alio
mori. (Si incredibile) fortasse melius hoc cum superiore continuaretur, uenefi-
cium simile est mendacio, hoc melius legitur in declamationibus, o mendacium
simile ueneficio (Non timeo) ab hoc incipiatur sequens clausula, (Remissa pu-
tates) q̄ uisa sibi est de me sumpsisse pœnas. (Quod uolueras) me perdere (Prio-
rem uxorem) nam uxor cōmunes liberos debebat diligere. (Vocet huc aliquis)
inepta sc̄lio, (Quid ante peccauit) in parricidio tyrociniū posuit? (Bonæ spei est)

CONTROVERSIARVM.

FOL. CXXVI.

bone indolis est filia. (Potest nosse) à simplicitate & ignorantia ætatis, quæ nisi fratrem aliud agnoscere non poterat, (Sine dubio nouercam) hic uidetur deesse alterum membrum, fortasse, hæc cum putasset se habere matrem, habebat nouercam, (Adhuc puella erat) figurare diclum, ut ostendat innocentia pueræ. (Nominato patrem) ut impietas sibi mutuo respondeat mater filiam, filia patrem nominet, (Quod nouerca tam sero) quod fecit tam sero nouerca ut priuignum occideret, id fecit tam cito, tam ante tempus puella, ut fratrem occideret, quasi nouerca pro crudelitate sua ante id efficere debuisset, à minori, (Quantum reæ) ad filiam referendum, (Quid illa quæ fratrem) Medeam intelligit, unde tomos est appellata à dissipato corpore, ut pater in legendis membris moraretur, (Concupiuit) affecitauit (Nam excessus) id est, id quod præter decorum dixerat, dedit occasionem sententiae, q[uia] enim dixit, da fratri uenenum, efficit, ut subuiceret, tu mibi da, (Hoc est imaginem) I. inueniat, (Cuius regula) in hoc enim morali philosophia similia est, cuius precepta difficile est ad singulares actiones accommodare. (Cum sciret, inquit,) enim, quod est inferius transferendum buc est, cum enim sciret, (Illam quæstunculam) an fuerit uenefica. (Tota actio reæ) ad matrem referendum (Ego negabam) ad patronum referendum, (Facilis cognitio) uide potius an conuiuenti, (Propter sororem) quasi ne filiam lederes fratrem occisura non esses, et est figura pulchra, cum illa contrarium fecerit, occiso fratre filiam etiam uolens interficere. (Imo de mea) quæ sic nouercaliter odit, (Nil lamentabatur) hoc enim ipso ostenditur mentiri, p[ro]p[ter] non flet, et tamquam accusatoris filiam suam odisset, (Patri affuit) quasi ex hoc rabiem in filia conceperit, (Et filia abstulisset) habet iocunditatem ex subiectione, nam & illa mox filiam indicauit. (Si potest facere) id est, quia non potest facere, nec fingere potest, i. fidem facere sue fictioni, (Inquinare quam perdere) inquinare, infamia est fictione, perdere secleratam efficiendo (Ne etiam immatura) propter ætatem pueræ (Qua soror cœperit) dum a matre detegitur id parricidium, quod antea erat occultum. (Dammare illum) illam, nam quamvis illam dammarim, nondū effugi illius insidias, quæ mibi nunc filiam uult eripere. (Sero fecisti) nam si ante quam damnaretur dixisset, pater timens filie saluti accusatione mitius tractasset, & tanquam prævaricator consuluisse reæ. (Recte nihil) ex ambi guitate alteram partem traxit, nam dicimus hac figura recte ego diuinaram, id est, in rem meam, ut prius dixit, recte cum dammareris. (Insidias reæ) ne vel tunc filiam ne caret (ut ueros coscios) q[uia] hac nominata nihil amplius pater excluderetur uidebatur.

LIBER SEXTVS.

CLVCII ANNEI SENECAF CONTRO VERSIARVM LIBER SEXTVS ET VLTIMVS.

¶ Trigesima controversia.



NIVRIARVM sit astio. Quidam cum haberet filium & diuitem inimicum, occisus, in spoliatus invenitus est. Adolescens sordidatus diuitem sequebatur. Dives eduxit eum in ius, & postulauit si quid suspicaretur accusaret se. Pauper ait, accusabo cum potero, & nihil minus sordidatus diuitem sequebatur. Cum peteret homines dives repulsa est. Accusat in iuriariū pauperē. **VIBII GAL.**
L I. Gratias ago diuitti, quod quos odit reos iam facere contentus est: interdiu publico nobis interdicitur, querite quid nocte fiat, nō ambulabis, inquit, eadē via qua ego, non calcabis vestigia mea, nō offeres de licatis oculis sordidatam vestem, non flebis inusto me, non facebis: perieramus si magis iratus esset. **ALBVTII SYLLI.** Quod sordidatus fui luctus est, quod fleui pietas est, quod nō accusauit timoris est, quod repulsa est, vestrum est. Non taceam: quid adhuc viuo: quod tacui. Nostis populi loquacis suspitiones. Quare iste honores illo viuo nū quam petiti: ego vero omnes queso, omnes vt me in inquisitionem paternæ mortis adiuvent, & ad tua genua dives venissim nisi timerem, ne inuidiam ubi fieri diceres, & tam pridē hoc animo sequor, occasionem loquendi capto: nec me hercules possum dicere inhumanitate tua fieri quod non audeo, quod vitium meum sequitur. Taceo, vt inam hoc viuum meū habuisset & pater, dum libere loquitus multis offendit: neq; te puto solum in ciuitate habuit inimicū. **Vt** iste ait, causam meam populo probauit. **IVLII BASSI.** Quādo autem istis diuibus nō sordidati sumus? Accusa, inquit, pauper diuitem, egens candidatū. Ego accusem: ambulare mthi meo arbitrio nō licet. In ius vocauit: tecum, inquit, me perage, perora: quis hunc locupletem auderet accusare: cur, inquit, me sequeris: quasi altud iter pauperes, altud duites habeat. **CÆSTII PII.** Non essem teus si accusarem, barba demissa sordidatus cum criminibus meis ad vos veni. Omnia licet fiat, nō desinā inquires re percussorem, & fortasse iam inueni. Cū subito pater meus in media

For pie-
tatis.

CONTROVERSIARVM.

fol. cxxvii.

cluitate, quid me intueris? quid observas? quid dicam? subductus est.

A R E L L I I F V S C I P A T R I S. Incedere magno comitatu, splendido cultu, non est fortunæ meæ, ita diuites possunt, satis est si vi uimus. Cù spoliatum cadaver non sit, quis fuerit percussor, nescio, quis quis fuit quasi diues spolita contempsit. Quare, inquit, me sequeris per publicum: facinus indignum commissum est, diues & pauper eadem vestigia incessimus. **O S C I.** Accusa, inquit, ubi est qui primo cœperat. Velle pater meus quoq; à te non discessisset, vineret. Quare, inquit, me reum facis, qui accusatorem me non timies? Mortuo patre, timeo ne quis iniuriam sibi fieri putet, si dixero, occisus est pater meus, à quo si permittis, nescio. **I V N I I G A L L I O N I S.** Quid iste accusans fecisset qui persequeatur tacentem? cur non agis? quia vis tecum agit. Nunquid nūc tibi iniuriam facio sordidatus? quod reo licet, lugentinō licet? Quid potius patri meo minus præstat in honorem eius vestē mauti. **F V L V I I S P A R S I.** Sordidatus es, inquit, fles, hoc dicit pauperis occisi filius pauper es. Pater meus in media ciuitate saluis legisibus occisus est, quis hoc sine lachrymis narrare possit? non deponā hastas, nisi inueniero cui induam. Quis occidit patrem meum? nescio. Nihil amplius testari possum, quam hanc vocem meam. Adhuc nescio, Delibero interim ut induam vestem, quam patri meo reliquerit percussor. Cur me sequeris? Magistratus seruos post terga sua nō summonet. **A R G E N T A R I I.** Non vis patrem meum fleam? lacessere nos vltro non solebat. **C L O D I I P A T R I S.** Quare, inquit, hastas sumpsist? quid igitur? Ne lugebo quidem quem vindicare nō possum? Nulli iniuriā facio nisi patri, quē adhuc tacitus fleo. **P O R T I I L A T R O N I S.** Cuius necessarius, ita crudeliter interempti patris dolor est. Nihil fortius est quā quod gemit. Accusa, inquit, me. Vnde tā securus es? inuenisse videris quis alius occiderit. Nō erat præda quā grassator se queretur, sed erat summissum ignoti monumentū, contumax aduersus fastiditū diuinarū innocentia. Hac ab inimico petita sunt spolia. **Nescio** quo modo miserū esse interdū in miseria tuuat, & plerūq; ois dolor p lachrymas effluit. Nīmū funere meo exultat. Nō solebat vino illo puro care nos vt reus fieret. Si quis omnīū mortalīū miseriariū inter necessarias sup occisum patrē lachrymas, increditam adhuc inertiam miratus est, in hac indignitate præsentis periculi omnē suam ponat admirationem.

L I B E R S E X T V S

Si pauper accusandi diuisit animos non sumpsit, miramini? quia tacet, reus est. Per has lachrymas, per hunc squalorem, per haec necessaria omibus periclitantibus instrumenta, non inuidiosum vestigem misericordie preimum petimus, ut absoluo sic esse tanquam reo liceat. Potens iste & gratiosus, & quod ne ipse quidem negat diues fuit, & qui nihil unquam sibi putaret timendum, etiam reo. Crescere deinde in dies odium alterius impotentia, alterius libertate. Diues nihil aliud quam nos pauperes existimare, nos nihil aliud quam innocentes, inter quotidianas actes semper inuiditi: quis de nostra interim morte cogitauerit, nescio, quod dissimilari non potest, scio quis optauerit. Venit iste cum turba clientium & parasitorum, & aduersus paupertatem totam regiam suam effundit. Cur me non accusas? non postulas? vix temperabat quin diceret, Quid ego in te accusatorem nou audeam, qui occidendum eum curauit qui tantum mecum litigauerat? Ciuitates plerique finitimae inter repentinam discordiam bello tument. Inter ciuitalia bella tantum in uictorem satis est, quantum quisque ad maledicendum occupauit. M. Ciceru quia violentia in absentiam Metelli strepit. M. Cato Pulchro obseciente furorum criminis auditus. Quae maior indignitas esse potuit illitus sexu nulli, quam aut Pulcher accusator, aut reus Cato? In Cn. Pompeium terra marique victorem fuit qui carmen componeret, uno, ut ait, dixito caput scalpentem. Fuit aliquis qui licetia carminis tres auratos cursus contemneret. M. Brutus: crauissimam eloquiam lacerat, cum quidam eius ciuiti sanguine non inquinatas solum manus, sed infectas ait: atque ille tamen cum tres consulatus, ac tres triumphos scinderet, adeo non timuit, ne esset reus, ut etiam disertus esse curauerit. Solus hic est in ciuitate innocentior Catone, nobilior Metello, fortior Pompeio.

Eor. Ca.
Marius.

For. M.
Tulli.

L A T R O sic diuisit, an in re iniuria sit nulla, inquit, iniuria est, sordidatus sum, iniquam, multi faciunt, omnia iniuriarum genera comprehensa sunt. Pulsare non licet, conuictum facere contra bonos mores non licet, Hoc loco S C A V R V S dixit, Noua formula iniuriarum cōponitur, quod nihil contra bonos mores fuit, etiam si in re iniuria est. An si non male animo fecit, tutus sit? An male animo faciat. Hoc Latro in duas questiones diuisit, an si creditur ob ipsum, patrem suum occisum, & propter hoc secutus est, ignorescendū illi sit. Deinde an creditur G A L L I O illam primam fecit questionem, An quod liceat cuiquam facere si faciat,

CONTROVERSIARVM.

FOL. CXXVIII.

Inuria non teneatur. Licet, inquit, flere, licet ambulare quā velis, sume-
re nihil, inquit, ut & alienum iniuriarum facere. Sordidatus es, nō qua-
tor: sed si fordes tuae iniuidiam mihi concitant, quæror. De colore qua-
situm est. Quidam aperte inuesti sunt in diuitem, quidam ex toto nihil
dixerunt, quidam secuti sunt mediam viam: cum præter haec nihil sit.
L A T R O solebat videri inuenisse quartum genus, vt hoc modo in
diuitem diceret. Tu quidem non fecisti, sed tamen ego habui causas pro-
pter quas possem decipi, & de te aliquid frustra suspicari, quia inimicus
eras, quia inspoliatus pauper inuetus est. Hoc est autem mediū illud ge-
nus, nec dimittendi diuitem, nec accusandi. Nam & dimittere non de-
bet quem distulit, & accusare propter hoc ipsum non debet, quia distu-
lit. **A L B V T I V S** nihil dixit in diuitē. Hoc colore declamauit. Co-
mittit iniuriarum, inquit, si qui non postulauit accusat. Quare, inquit,
sequeris me: vt aliquando mei miserearis, vt desinas afflictam domum
persequi, vt scias me in hoc habitu accusare non posse, vt concupiscas
gloriam vindicat̄ mortis. Tu solus potes si voles inuenire quis occide-
rit, tu accusare. At me quidam propter hoc suspectum habent. Potes
discutere istam inspitionem, quare quis fecerit. Ut scias, inquit, te in-
uidiam mihi facere, cum dixissim: accusa me, non negasti te accusaturū,
sed respondisti, accusabo cum potero. Ignosce mihi, non magis adhuc
quenquam accusare possum quā absoluere. Quare quis fecerit. Haec
leuita argumenta sunt, hæ vanæ sunt quæ altos tangunt, quod inimicus
est, quod ille inspoliatus inuentus est, non est quare accusem, est quare
suspicere. **R V F F V S** **V I B I V S** hoc colore posuit. Sordidatus
sum, lugeo, sequor te, vt tutior sim, timeo nescio quem illum qui patrē
meum occidit. Scio me quam diu tecum sum perire nō posse. Dum hūc
colorem sequitur **M V R R H E D I V S** ineptissime dixit, quare te se
quor: pater meus qui solus inambulabat, occisus est, **O S C I** color nō
placuit Gallioni. Sequor, inquit, vt inueniam quis fecerit, hoc meū co-
gito, quisquis est ille qui fecit, volet hoc inimico imputare, ad diuitem
veniet. Multo, inquit, hoc iniuriosus est, si inquietendi causa facit, si nō
tantum in coniunctionem sed & periculum diuitis sequitur. **G A L L I O**
subtiliter agendum putauit, & ad positionem controversiae colorem
actionis dirigidum, vt diceret, suspicor à te patrem meum occisum,
quis enim illum alius oderat magis: quis impotens alius est: vestē enim

LIBER SEXTVS.

Illus sine dubio nescio quis percussor non cōcupiscebatur. *Dicit alquis,*
quid ergo si inimicus est, protinus interfector est: non, Ideo non accuso. **HISPO ROMANVS** palam accusauit & dixit, Non causam sibi esse, sed ture etiam hanc sententiam in procēsio magnō cum assensu hominum dixit, eum accusatorem habeo qui se reuin non esse miratur. **BASSVS IULIVS** in hac controuersia dixit, Quare me sequeris per publicū? facinus indignum iudices factum est, pauper & claves eandem terram calcamus. Confectari autem solebat res folidas, & inueniebat qui illas vnicē suspiceret. **Memini illum declamans** tem declamasse controuersiam de lenone, qui decēm iuuenib⁹ denūtia uit, vt in lupanar accederent & foveā igne repleta terra superintecta ob⁹n̄t, in quā adolescentibus lapsis & consumptis accusatur Reip⁹. **Iasē,** Apud illum declamantē **ALBVTI VS** fastidiosus auditor, eos qui bus inuidere poterat admirabatur. Hanc Bassi sententiam non me hercules referrem, si canem ad ostium alligasses: Idem **Latronis** illas sententias aiebat tumidas magis esse quam fortes. Summa hominum admiratione circumserebatur, Lugent argumenta patres & ossa liberorum cōlecturam dividunt: & illam, Producta sacerdote statuunt: & illam, Super cineres liberorum nostrorum lupanar de quantum est. Ipse v̄t̄q̄ laudabat: hæc autem docuerat. Nam in hac ipsa controuersia ne Bassus quis dem videbatur aliquid dixisse, sordidus dixit ipse. Ita n̄ peribunt decessim iuuenes propter dispondios tuos. **EVKTEMON** à filii parte cum patrem suum narrasset solū sine comite oppressum & occisū dixit. **didius, q̄** **HERMAGORAS** dixit. Illud in narratiōe. **ARTEMON** dixit.

CSCHOL. (*In spoliatus*) non spoliatus (*Accusat iniuriā*) q̄ propter inuidiā quā sibi cōcitarat, illum suspectū faciens necis filij uideretur passus repulsam, (*Reos iā facere*) figurare hoc diclū est uolēs intelligi solere alios interficere nō tātū accusare, quē dmodū patrē interfecit (*Publico*) q̄ nō uult illū sequi, nec ea dē uia incedere (*Nō tacabis*) aperies etiā quid uelis, s̄ in mēa grātā loqueris dīcēs nō esse te mibi infensum. (*Si magis iratus*) ac nō cōtentus esset nos reos facere, (*Quid adhuc uiuo?*) respōdet q̄ tacui, (*Nunq̄ petiūt*) suspicionē mouet quasi pauper obflare eius honoribus, (*Vitū meū*) dīcēt̄ animi & timiditas (*Habuit inimicū*) figurare, hæ sunt p̄stigie quas dicit **Fabius**, tāto dispendio hāc afflauit figurā declamator. (*Mēa probauit*) ambiguiū, probare n̄ dicimus ea q̄bue fidē facimus, s̄ ea q̄ honesta ut uideatur efficim⁹, dīnes igitur dicebat q̄ causam

suā fecisset acceptā, & popularē, ego etiā & probavi, hoc est p̄suasi (Nō sordida
 ti) quasi de his sordibus ille loqueretur (Si accusassem) quoniā iā diues dānatus
 esset (cū subito pater meus) p̄ apostrophē excutit a media sententia, quasi dīclu
 rus esset, ab isto interfēctus est, & propterea interfērit, qd me intueris, deinde qua
 si ab inexpectato subiecit, subductus est, (Quasi diues) figura. (Qui primo cēpe
 rat) uide quo loco sim nūc, q̄ primo cēperā quodāmodo te accusare. (Nō discessis
 set) ambiguū, nā uel intelligi potest, q̄ à te seruaretur, uel q̄ tu magis ueritus su
 spicionē, nō ausus fuisses occidere. (Si permittis, nescio) quasi ne hoc qdem pmittes
 (Quia uis tecū agi) ex hoc n. ostēditur, satis illū habere pr̄sidū ad propulsandā
 accusationē. (Cui induā) ille, n. crit reus meus. (Nō solebat) nūc igitur cū lacescit
 indicio est sibi male cōsciū esse. (q̄ gemit) intra se lachrymas cōprimēs. (Ignoti
 monumētū) uide an munimētū, nō petebat spolia aut diuitias ex eius nece, sed uo
 lebat tollere de medio hominē immōcētē, & immōcētia aduersus diuitē pugnātēm.
 (Funere meo) mei parētis, (Increditā inertiā) ignauia quā uix sibi p̄suadebat, q̄ nō
 ausim accusare quē credā patris interfēctorē, (ut absoluto) nā eodē cultu utar etiā
 absoluit. (Vix tēperabat) diues quū h̄ec diceret q̄ sequūtur, q̄ per figurā subiicit.
 (Ciuitates quoq;) quorū sum h̄ec speclent nō satis cōstat, nisi id uelis dicere, mirū
 nō est me moueri morte patris, cū finitimē ciuitates bello cōcitatūr laudita aliena
 discordia. (Inter ciuilia bella) diunes fortasse timēs maledicētiā pauperis illū inter
 fecit, nec mirū sane, nam in motu ciuili tamū licet ciuiis ad se ulciscendum quan
 tum maledicētia audet. i. si audet maledicere, habet q̄ sit ad se ulciscendum satis.
 (M. Cicero qua uiolentiam) ego nō dubitem hoc immutandū sic, Caius Marius
 quod librari⁹ trāsposuit, neq; n. Cicero unq; in absentiā Metellū quicq; dixit, Metel
 lus qdā nepos fuit in quē iocat⁹ est Cicero, sed nō in absentiā ei⁹ neq; illa fuit uiol
 entia, sed urbanitas & dicacitas, Ca. autē Mari⁹ criminādo Metellū absentē apud
 populu⁹, ad imperiū puenit, cū ille iā fere domuisset lugurthā, ut Sulus. & Plu.
 in eius uita testātūr (Cato Pulchro obūcētē) uide an hoc sit quod ait Plu. in uita
 Cato, quā obré Catoni tūc oēs potētē officere, atq; ea de causa semp quidā submit
 tebat calūniatores in Cato. quorū unq; P. Clodi⁹, q̄ rurſus cā Pō. in gratiā reuer
 sus, crimiabatur, multū argēti sibi in Cypro expilauisse, nā & Clodi⁹ ex familia
 Pulchorū erat (Vno ut aiūt digito) de hoc dixim⁹ li. iiiij. cōtrouer. xx. (Tres aura
 tos) intelligit p̄ hoc triplicē triūphū, quē ex trib⁹ orbis p̄tib⁹ cōscen⁹ est, quod ne
 mini ante cōtigisse narrat Plutar. (M. Brutii) suspicarer. M. Tulli potius, quod
 illi à Salustio obieclūm est, (Atq; illa tamen) qui in Pompeium inuehebatur, iam

LIBER SEXTVS.

triplici consulatu & triumpho funclum, (Omnia iniuriarū) in lege iniuriarū omnia iniuriæ genera comprehensa sunt, nullum autem est huiusmodi, (Nova formula) formulæ erant conceptiones, id est comprehensions certorum uerborū, quibus intendebatur aelio (Etiam si in re) bæc ita continua sunt, etiam si in re iniuria est, an si non malo animo fecit, tutus sit? (Sumere nihil) uide an hoc pæcato emendandum sit, sumere nihil, inquit, licet alienum, ut est iniuriam facere, (Medium uiam) ut nec omnino accusarent, nec prorsus ab accusando desisterent, sed tacite insimularent, quartum genus est, quo illum non accusat, sed dicit se deceptum uerisimilibus suspicionibus (Quem dislulit) quem noluit accusare, cum ille postularet (Qui non postulauit) si accusat illum, qui eum prius non postulauit (Quam absoluere) liberare suspicione, quem nondum comperi uere homicidam (Quæ alios tangunt) non te, figurare autem dicit (Inimico imputare) id est, dicit, qui erat eius inimicus, dices se in eius gratiam fecisse, (No causam sibi esse) hic uidentur deesse nonnulla, (Qui se reum) cum enim dicebat accusa me uidebatur mirari, q[uod] se non accusaret (Declarasse contiouersiam) declamasse. (Lugere argumenta) q[uod] defint argumenta, Et note ad filios dignoscendos, neq[ue] quicq[ue] super sit præter ossa, que ipsa tenuem admodum aut nullam coniecluram exhibere possunt, (De quantum est) For. deiectum est, uel lupanar decidit quantum est. (Dipondios tuos) questum quem faciebat ex prostibulo, quem fortasse illi iuuenes eripere uoluerant.

¶ Tricesima prima contiouersia.

Vix fortis, quod præmium volet, optet. Si plures erunt iudicio cōtendant. Pater & filius fortiter fecerunt. Petit pater à filio, ut sibi cederet, ille non vult, iudicio contendit, vicit patrem, accepit præmio statuas patris, pater ipsum abdicat. **I V N I I G A L L I O N I S.** Dubito quid de cœntu huicse iudicit optem, cum crimen meum sit, viciisse. Videtis quemadmodum in hoc quicq[ue] iudicio opera sua factat, & miratur quisquam si hoc patre natus gloriæ cupidior est. Facilets habetis patres, viros fortes fungite. Dissidemus quia nimium similes sumus, quum extremus in aciem, aiebat, si adulescēs essem, nemo pugnat fortius. Maiorum quoq[ue] suorum virtutes referebat, sed omnibus se præferebat. Cum ad ætatem tuam peruenero, non contendam cum aliquo: quannius si exemplum tuum sequi voluero, etiam cum filio contendam. Quia patriæ iudicium habeo, patris perdidit. Dicam abdicati, non luxuriantur, non amabo: hanc emendationem criminum meorum.

CONTROVERSIARVM.

FOL. CXXX.

non possum promittere. Ego vero pugnabo, & fortiter & fortissime. Vidi patrem tam senem loricā induentem, multum est pugnare cū exemplo. Iudicū vocatur quo pater & filius spolia contulimus. Ecce amittit, ego tibi cedere possum, sed non possum. Quod contendit legis, quod vici iudicium, quod pugnauit patris est: volui cedere, concurrevit iuuenes, & etatis causa agebatur. Vici non filius patrem, sed iuuentis senē. Ego vici, sed omnes patri gratulati sunt: parui adulescens, magnis exemplis deceptus sum, dum cogito mecum Horatū Hetruscas actes corpore suo submouentem, & Mutium in hostilia arma ruentem, & dū te De ci cogito, qui & ipse nolueristi patri cedere: transibo in subsellia tua, complectar triuitū, licet repugnes fortior sum. **F V L V I I S P A R S I.** Necesse fuit mihi fortiter militare, pugnandum habebam non imperatori tantum sed patri. Si tu viciſſes, diceretur patri cessit, abdicationē enim timuit. Solebas enim optare semper, vt contingere tibi habere filium meliorem. Iudicium vocas duplē domus nostræ triumphum. **GLOD II T V R R I N I.** Tu Mutio diceres, non est quod ostendas istam manū, tu Scipioni post deletam Carthaginem, tace. Loquax est virtus, nec ostendit se tantum sed ingerit. Aliunt, ecce nunc quidam pater cessit filio, & in hoc abdicat, vt verum videatur fuisse certamen. Opta pater vt & à nepote vincaris. Postea, inquit, fortiter pugnare poteris: unde scio: vulneribus me senem feci. Quis te felicior? tu omnes vicisti, te filius: quanto honestius, modo pater & filius inter se contendit, honestiorem facturus victimum uter viciſſet. Dubito quid faciam: taceā: sed silentium videtur confessio. Narrē virtutes meas: sed illud quoq; nouum accidit mihi, quod vni mihi abdicato meas narrare non cōcessit. Processit in acie corā patre, fortiter inquit: pugna. Turpe est adulescenti vincī à sene. Audius sum gloriæ, hoc si vitium est, paternum est, fortis sum, nū quid improbas pater! At iam abdicabis, si viro fortissimo sum fortior, dicam tamē audacter fortissimus sum, nec timeo in ciuitate hoc crimen in qua fortes etiam senes nouimus. **L V L I I B A S S I.** Ad te quoq; ignominiae meæ pars redundat. Pudeat te pater si à filio abdicando viciſſes. **A R E L L I I F V S C I.** Ignosce, iuuentis errauit, ambitiosus non ero, cū senex fuero. **G A V I I S Y L O N I S.** Vt rū putas viciſſes, ego præmitū tantū habeo, tu & præmitū & virum fortē. Permittente lege fecit, immo in eadē re, & habet legē & timet. Contra

LIBER SEXTVS.

ait, si quid fecit quod non licet, lex vindicabit, si quid quod licet, non oportet. Pater non queritur de scelere filii sed de officio. Deinde utatur quisq; sua lege, tibi illud licuit, & mihi hoc licet: abdicare liberos licet, est aliqua lex quæ filio patre præferat? Si potest abdicari, etiæ propter id quod lege permitte fecit, an abdicari etiæ propter hoc non possit, quod præmium accepit. Nō potest, inquit, in ea re priuatim puniri, in qua publice honoratur. Eide rei nō potest præmium dari & nota denū tari. Cætera iura puto paterno imperio subiecta esse, hoc matus ius est cæteris, quod victoria summa virtute q̄ritur. Non potes propter hanc legē, filiū abdicare, propter quam à filio vicitus es. Si potest abdicare, an debeat hoc diuinit. An etiæ si non debeat cū patre contendere, ignoscēdum tamen sit, si adulescens gloriæ cupiditate lapsus est. Deinde an contendere debuerit. Tum, inquit, & honestum certamen erat & tutum. Quid enim est gloriosus q̄ aut virum fortē vincere, aut vinci à filio? si non debuisset contendere, nō viciſſet. Et potuit fieri, vt si hic tibi ceſſifſet, alius quis ad certamen procederet, qui nunc non proceſſit, quia ſtebat nihil ſibi profuturū ſi te viciſſet, cum deberet à filio tuo vincit nulla laus tibi fuifſet, apparuiſſet enim illam victoram non viri fortis fuifſe ſed patris. Silentio virtutes nostræ transiſſent, nunc illuſtratus es, dum conſeruntur. TURRINVS hoc loco belle dixit. Plures tibi inuidere coepérunt, poſt q̄ vicitus es. Itaq; noui generis res accidit, filius vicerat. Omnes alebāt, O felicem patrem. Nowifſimā fecit quæſitionē, An etiæ ſi quid iudicio peccauit, præmio emendauerit. Hoc loco dixit GALLIO illam ſententiā quæ valde excepta eſt, cū diu depreca-
 tus eſſet, ait, ſi nihil proſecero quid me fakturum putas? ad tempora ſtu-
 rum, aut ad deos ſupplicē? ad tuas ſtatua confugiā. SYLOPOM
 PEIVS tentauit & in hac controverſia illam quæſitionem, quam in
 omnibus virorum fortium abdicationibus putabat eſſe tenēdam. An
 vir fortis abdicari poſſit, alebat in nulla magis controverſia illam poſſe
 tractari. Non potes, inquit, eum abdicare, qui te potest vincere. Miraris
 for. bac ſi patri ac legi ſubducitur, qua & cōparatur & præfertur? Colorem pro-
 lege. aduleſcente GALLIO illū dixit. Mez, inquit tuuenis, ætatis cauſa
 agi videbatur, cū dubitaret ex ordine ſuo quē dicentē, nihil agis, ego ti-
 bi cedo, illi nō cedo. CAESTIVS hoc colore vſus eſt, putasse ſe ipſi
 patri honestias hoc eſſe, certe domui, laudes vtriusq; in foro inſpecti.

CONTROVERSIARVM. Fol. cxxxl.

MONTANVS VOTIENVS ait, cognoui nō quid impera-
res, sed quid prēcepisses: dixeras semper, cū me hortareris ad gloriam,
vt nulli cederem. Inuidiosa omnibus in illo iudicio fortuna tua videba-
tur, cū quereretur, vtrum pugnasses felicius an genuisses: Non est quod
putes me visum illis fortiorē, decepti sunt pater, iudicauerūt nō quod
erat, sed quod te malle crediderūt. **ARGENTARIUS** ait, occa-
sionē beneficij quæstu nō eōcupiūt accipere, præmīum habet alter, al-
ter accipit. **FVSCVS ARELLIVS PATER** ait, si nauiga-
re imperasses, per hybernos fluctus egissim ratem: si peregrinari, nihil
fuerit subente te durum, hanc rem imperabas diffīcile fortiviro, vincit.
BLANDVS hoc colore narrauit. Pater mihi obiecit, quod illi vna-
te non cesserim: Ego multiplicabo criminā mea. Nunquā illi, quoties
recte facendum fuit, cessi, semper volui videri frugalior, videri volui lae-
borosior: nā cum ad vires ventū erat, etiā ipse cedebat, non ego illū vin-
cebā sed ætas. **TVRRINV** S hoc colore vsus. Voluit inquit cedere,
sed erant qui dicerēt non licere. Hoc enim modo legem saluberrimam
tolli. Disputaturi cōtra præmīū patris videbātur & dicturi scilicet, nō li-
cet inter se cedere fortibus, non ipsorum tātū causa agitur sed publica.
Omniū interest scire, quis sit fortissimus. His vocib⁹ hominū missus
sum ad id certamē, in quo ad istū vtracq; pertineret victoria. Quid puta-
tis me dicturū? fortiorē me visum? falsum est, cū hoc quoq; quod ego
fortis eram, istius esset. Quid ergo? quare vicerim queritis? Visum est
ad ruborem totius iuuentutis pertinere, neminē pugnasse fortius, quā
senem. Et cum dixisset, se præmia in patrē cōtulisse, dixit, vici te pater,
sed nēpe vici tibi. **ALBVTIVS** hoc colore narrauit, noluit, inquit
videri per collusionē patrī titulū fortissimi viri contingisse. Non cessi an-
te iudicium, vt in iudicio cederem effect. Nihil aliud quā laudauit patrē,
virtutes eius retuli, visus sum propter hoc ipsum præmio dignus. **S Y-**
LO GAVIVS ait, solebas inīhi pater inter dignorum virorum
exempla narrare quædam etiā domesticā: alebas autem, patrē fortē vi-
tum habuisti, vide vt tu sis fortior, processi tecum in aciem, nec illinc
multi rediūt, omnis gloria in vna domo erat. Iubebat Respu. fortes
virōs recognoscere. O quantam ego cupiditatem gloriæ in patre meo
vidi, quā iuuenilem contentionē, me inuitabat imperio, iubebat exem-
pli. Ventum est in iudicium, omniū quos ego noui, res inuidiosissima.

LIBER SEX TVS

quærebatur de patre meo, vtrū fortior esset an felicior. O S C V S hoc colore narravit, Accederent & dicerent, roga patrem tuum, cedat tibi, non est utile Reip. hostium excitare animos. Excitatuntur si scirent, ne minorem in hac civitate esse fortiori quam senem, illi me coegerunt, quia si tunc quoq; aliquid præstiturus essem Reip. venire in iudicium, in quo quid habet ego sum iudicatus junior. D E N T O dixit, ut me ne ob hoc ipsum patri viatoriam, ego sciaram an usquam gloriatus sit. T R I A R I V S hoc colore usus est. In iudicio volui tibi cedere, vt nō imperatore videreris sed viceisse & cessi, defunctione causam meā egisse, notum sit illum cedere: quia parum est illi non putabat. N I G E T E S in hac contiouersta dixit.

S C A V R V S hunc sensum aliter dixit. O si annus meus interesset iudicio, quālibenter spectaret, & discordiā nostram. Clamassem mihi non est quod cedas, ipse mihi nunquam cessit. L A B I E N V S, partem patris declinavit, & dixit quod etiam desertoribus licet. Nolo habitare cum aduersario meo, non capit ideo contuberniū fortē viatum & viatum. Statuam, inquit, tibi posui, immo ne possem unquam me viatum obliuisci, ignominiam meam in æs incidisti.

C S C H O L. (Crimen meum sit, uicisse) dubito an magis optare ut uincar, cū qui prius uicerim nūc acuser, (Facileis habetis patres) uide an potius partes, ut sit sensus, facile uos potestis expedire hoc iudicio, eq̄as p̄ sepaet, ut uiros fortes iūgatis, nec alterū ab altero abdicatione separatis. (Si adulescēs) ne mitteris me sequitū exemplū tuū, (Cū ad ætatem) cū iā definere honestū est, (Nō possum promittere) quia nō abdicor propter hæc, sed propter uirtutē, neq; in his peccasse arguer, (Et fortissime) quia inter oēs nos duo iudicati sumus fortes, ego fortissimus. (Spolia cōtulimus) facta est ueluti collatio uter plura spolia hostibus eripiūsset. (Seni nō possum) cædā tibi patri, sed nō seni, ne uidear seni inferior adulescēs. (p̄ pugnauī) ille me suo exēplo euocauit in acī. (Horatiū) coelitē intelligit, q̄ dū pōs dirū retur totā acī sustinuit, probat exēplis in fortitudine nulli neq; patri cædēdū, q̄q; de parētibus horū nūrōrū nō fiat méto, nisi de Decijs q̄ sequunt sunt idē genus mortis, atq; illā deuotionē, ut Cice inquit, in oratione pro Rabirio, sed satis est q̄ illorū exēplis incitabatur ad fortiter agēdū. (Fortior sum) quel repugnatē amplecti potero, fē est ambiguedictū, nā alludit ad id q̄ fortior iudicatus est, fē q̄ robustior sit, ut illū uel in uitū possit amplecti, (Nō imperatori) ut nō probarer solū imperatori, sed patri (Abdicatione enim sumuit) uiderer se

CONTROVERSIARVM.

Fol. cxxxii.

cisse cōtra uolūtātē tuā, qui id de te credi noluiſſes, (Aūunt ecce nūc) ſuſpicari pote
rāt alij te nō uicīlū eſſe, ſed cefiſſe, ut pro filio iudicaretur at tu abdicatiōe feciſli,
ut uerū uideatur fuſſe certamē, nec te uinci uoluiſſe, (Honeſtiorē) uicloris enim
laus in uiclū redūdat. (Nō cōceſſit) nā cū me propter hāc cauſam abdicari, nō
uult illā cōmemorari, cū pudeat ſe uiclū eſſe, quod inter meas uirtutes eſt, (In-
quit pugna) argumētū ab aduersario, (A filio abdicādo) q̄ meretur abdicari, ſed
inepta eſt ſentēria, potuit n. illū uincere, nec tamē di gnus eſſe q̄ abdicaretur, (Cū
ſenex fuero) figura tāgit patrē, (Et habet lege ſt̄ timet) habet quoniā permittē
te lege cū patre cōtendit & uicit, nūc timet ne propter id quod fecit lege permit-
tētē, & propter pr̄emiuū à lege datū abdicetur, (Cōtra ait) ipſemēt filius, (Nō
oportet) ſ. uindicari, ſt̄ eſt dilemmā, (Pater nō queritur) interpretatio eſt, nō eſt
ſcelus de quo q̄ritur, ſed officiū potius, nam illius ſtatuaſ poſtulaui, uel pater fate-
tur nō eſſe ſcelus, ſed officiū ptermiſſum, (Si poſteſt) b̄ec ad diuisionē pertinēt.
(Nō uiciſſet) quia lex nō honorasset, aut ciuitas, inofficioſe ſt̄ impie cū patre con-
tēdētē, (Nulla laus tibi) quoniā uidereris magis uicisse pietate & obsequio filij
cædētis, q̄ uirtute aut meritis, (Premio emmendauerit) cū poſtulaſſet ſtatuaſ pa-
tris, (Ad tuas ſtatuaſ) figureat dicit etiā ſe bene de illo meritiū. (Si patri ac legi)
legendū arbitror, ſi patri hac lege ſubducitur, nā ſi dicat ac legi, intelligitur lex p
quā patribus licet abdicare, modo autē non eſt b̄ec cædē, cū lege uirorū fortiū, p
quā patri cōparatur & pſertur, patri autē ſubducitur, idē eſt ac ſi dicat, eius ab-
dicationi ſubtrahitur, (Suę etatis) omniū adulementiū, (Cum dubitaret) uide-
tur hic deſſe aliquod uerbū, induxit, aut aliiquid ſimile, ut fit ſenſus, cū ille dubi-
taret an patri cederet, induxit uel ſuixit quendā adulementē ſic loquente, & pro-
pterea loco, quem, reponendū eſt, quendā, (Vtriusq;) quoniā alteri concessae ſunt
ſtatuaſ in honorē alterius. (Inuidiosa) & propterea aliqd tibi ego detraxi ex in-
uidia, partē laudis in me tranſcēdo. (Occasionē beneficij) ſatis apparet q̄ non
propter quæſtiū appetivi occaſionē huius beneficij, quā doquidē alter fruitur benefi-
cio mihi collato. (Vtrāq; p̄tineret uicloria) ſiue ego uincerē, ſiue ille, (Iſtius eſſet)
quoniā ille fortis me forte procreauit, (Per colluſionē) q̄ mutuo callide cōſilia ui-
derentur ad id cōtuliffe, (Cederē eſſec) ego dedi operā ut in iudicio poſſem uinci
illī uirtutes cōnumerādo, ita tamē ne uideremur colludere, (In quo qd habetur)
quod reprebēdat, quod deſideret, (Iudicatus iunior) ac per hoc fortior, per meta-
lepsin, aliud ex alio intelligitur, (Defunctione) leuiter & negligēter, tantū ut de-
fungeret officio (Desertoribus) q̄ locū deſerūt in militia uel ſtationē, qui hac co-
tumelia notati, non auident cōueri os fortiōrū, nec in eodem contubernio eſſe.

LIBER SEXTVS.

¶ Trigesima secunda controversia.

Dementiae sit actio. Bello ciuiti quædam vitum secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem; vicitis partibus suis & occiso marito, venit ad patrem, non recepta in domum, dixit: quemadmodum tibi via satisfactam esse respondit morere: suspendit se ante fanum eius: accusatur pater à filio dementiae, **P O R T I I L A T R O N I S**. Sic si hi satisficeri ne victor quidem voluit, excusauit victos qui restituit. Quicunq[ue] reposcis vitam, quā dedisti accipe, nullū fuit in proscriptione mulierculæ caput. **O S C I.** Inquinasti filię sanguine penates, quāq[ue] quid ego dico penates tāq[ue] in domo perierit! Allatū ad se Cæsar Pompeii caput fleuit, hoc illi propter filiā præstitit. **A R E I L L I F V S C I**, quē admodū tibi vis faciā satis: hoc ipso satisfecisse debuerat, filiam habuit piā, & in maritū & in patrē. Alterū vīq[ue] in morte secuta est, alteri etiam per mortē satisfecit: q[uod] periculose eū offendō, qui simul irasci cœpit, nec scit ignorare. **C L O D I I T V R R I N I P A T R I S.** Morere, Quid aliquid meruerat, si satisfacere nolle. Nisi occupasses soror, fortassis pater tibi satisfecisset. Hoc certū habeo, vnuſquisq[ue] vestrum suadebat puellæ, ad fratū patrem venis, in quas potes te cōpone blandittias, roga, deprecare, si nihil proficias, habes quemadmodū cogas, moriturā te denuntia: hoc quod ignoristi victor, ad viros pertinet, illi tibi gratias agunt, nam sc̄minas ne si irasceris quidem proscriptissim. Quare secuta es vitum. Adeo tibi vetera exempla exciderunt bonū contingū, quibus filiā tuā solebas sanus hortari? Aliqua spiritū viri redemit suo, aliqua se supra ardoris togum misit, impendisset se puella viro, nisi seruasset patri. **F V L V I I S P A R S I.** Filia ante limen paternū in cruore suo voluntatur, quid exhorruistis: paterna satisfactio est. Nostis domus nostræ legem, aut dicēdum mihi aut moriendū est. Qualis est ista satisfactio qua filia exoratum patrē sibi nō sentit? **A L B V T I I S Y L I.** Vitæ meliores partes essent soli videbantur iudicare dñi posse. Si vis satisfacere mihi, morere. Quod ad me attinet, irascere malo. Si partidū est fuisse in diuersis partibus, nunq[ue] defendisset apud Cæsarē Ligariū Cicero. Marce Tulli q[uod] leue iudicasti crimen de quo confessus es. Dona filiam si misericors es deprecāti, si hostis edicto, si pater naturæ, si iudex cause, si iratus est frati. **B V T E O N I S.** Ante ipsum limē domus decessit, ne dubitari possit vtrū marito perisset an patri: vbi studiisti: vbi

**For, ira
siceris.**

**For, uin
cendū.**

C O N T R O V E R S I A R V M . F o l . c x x x i i i .

audisti? nego te istuc in bello didicisse. M A R I L L I I . Meruerat inquit mori, etiamnum accusas; certe iam tibi satisfactum est. O nouū monstrū, irato victore viuendū est, exorato patre moriēdū est. P A S S I E N I . Vt inā interuenissem: non satis fecisses sola parti: furiosum te dicerem, si pro genero non rogasses. Secutus est gener diuersas partes, vxoris suas. L A B I E N I . Hoc obsequio consequar, deniq; ut intra domum moriatur. M. Cato quo viro nihil speciosius ciuilis tempestas abstulit, potuit beneficio Cæsaris viuere, sicut Tullius si voluisset. Optima ciuilis belli defensio, oblitio est. M V S A E . Allato ad se capite Cn. Pompei Cæsar auertisse oculos dicitur, quod tu ne in morte filiae quidem fecisti. C O R N E L I I H I S P A N I . Peruagata est illa crudelis belli fortuna omnē ordinē, & usq; ad ultimae plebis supplicia descendit, nihil in ciuitate nostra immune victoris iræ præter foeminas fuit. Hac laudē misericordia vrbis seruare licuit. At tu pater nostervi victor insanis. M E N T O N I S . Semel repulsa iterum redit, iterum repulsa tertio rogat: non satiatur, scit exorari etiam hosteis. O te crudelem nisi iam tibi & progeniero satisfactū est. Non ignoror in quanto periculo sim. Nescit placari iratus, & hoc etiā si filiae excaduit. T R I A R I I . An nō exorares victorem pro alio patrē Morete, sed age lege, crudelitatē imperiū verbo mitiore subducūt. D I V I S I O . L A T R O v̄sus est in hac cōtrouersia illa calcata quæstione. An poscit agi cum patre ob villā aliam rē, quā ob dementiā. Impotens sum, immixtis, nō tamē demēs. Mores tuos patrī debes approbare, nō patris exigere. Dic desipis, nihil intelligis. Ego sanitatis meæ si potuero argumenta colligā, dicam in senatu nō stulte sententiā. Quid tibi videor fecisse dementer. Partes male egit: damnare non potes patrē propter verba immo propter verbū. Si damnari docimenter, aliquis pater etiam non demens ob aliquod improbadū factum potest, an hic possit. Hoc in duo dixit. An etiā si hoc animo dixit vt filiam mori vellet, damnandus tamē non sit. Hæc accusatio filiae cōtrarias parteis à patre sequētis, cum illam ipsa natura publicis exceptisset malis. Animaduertit Manlius in futurum & victorē, animaduertit Brutus in liberos nō factos hosteis, sed futuros. Vide an sub illis exēpliis fortius loqui liceat. Deinde an nō eo animo dixerit, vt eam mori vellet. Dixit, inquit, iratus cū vellet castigare non occidere. T V R R I N V S C L O D I V S belle dixit, nolite mirari si duriorib; vtar, nō sum pso



LIBER SEXTVS.

cessurus ultra verba, minabor, deinde ignoscā, fecit vīctor. **GALLIO**
& illā quæstionem fecit, an non ob id puella petierit, quod pater illam
dure responderit. Perit, inquit, propter desiderium viri, alioquin vnius
verbi amaritudinē morte pensasset? Imo mulier p̄ceps, temeraria, insa-
no flagrans amore & attonito, q̄ virū patre relicto secuta fuerat, res viri
consecuta est. **S Y L O P O M P E I V S** huic quæstioni præpone-
bat illam ex qua in hanc transitus sit, an etiam si propter hoc verbū pa-
tris perit, damnari tamen pater non debeat, nec enim euentus imputa-
ri debet cuiuscq; rei, sed consilii. Si post hoc verbum puella vixisset nū
quid patrem dementiae damniare posses? atqui hoc verbo si quid factū
est, non à patre sed à puella factū est. Nō oportet autē illitis temeritatem
dementiam videri patris. Post hanc quæstionē faciebat illā, an ob hoc
perierit. Color à parte accusatoris simplex est, ait patrē durū fuisse, crux
delem, bono publico eum fuisse peritum, dixit dure inquit, eo vuln.,
ea affirmatione, vt videretur nō tubere tantum, sed occidere. Hoc loco
dixit **T V R R I N V S C L O D I V S**. Hoc post bellū immo post
edictum: & adiecit, nūc intelligit Respub. imperator quantum tibi de-
beat, cui sine sanguine satisfactum est. Omnes enim dixerunt patre no-
lente illam vixisse. **G A L L I O** dixit, nondum mihi videbatur scire
quid meruisset. Volui illam intelligere crimen suum. **C A E S T I V S**
hoc loco. Contumaciter, inquit, roganit, sic quomodo perit, non vul-
tu demisso, non summissis oribus, nondum tanquam victa. Primitū qua-
re ad me non fratrem suū misit, an etiam nū fratri irascitur? **A R G E N-
T A R I V S**. Nos duces exorauimus quorū liberi in diuersis partibus
fuerant, diximus, ignosce nobis seueris esse, si licuerit esse securis. Quid
peccauit quod filiam ex hostiis castris vententer nō primo verbo re-
cepit? **T V R R I N V S C L O D I V S** ait. Volui fratri sororis dare
beneficiū, eo durius loquar, vt ille me pro sorore sua deprecetur. Pri-
mū quare me solū rogat, cū debeat duobus satisfacere? **S Y L O G A
V I V S** dixit, Volui, inquā, mora torquere, sine, inquā, iterū ac tertio
roget. Nec nū statim exoratus, & si vixisset, nō essem fract⁹ primis vocib⁹ eius,
ne tertio qđe rogatus aut quarto. At vīctor cito exorat⁹ est. Noli mirari,
facili⁹ est ignoscere bello qđ parricidio. **H I S P A N V S** de morte ei⁹ hoc
dixit. Iter⁹ illā nobis vīr abduxit. **A L B V T I V S**. Tuto me ait, putauit lo-

CONTROVERSIARVM. Fol. cxxxviii.

qui fortius, non dubitavi enim quin frater illi dicturus esset, non est quod timeas, exorabitur, si difficultor erit, illum ego rogabo, & si rogas ses adulescens fecissim, non magis tibi ego quam sorori tuae maritus. MONTANVS VOTIENVS dixit. Non est quod putes il lam cecidisse ira patris, cui vixerat, perire, illa se cui addixit impedit. Et eundem sensum in argumentis cum dixit, non propter patrem il lam perisse, quid ergo inquis propter quem? Scis illam vitum habuisse, pro quo mori posset.

SCHOL. (Qui restituit) restituendo uidetur excusasse à scelere (Miserabile caput) nulla mulier proscripta est (Cæsar Pompej) Plu. refert in vita Pom. in fine (Hoc ipso) q[uod] rogauit quemadmodum sibi uellet satisfieri (Qui si mul irasci) cuius iracudia nescit misericordiam, forte legedium sit, cū semel irasci coepit. (Pater tibi) potius crederē legēdū, sibi, nisi tu necē præoccupasses, fortasse pater intulisset, ut sibi satisfacret, na q[uod] dicat patrem satisfacturum fuisse filię, q[uod] diuersas partes fuisse sequutus, non quadrat admodum, nisi per irrisiōnem dicitur. (Impendisset se) simul cū iiro se extinxisset, nisi se tua causa seruasset. (Paterna satisfactio est) v promovit, suslentatio, quiduis enim aliud uidebatur addi turus, & adiecit præter spem, atqui si hoc admiramini, audite illud quod longe mirabilius est, se occidisse ut patri satisfacret. (Aut dicendum) ego suspicor aut uincendum, nam ēt a me postulabit similem satisfactiōem, nisi uinco, nisi di cas sic dicendum est, mihi sic agendum, ut illum dementiē accusem. (Non sentit) quoniam post satisfactionem, iam mortuam dicit nō sentire quomodo satisfecerit, (Vt meliores) probat etiam non iniuste factum, q[uod] has potius partes sequetur (Irascere malo) malo perpetuo irascaris, q[uod] sic postules satisficeri. (De quo confessus es) ita enim ille dicit pro Ligario, vide quæso Tiberio, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarij non audeam confiteri, (Edicto) quo edictum est, ut esset obliuio iniuriarum post ciuilia bella. (Vbi studiūisti) fortasse, ubi istud uidi, quicquid sit, illud inuit, nec in bello tantam crudelitatem ipsum potuisse discere. (Vxor suas) mariti sui, (Obliuio est) nam illa obliuione omnia admissa ab utraq[ue] parte delentur & defenduntur, (Etiam si filię) quamvis filię irascatur nescit placari. (Crudelitatem imperij) nam durum ēt crudele est imperare, morere, mitigatur hoc uerbo, age lege i. ut lex imperat i. morere etiam, sed per Xαριεντισ πον mitius dicitur. (Agere cum patre) demetiæ supplendum. (Patris exigere) ad tuam normam adaptare, (Calcata quistione) trita ēt cōmuni (Par tes male egī) male iuratus sum. (Excepisset malis) uel ob hoc ipsum q[uod] erat in tu-

LIBER SEXTVS.

so crepta pulicis dissensionibus non debuit uirum sequi. (Fortius loqui) cum il
li non tantum sint loquuti, sed etiam fecerint. (Alioquin unius) interrogatio equi
pollet negationi, certe non pensasset. (Cui sive sanguine) figurata dictum, quo
niam se suspendit, est autem in ambiguitate figura, nam illi imperatori satisfit
sine sanguine, qui non gaudet cedibus & ciuili sanguine fundendo & huic, in
cuius satisfactionem se filia suspendit, (Ulam uixisse) ad id tempus. (Fratri) quo
niam is etiam fuerat in contrariis partibus, sed hic nonnulla ponuntur extra thea
ma. (Ignoscere nobis) uerba sunt patris alios duces pro filiis deprecantis, permit
te nobis ne severi simus, atq; hoc cōdonā, modo nihil timeatur insidiarum ab his
quos recipimus. (Fratri sororis) ut ille impetraret a me hoc beneficium in soro
rem. (Duobus) mihi & fratri. (q; parricidio) uisa est illa contra patrem stare
aduersas partes sequuta. (Abduxit) ut obuiciat, desiderio uiri se occidisse, (Non
magis tibi ego) perinde ego tibi sui atq; sorori maritus, tu enim sequutus es me,
illa uirū. (Cui uixerat) propter illū perire, propter quē uixerat. i. propter maritū.

¶ Tricesimateria controversia.

RE publicæ lœse sit actio. Quidam expositos debilitabat, & debi
litatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Reip.
lœse accusatur. **P O R T I I L A T R O N I S.** Aestimare quale sit sce
lus istius, in quo lœsi patres liberos suos aut vi agnoscant, aut recipient,
etiam cōfessas iniurias tacēt. Vextigalis isti? crudelitas fuit, eo magis quod
omnes præter ipsum misericordes sumus. Médicantes, nisi tot médicos
fecissent. Ffecit sceletus iste, vt nouo more nihil esset misertius expositis
quā tolli, parentibus quā agnoscere. **G A S S I I S E V E R I,** Huic cę
ci inuidentes baculis vagantur, huic trūca brachia circumferuntur, huic
conuulsi pedū articuli sunt, & torti tali, huic elata crura, illius inuolatis
pedibus cruribusq; foemina contudit, alter in quęq; saeuē ossifragus
iste, alterius brachia amputat, alterius eneruat: aliū distorquet, aliū delū
bat, alterius diminutas scapulas in deforme tuber extundit, & risum in
crudelitate captat. Produc agedum familiā semiuā, tremulā, debilē, cę
cam, inancam, famelicā, ostēde nobis captiuos tuos. Vclo mēhercules
nosse illum specum tuum, illā humanarum calamitatum officinam, illa
lud infantium spoliariū, sua cuiq; calamitas tāquā aīs assignatur. Huic
recta mēbra sunt. & si nemo obſtet naturā, proceritas mutabīs. Ita frā
gantur, vt humo se alleuare nō possit, sed pedū crurūq; resolutis verte
bris reptet: huic extirpentur radicibus: huic spectiosa facies est, potest for

CONTROVERSIARVM. Fol. cxxxv.

mosus mēdicus esse, reliqua mēbra inuálida sīnt, vt fortunæ iniquitas
in beneficia sua sacerdotis magis hominū animos peruerat. Sine satelliti
bus tyranus, calamitatis humanas dispensat. VIBII GALLI,
Intuemini debilita infelicitu mēbra, nescio qua tabe cōsumpta, illi p̄acti
sunt manus, illi eratos oculos, illi cōtractos pedes. Quid exhortescitis? sic
iste miseretur, tot mēbra stranguntur, vt vñū ventrē impleant, & o nos
vñū monstrū, integer alitur, debiles alunt. ALBVTII SYL I. Pe-
rissest, inquit, ita nō sic infelicitus supersunt, qui perturbati suerantur. Peris-
sent, inquit, interrogata patres, vtrū maluerint, Eruantur, inquit, oculi il-
lūs, huius p̄cedamur manus. Quid si aliquis ex istis futurus sit tyran-
nicida? quid si sacerdos? Nec puto incredibile loquor, ex hac fortuna
origo Romanæ gētis apparuit. Egregius educator plus accepitū crudeli-
tati, q̄ expensum misericordiae resert. TRIARII. Perissent inquit,
puto. Experteris nos non esse crueles, tamen nemo nō nostrū, cū istis
stipē porr̄igret, morte precat⁹ est. Surge tu debilis, conatur & corruit.
Surge tu mutu, sed quid excitari si rogare nō potes: surge tu cæce, sed ad
quoru⁹ eas genua nescis: o te inter cēs debiles ante hoc iudicij felicissi-
mū, q̄ istū dominū nō videbas, in hoc iudicio infelicissimū. CORNE
LII HISPANI. Ergo si illis lēportibus iste carnifex apparuisset, cōdi-
torē suū Roma nō haberet. Timeo ne hoc profit reo, quod nemo ex his
quēq̄ videri vult suū. IVLII BASSI. Intuemini vtrāq̄ partē, &
ei succurrите, quē miserabilior est, liceat videre mercenarios: hic cęc⁹ est,
hic debilis, hic mutus, his tu mori nō permittis: Vis in te iudices more
tuo misericordes sint, tuo exēplo. ARGENTARII. Quorū cū vbiq̄
audiātur p̄ces, in sua causa tātū cessant. Adiūciamus alqd ad q̄stū, deme
huc oculos, illi manus. ARELLII FVSCI PATRIS. P̄cida⁹, in
quit, lingua, genus est rogāti rogare nō posse. Miserebimini horū omniū
iud. & misereri etiā singulorū soletis. CAESTII PII. Vt hāc causam
fuscope, ne ab eis qđē rogati sum, pro qbus ago, quid, n. miseri rogare
sc̄iū, misit p̄q̄ qđ infelix iste peccauit aliaq̄ nat⁹ est. CLODII TVR-
RINI PATRIS. Age si q̄s agnouerit suū, petes alimēta tāq̄ alueris: nō
est quod timeas, nemo cognoscet. O miserū, si q̄s alimenta suo dat, o mi-
serū si negat. Ita nos istis vindictā negaturos putas, quibus ne id quidē ne
gamus, quod tibi daturi sim⁹. Et quod est indignissimū, crudelis cū si⁹,
misericordia publica alit. Venite miseri, & hodie primum vobis rogare.

LIBER SEXTVS

M E N T O N I S . Errant miseri circa parentum suorum domos , & fortasse aliquis à patre alimenta non impetrat . Nulli plus redditunt integra mancipia . Cur tu tam exiguum refers ? via est quas poterat , vt nō rogares , vt non acciperes , spiritum tamen relinquerem tibi , nisi crudelior futurus essem in relinquendo . Tibi capture quotidiana non respōdet , apparet nondum hominibus satis miserū videri . G A V I I S Y L O N I S . Tu inquit , in illa vicinia mendicabis , tu ad limen accedes , & crudelis miseri parentum domos demonstrat , hic non facile stipem impetrat , etiānū aliquid illi detrahaſ . I V N I I G A L L I O N I S . Serua oculos ut videat quem roget , serua manus ut habeat quibus stipem accipiat . Occurrunt nuptis omnia dira , sacris publicis tristia auspicia , feriatis maxime ac solēnib⁹ & hilaritati dicatis diebus semianimes isti gteges oberrant , à te fortasse aliquis acceptā stipem portat ad deos . F V L V I I S P A R S I . Scio , iudices , variis quemq⁹ causis ad accusandum solere compelli , quosdam ambitio glorie , quam ex damnatio petierunt , prouocauit , alios odia & similitates protraxerunt . Non dubito fuisse quosdam qui præmium peterent : ego omnibus cæteros impellentibus causis vaco . Quæ enim gloria est in tam sordido reo ? quæ si multas , sis ut noceas quos contra exist̄e pudeat : aut quod præsumtum , cū stimulant s̄ qui se alere non possunt : Non ts est qui rogare nesciat , etiā docere solet . Quos affectus vestros optare debeam , nescio , si misericordie proprieles fueritis , crimina rei vobis ostendam , si ocium fuerit . At reum hunc publice pascimus . Exigitur à te talio , non habes totidem membra quo debes . Lupa oblita feritatis placidior velut foetibus suis præbuſſe vbera fertur . Sic lupa venit ad infantes , expectemus hominem , gratulor tibi Roma quod in conditores tuos homo non inciderit . Ergo cū de publica misericordia cogitares tā crudelis esse potuisti . Proxima , inquit , die hic plurimum retulit , faciēdus est huic similis alter : hic fatus retulit , stat & altus miser ad hoc exemplum . Ite nunc , inquit , & alimēta mihi quærite . Tu , inquit , qui oculos non habes , per oculos rogato . Tu , inquit , qui manus perdidisti , per manus rogato : tu per illa membra quæ trahis debilita : per ea quisq⁹ quæ nō habet , ambiat . O miseros qui sic rogant , miseriiores qui sic rogantur . Ecce nescio quis , meus inquit , filius si viueret , huic fortassis similis esset : num , inquit , ego meū tranſeo . Alius inquit , potuit meus in eundem incidere dominum , quid

CONTROVERSIARVM.

fol. cxxxvi.

Si incidit omnes omnibus conserunt. dum unusquisque timet ne suo negat. Pars altera ARELLII FVSCI. Debilitas tamen inquit, plus illis patres nocuerant. LATRO sic dicitur, an laesa sit Respub. Primum quod Respub. crimen constare oportet, in hunc reum quarti. An laesa sit Respub. non solet argumentis probari. Manifesta statim Respub. damnata sunt, si muri diruti sunt, si classis incensa est, si exercitus amissus, si vectigalia diminuta: hoc damnum quod tu obiciis, non videbat. Dic mihi quando Remp. laesit? cum unum expositum debilitauit? at qui etiam qui occidit unum, non tamen Respub. laesa tenetur reus, sed caedis, etiam qui duos, etiam qui plures. Dic mihi, quis numerus efficiat, ut laesa videatur Respub. duo debilitantur, nondum Respub. Iuvenes qui suadere infantes perdidit, & infelices. Potuerunt, inquit, duces fieri, potuerunt etiam sacrilegi esse & homicidae, potuerunt & perire. Attamen crudeliter facit & lanista, nec damnatur Remp. laesae: & leno qui cogit inuitas pati stuprum, nec laedit Remp. Ego nunc non laudari reum desidero, sed absoluti, noceat hoc illi, cum honores petit. Potest aliquis & non esse homo honestus, & esse innocens reus. Deinde an laesa Respub. an ab hoc laesa sit: non a me inquit, sed a parentibus qui protererunt. Hic crudelis ut multum illis abstulerit, vitam reddidit. Cōtra ait, illi singulosexponit, tu omnes debilitas: illi spem, tu instrumenta viuendi detrahis. Deinde an teneatur Remp. laesae, si fecit quod ei facere licet. Non potuit, inquit, vlla res lege damnari, quae legi innititur. Si domum meam diruam, nunquid dices me Remp. laedere? Et poteras describere, quam inhumanum sit, illos parientes maiorum in nostram usque perductos memoriam in hostiliter modum delici. In agris meis arbusta succidere velim. Deinde an hoc licuerit illi facere, licuit inquit. Expositi, inquit, in nullo numero sunt, serui sunt: hoc legum latori visum est, denique si non licet, habent legem rationis, agere singuli iniuriarum possunt. Remp. quidem laesae non potest agi eorum nomine qui extra Remp. sunt. Non potest pro omnibus agi, pro quibus singulis non potest. Scio quosdam putare questionem esse, an possit a priuato homine laedi Respub. SPARSVM certe ita de clamare meminit. Quod si quisquam recipit, & illam recipiet. An a muliere possit, an a seni, an a paupere possit, quorum nihil nunquam queritur. Sed dicti tamen solet, quomodo tu illa questio tractatur, an Respub. laesa sit, toties reus in argumentata non laesae Remp. dicit, ne potuit quidem

LIBER SEXTVS.

lædi à priuato, à paupere, ab ægro, ab infante. **G A L L I O** fecit illa quæstionem, an in expositis lædi possit Resp. Nō potest, inquit. An lædi possit in aliqua sui parte, hæc nulla Reip. pars est, nō in censu illos inuenentes, nō in testamētis. Sed hæc quoq; in illam incurrit, an Resp. læsa sit: dicitur enim n̄ lædi quidem potuit in eis quos non habebat. Pro illo q̄ debilitat expositos pauci admodū dixerunt. Dixit **G A L L I O**, & hoc colore v̄sus est. Egentem hominem, & qui ne se quidē alere, nē dum altos posset, sustulisse eos, qui tam relictū sine spe vix spiritum traherent, quibus notr̄ intuīta fieret, si aliquid detraheretur, sed beneficiū daretur, si vita seruaretur. Faciant inuidi alicui oculos deesse, alicui manus, dicant illum per hunc v̄tuere. Gallio illud quoq; in argumentis tētauit. Adeo, inquit, hæc res non nocuit Reip. vt possit videri etiam profuiss. Pauciores erunt qui exponant filios. **T V R R I N V S C L O D I V S** hoc colore v̄sus est. Multos patres exponere solitos inutiles partus. Nasceruntur, inquit, quidā statim aliqua parte corporis multatati, inservint, & in nullam spem idonei, quos parentes sui prouident magis q̄ exponunt, aliqui etiā vernulas, aut omnine infausto æditos, aut corpore inualidos abiicunt. Ex his aliquos hic sustulit, & eas partes quæ cuiq; possent miserabiliores esse, miseratus abstulit, stipē rogant, & vnius misericordia v̄tuū, omnīū alūtūr. At res fœda est, mēdicos habere, à men dicis ali, inter debiles versari. Age nō pudet vos ex hoc producere contubernio reum, à quo discaris lēsam Rēmp. & sic descēdit ad argumēta, vt diceret, quomodo hic potuit lædere? **S Y L O P O M P E I V S** illo colore v̄sus est. Misericordē hūc fuisse, voluisse vitā dare, itaq; eo cōpulsum, vt v̄nus quisq; aliquā partē corporis pro toto depēderet. **L A B I E N V S** tam diserte declinavit partē eius, qui debilitabat expositos, quā nemo alteram partem, cū illam omnes disertissimi viri, vel ad experimenta suarum virtūtum dixerint. Illum autē locum vehementissime dixit, vacare homines huic cogitationi, vt curēt quid homo mēdicus inter mendicos faciat. Principes, inquit, viri cōtra naturam diuītias suas exercent, castratorum greges habēt, exoletos suos vt ad lōgiorem patientiam impudicitiae idonei sint, amputant. Et quia ipsos pudet viros esse: id agunt, vt q̄ paucissimi sint. His nemo succurrat, delicatis & formosis debilibus. Curatis quis ex solitudine infantes auferat, peritus nisi auferatur, nō curatis quod isti hecati solitudines suas ingenuorū

CONTROVERSTARVM. Fol. cxxxvii.

Et gastulis excolunt, non curatis quod iuuenum miserorū simplicitatē cir-
cūuentur, & speciosissimū quemq; ac maxime idoneum castris in lu-
dum coniiciunt. In mentem vobis venit misereri horū quod membra
non habeant? quid illorū quod frustra habent? Hoc genere seculi vitio,
egregia figura, inquinatū & infamē reum maiorū criminū impunita
te defendit. Celebris hæc apud Græcos controversia est. Multa ab illis
pulchre dicta sunt, à quibus non abstinuerūt nostri manus, multa cor-
rupte, quibus non cessarunt. NICE T E S dixit: hunc dixit sensum.
P. A S P R E N A S, eodem modo uno verbo magis propiore vīsius,
hos alit, qui alimenta poscit, quibus crudelis est qui negat. Circa hunc
sensum est & ille a' Q V I N T I L I A N O dixit. Nescio vtrum ne-
vos miserabiliores dicā, quod alimēta accipitis, an quod huic datis. Ac
cipitis enim, qd debiles estis. Et datis p' quē debiles estis. A D D E V S
rhetor. Hunc sensum quidam Latini, sed sic, vt pūē illos non mu-
tuatos hanc sententiam, sed imitatos. B L A N D V S dixit, Porrigit ali-
qua mendico rogata stipem, vtq; si peperit, si exposuit. O te quā misera
ta cogitatio porrigētis est, hic fortasse meusest. O S C V S dixit, Qui
tā porrexit pluribus stipē, suo negat. A R E L L I V S F V S C V S
dixit, Alit rogata filiū mater misera, si scit suum esse, misera si nescit.
A R T E M O N dixit, Hanc sententiam
L A T R O P O R T I V S virilis dixit, qui non potest furto suspe-
ctus esse, Græcos enim & contemnebat & ignorabat: cum descripsisset
debiles artus omnium, & altos incurantes, altos repentes, adiecit, proh
Du bonis ab his aliquis alitur integer. D A M A S S C O M B R E-
N V S dixit,
H V N C sensum C A E S T I V S trāstulit. Effecisti, inqt, vt malus pe-
riculum esset educari quām expōti. F V S C V S A R E L L I V S
aliter dixit, Illa adhuc in miserā sortis infātia timebātur, feræ serpētesq;
& inimicū teneris artubus rigor, & inopia, inīcēt expositorū pericula
nō numerabamus educatorē. G L I C O N corruptā dixit sententiam.
Sed nostri quoq; insaniērunt. M V R E D I V S dixit, Producitur mi-
serorū longus ordo, maior pars se sine se trahit. E T L I C I N I V S
N E P O S, vt soluendo sis, in penas quoties tibi renascendum es.
Illiud S P A R S V S dixit, quod non corruptum tantum, sed contra-
rū dicebat esse Montanus. Solus plura habes membra, quām tot hoc

LIBER SEXTVS

minibus reliquisti. Ita enim hic potest videri laesisse rem pub. si multi sunt debilitati. Apparet autem non multos esse, si plura habet membra quam debilitatis reliquit. Et illud et que ab illo aiebat corrupte dictum, proddiderunt plures membra. Graecas sententias in hoc refero, ut possitis estimare primum quam facilis graecae eloquentiae in latinum transitus sit, & quam omne quod bene potest dici, commune omnibus gentibus sit. Deinde ut ingenia ingens conferatis & cogitatis latinam linguam facultatis non minus habere, licentiae minus.

L A B I E N I sententiam separavi, quia locuti de illa homines erat. Sed ubi quotidianum diurnum & mendicantium questus recognoscit, tu hodie minus attulisti, cedo lora, gadeo me non omnes emancasse. Quid fles? quid rogas? plus re tulisses, si sic rogasses. Dixerat & illam sententiam, Date miseris, quod vnum percipere gaudiu possunt. Aliquis ex illis damnatum istum videat, aliquis audiat

G L I C O N dixit

Vnicus su

mus amator Ouidii, hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem Ouidium esse positum, quem ad singendas similes sententias aiebat esse memoria tenendum: occiso Achille hoc epiphonema apponit, Quod Priam gaudere senex post Hectora posset. Hoc fuit. **C A E S T I V S S E V E R V S** dixerat, Ostende nobis captiuos. **I V L I V S B A S S V S** dixerat, Ostende nobis merendarios tuos. **L A B I E N V S** cōmodius videbatur dixisse, Ostende nobis alios tuos. **P. A S P E R N A T E S** dixit, Cum induxit stipem porrigētem mēdico. Ofelicē patrem. & hoc qui dicit fortasse pater est.

C S C H O L. (Liberos suos aut ut) hic uidetur sine dubio addendum, ne, uel, non, quod in declamationibus habetur, tametsi locus integer non est, est autē sensus, cum ille has iniurias negare non possit, qui debilitauit, tamen parentes eas dissimilat ad se non pertinere, ne tales filios uel agnoscant uel recipiant, (Vcili galis) quae illi tamquam ager aut fundus uectigal pendit, sc̄ quod est magis mirandum propter nostram misericordiam, illi sua crudelitas maiores redditus pedit, cum nos propter misericordiam copiosorem ijs stipem ero gemus. (Fœmina) fœmora ne quemque decipiatur ambiguitas. (Officinam) ubi tanq; in officina aliqua calamitas cuiq; sua pro arte assignatur. (Et si nemo obstat) uidetur hic aliquid deesse, forte sic melius emēdabitur, huic reclla membra sunt, & si nemo obstat naturæ, procerita, proceritas tamē mutabitur (Ut fortune iniquitas) uidetur enim iniqua fortuna, quae cum beneficio suo illum fecerit formosum, non reliqua etiā

CONTROVERSIARVM. Fol. cxxxviii.

formæ uoluerit respondere, & ita magis miserationem mouet (Dispensat) quoniam distribuit singulis uarias miseriarum formas, hunc claudum, illum cœcum efficiens, (Sic iste miseretur) expositos tollens. (ita non sic) Responso ad obiectio-
 nem. (Vtrū maluerint) Maluissent patres perisse illos, q̄ sic uiuere. (Si sacerdos) oportebat enim sacerdotem esse integrū. (Plus acceptū) plus est quod lucratur ex crudelitate sua, q̄ quod illis dedit sic miseram uitam relinquendo. (Si preterissent) etiam si nihil aliud q̄ præterissent mites uiderentur, que non dilacerarent, nedū cum aluisserint. (Roma non haberet) nam in Romulum & Remum expositos simili crudelitate se uisset. (Vtrāq; partē) nunc cœcum, nunc mutū. (Misericordes) cū te dicas fuisse misericordē in educando, (Preces) cum stipem rogant. (Singulorū) cum eis stipem datis. (Nisi stipem) alterā partē ambiguatis sumit, nā ro-
 gare est precari & petere stipem hic. (Alimenta suo dat) quem nō agnoscit suū sed tanq; alieno stipē dat. (Quod tibi daturi sint) damus enim illis, quod tibi pen-
 dunt ipsi, sed tunc eius scelus non norant, & propterea frigida sententia est, (Mi-
 sericordia) nam alitur stipe publice illis mendicis ero gata. (Vobis rogate) antea illi rogabatis stipem, nunc rogate uobis vindictā (Cur tu tam) exprimit oratio-
 nem alloquentis debiles, & obiurgantis q̄ tā parū referrent, (Via, esse) hic locus
 deprauatus est, uidetur autē hoc uoluisse, minus fecisti quā poteras, ut nō roga-
 res ut non acciperes, ut sit obiurgatio educatoris, tu dedisti operam ne tantam
 pecuniam aut stipem acciperes, (Spiritum tamen) hic uidetur addendum non, ut
 sit sensus, non permetterem uiuere nisi in permittendo maior esset crudelitas. (Ti-
 bi captura) nondum uidetur hic satis lucrari, fiat adhuc miserior, ut misericor-
 diam magis mouens adhuc plus lucretur, (Portat ad deos) potius legerem por-
 rat ad eos, a te aliquis sumit stipem, quā deinde miseriores illos iudicās illis dat,
 (Non is est) de educatore intelligendum, ille enim etiam alias docet, quemadmo-
 dum rogent stipem, est etiam ambiguum, (Si ocium) potius legam, si odium, si
 mouemini misericordia erga illum, ostēdam uobis eius crima, si odio, at reum
 hunc publice pascimus (Cogitares) quippe cogitabas ad quod munus illos di-
 storqueres, nimis ut mendicarent, (Cum inquit ego) hic declamator rem nul-
 go notam esse fingit, (Crimen constare oportet) tale debet esse crimen læse Rei
 pub, ut ipsum per se sit manifestum, nec de illo querendum sit, (Non uidebat)
 nisi aliquis obiecisset (Etiam qui) etiam si potius lege (Nondum Respub) laedi-
 tur, uidetur addendum, & est argumentum à paritate in numero (Potuerunt
 inquit, cuerit intentionem à pari (Non potest) deludit argumentum, nam pro
 una naue incensa nō ageretur Reipub, & pro tota classe bene ageretur, nisi securi-

LIBER SEXTVS.

legem exigamus (Quod si quisq;) si hanc quæstionem admittimus; admitteremus & illam, an à muliere possit. &c. (Non in censu) nam qui cines erant in tabulas censu inferebantur, & ius condendi testamenti habebant, (Facient inuidi) dicant hæc modo illud fateantur, per me uitam habere πραξιολογία. (Qui exponant) hoc timore deterriti, (Ex hoc conitubernio) mendicorum, quæ res magis ad misericordiam debebat mouere. (Pro toto) ut totum corpus seruaretur, (ex oletos suos) qui in turpissima libidine uelut consenserunt, (Amputant) execant, & virilitatē adimunt, quo fiant patientiores (Et quia ipsos) quia ipsi effemina ti sunt, uolūt alios esse sui similes (Debilibus) execētis (In ludū cōcūtū) in cœtu eunuchorū exercendæ libidinis causa. (q; fruſtra) cū emarescant sine usu inter il las libidines, (Hac figura) non signate aliquam figuram dicit, sed hoc ducta trāctatione, (Sed irritatos) imitatos, mutuantur enim qui tanq; aliena sumit autori ascribens, imitatur autem qui quodāmodo facit & sua, (Suo negat) nesciens quis sit, (Educatorem) nondū scientes, q; crudelēm educatorem expositi essent habituri, (Renascendū est) ut toties mori possis, (Prodiderunt) huic sententiæ multa uidentur deesse (Quotidianum diurnum) ubi contulit sumptum uiclus quotidiani, & quæstum mendicorū, & cognovit non esse pares, tunc lora postulauit, (Si sic rogas) flens, (Merendarios) arbitror mercenarios (O felicem) q; tale filium non uideat.

¶ Controversia tricesimaquarta.

Tæſæ religionis sit actio. Parrhasius pictor Atheniensis, cū Philippus captiuos Olynthios venderet, emit unum ex his senem, perduxit Athenas, torsit, & ad exemplar eius pinxit Prometheus. Olynthus in tormentis perit, ille tabulam in templo ministræ posuit, accusatur religionis læſæ. **G A V I I S Y L O N I S.** Infelix senex vidit tantis diuīlæ patriæ ruinas, abstractus à coniuge super extrema Olynthi cinerem stetit, iam ad figurandum Prometheus satis frustis est, quo proh Iupiter, quem enim melius inuocem aduersus Parrhasium, quam For. exci quæm imitatus est? Olynthium tantum pīcturæ tuæ excipio. Nū quis do. vt naufragium plingeret, mersit cæditur, parum' est, maritur, etiamnum parum' est, laniatur, hoc inquit in irato Philippo satis est, sed nondum in irato Ioue. **I V L I I B A S S I.** Producitur puer, superuacuum For. susti est inquit, nondum quantum satis Prometheus potest cernere. Ultima nere, uel Olynthi deprecatio est, Atheniensis redde me Philippo. Non est istud dic, non donum, sacrilegium est. Seruus, inquit, meus fuit. Putes Philippum lo-

CONTROVERSIARVM. Fol. cxxxix.

qnt. Aedem Mineruæ tanquam castra Macedonum fugiunt. CLO^s pōt in co
D II TVRR IN I, Parum, inquit, tristis est, nisi quia Athenensem cernere q̄
 dominum sortitus est. Dabo tibi Parrhasi maiora tormenta, duc illum tū sit sae
 ad iacentem Olynthum, duc illo vbi liberos, vbi domum perdidit, scis tis ad ex
 certe quām tristem illum emeris. Olynthiis urbem aperulimus, templa primidē
 praeclausimus: Ergo minime Olynthius tortus esset, si omnes illos Ma*piclura*.
 cedones emissent. Torquetur, hoc ne sub Philippo factum est, mortis
 tur, hoc ne sub Ioue. **A R G E N T A R I I**, Hoc hospitio Olynthius
 Athenis exceptus est: tantum ergo Olynthius possit, Parrhasius quid
 non? & oculos nostros torquet, ibi ponit tabulam vbi fortasse nos ta-
 bulam fœderis posuimus. Hoc Promethea facere est, non pingere.
Aiebat tortoribus, Sic intendite, sic cœdite, istum quem fecit, cum me-
 xime vultum seruare, sit sibi p̄ exemplar. **C A E S T I I P I I**, Emi,
 inquit, nemo si Atheniensis es redemisti, si nescis Parrhasi in isto tem-
 ple pro Olynthiis dona soluuntur. Crudelis ille Gracie carnifex, istū
 tamen nihil amplius quām vendidit: producitur nobilis senex, longa
 misericordia tabe confessus, reductis intorsus oculis tam tristis, quasi
 iam tortus esset. Ut admoueri sibi catenas vidit, superuacue inquit sunt,
 si ad alium dominum peruenissim, Athenas fugerem. Istud tibi in nul-
 lo Olynthio permitto, nisi Lasthenem emeris. **T R I A R I I**. Cor-
 rupisti duo maxima Promethei munera ignem & hominem. Quem-
 canq̄s preco flentem viderat, sciebat te emptorem, miserebantur om-
 nes. Te fortasse & Philippus reduci fuissest, si Athenensem vidisset em-
 ptorem, quod ego fabulosum esse non dubito. Sed utrum vult Par-
 rhasius eligit, parum pie, aut insani auctione imitatus est. Clamabat
 iste, nondum satis tristis es, nondum satis, inquam, adiecisti ad pri-
 rem vultum, talis in auctione Philippus. **M V S AE**. Narraturus
 sum Olynthii sensis ignes, verbera, tormenta, aliquis me nunc queri
 de Philippo putat. Disdeçq; te perdant, misericordem Philippum
 fecisti. Si isti creditis, iratum Iouem imitatus est, si nobis, iratum
 Philippum vicit. Pingere Philippum crudelē, oculo effuso, faculo
 perfractum, per tot damna à dis immortalibus tortum. **C O R N E-**
L II H I S P A N I. Ultima membrorum meorum tabes tormentis
 immoritur. Parrhasi quid agis? non seruas propositū, hoc supra Pro-
 metheia est: tantū patiendū est, pingente Parrhasio, quantū irato Ioue.

For. nūc.

LIBER SEXTVS

A R E L L I I F V S C I P A T R I S. Pinge Prometheus, sed homines facientes, sed ignes dividentes, pingere, sed inter munera potius quam inter tormenta. Inter altaria Olynthii senis crucem posuit. Miserrime senex, forte ex seruis tuis alijs feliciter seruit, utique felicior est, quisquis Macedoni seruit. **F V L V I I S P A R S I .** Si ad succurrendum profectus es, quod vnum ex his emisisti, utinam Philippe his auctoritate cum exceptione fecisset, ne quis Atheniensis emeret. Non vidit Phidias Loue, fecit tamquam velut tonante. Nec stetit ante oculos eius Minerva, dignus tamquam illa arte animus & conceptus deos, & exhibuit. Quid facturi sumus, si bellum volueris pingere, diuersas virorum statuemus actes, & in mutua vulnera armabimur manus, vesti sequentur, victores crueltatem reuertetur? Ne Parthasit manus ludat temere coloribus, internitioni humanae timendum est? Si necesse est aliquid torquens, eme nocetem serum, ut eodem tempore ex eo exemplum suumas & supplicium. Statuit ex altera parte Parthasius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus, flagellis, eculeis. Ista aut evidentem, aut expectantem Parthasit parum tristem putas? Dicebat miser, non prodidi patriam. Athenienses si nihil merui, succurrите, si merui, reddite Philippo. Inter ista Parthasius dubium est studiosius pingat, an ille sequat, torqueat, verberet. Sic iste carnifex colores temperat. Quid ait parum tristis videtur, quem Philippus vendidit, emit Parthasius. Etiamnam torque, etiamnam, bene habet, sic tene. Iste vultus esse debuit lacerati, hic mortis. **P O R T I I L A T R O N I S.** Si videtur tibi, istis muneribus aram misericordiae ornare. Nemo ergo ex Olynthiis miseriarius seruit, quam qui Atheniensem dominum sortitus est. Miser vobisque Philippum non viderat, pacem putabat. Alligata, inquit, aiebat. Solutus apud Philippum fuit. **A L B V T I I S I L L I I .** Expectandum Euthyocrates aut Lasthenes capitatur, Pythia somnia Parthasi me tortor effecit. Philippus quicunque vediisse contentus est. Producitur senex nobilis, flens, respiciens patriam, placuit isti vultus, habuit aliquid Promethei simile, etiam antequam torqueat, diligenter agit causam, ut Philippus Olynthio non est, ego pecuniam perdidit, redi ad auctorem. Propter hominem Prometheus distortus, propter Prometheus hominem ne torteris. Philippus sic rogabatur, licet Olynthiis vivere. Parthasius aliter rogatur, Olynthiis mortuus licet. Triste volo facere. Nemo faciet, si Philippus non fecit. Hanc controversiam magna pars declinatorum sic dixit, ut non controversiam dividaret, sed accusationem, quomodo solent ordinare.

CONTROVERSIARVM.

fol. cxl.

nare actionē suam in foro, qui primo loco accusant. In scholastica, quia
nō duobus dicitur locis, semper nō dicendum tantum, sed responden-
dum est: obliciunt quod hominē torserit, quod Olynthium, quod deo-
rum supplicia imitatus sit, quod tabulam in templo Mineruæ posuerit.
Si Parrhasius respōsus nō est, satis bene diuidunt. Nihil est autem tur-
pius, q̄ aut eā cōtrouersiā declamare, in qua nihil ab altera parte respō-
deri poterit, aut nō refellere, si respōderi potest. G A L L I O fere simi-
lem diuisiōnē in Parrhasio habuit, et quā habuerat in illa controuersia,
eū mētio est in hoc ipso libro de eo q̄ debilitabat expositos, detractis
quibusdā. Diuisit autē sic, An lāsa sit religio, quid p̄didit inquit nihil.
Nondū de iure controuersiā facio. Perdidit vñū senem Olyntus, fac
Atheniensem, nō ages mecum Rēpub. lāsa, si Atheniensem senatorē oe-
cidero, sed cēdīs: ita vero Atheniēsum corrumpitur opinio, misericor-
dia semper censūsumus. Nunquā vnius factō publica fama corrūptitur.
Solidior est opinio Atheniēsum, quā vt labefactari villo modo possit.
Lāsa est inquit Respu. Si quis Olynti depositū negauerit, videbitur,
vt existimō non Rēpub, sed hominē lāsisse. Olyntis hoc tribuisti,
vt eodē loco essent, quo Athenienses. Lāsistī, inquit, Rēpub. lādunt For. reli-
Rēpub. qui aliquid illi auferunt, non qui adscīunt, qui diruunt tēpla, gionem.
nō qui ornant. Peccauerunt ergo & sacerdotes, qui tabulā receperunt, For. reli-
quare tamen non recipērēt: Deorum adulteria pīcta sunt, positae sunt gionem.
pīcturā Herculis liberōs occidentis. Deinde an ob id accusari possit lā-
sae Rēpub. quod ei facere licuit. Ea lege persequere: quia nō licuit: dīcis
mīhi, hoc facere non oportet: huic rei estimatio immensa est. Itaq̄ nul-
la vindicta est. Et id tantum punitur, quod non licet. Satis abūdeq̄ est,
si opīfex rerum imperitus ad legem innocētē est. An hoc ei facere licue *Qualis* ē
rit. Hoc in illa diuiditur, An Olyntius fuerit apud Atheniensem, etiā rat Par-
anteq̄ fieret decretum? Seruus, inquit, est meus, quem ego emi bellī in r̄basius
re. Vobis Atheniēses expedit, altoquin imperium vestrum in antiquos q̄ legem
fines redīgitur, quicquid est bello partum. Et est cōtra. At ille seruus alī ignorat
empori esse potest, Atheniēsi non. Quid enim si Atheniensem à Phī bat.
Iippo emīsses? At qui sc̄ebas Olyntios nobis contundēs esse foedere.
Vt sc̄ias, inquit, seruos fuisse, decretum postea factū est Atheniēsum,
quo tuberentur & liberū & ciues esse. Quare hoc illis tūs, si iam habebāt
dabatur. Deinde an decreto hoc nō cōtineatur, liberū vt siant, sed vt esse

LIBER SEXTVS.

liberi iudicetur. Hoc censimus Olynthios ciues nostros esse, ita & ille
ciuis noster fuit. Non, inquit, nam decretum in futurū factū est, non in
præteritū vis hoc scire. Non quisquis Olynthū seruum habuit, accusa-
bitur, quod ciuem in sua seruitute tenuerit. Si quid tunc inter necessaria
seruitum officiorum ministeria percussit aut cecidit, iniuriarū accensabi-
tur. At qui quantum ad ius attinet nihil interest occideris, an cecideris,
Nam aut nec cædere licuit aut occidere. A parte Parthasius fecit hūc colo-
rem, emptum esse à Parthasio senem, inutile, expiraturū. Si verū vultis,
inquit, non occidit illū sed deficiēt, & altoquin expiratur morte vsus
est. Torsit inquit tamen: si lucrī causa, obitce, nempe crudelitatis pretiū
Athenæ habent. In argumentis dixit, quantū semper artibus licuisset,
medicos ut vim ignoratam morbi cognosceret viscera rescidisse, hodie
cadavera art⁹ rescindit, ut neruorū articulorūq; positio cognosci possit.
A L B U T I V S hoc colore, calamitosum fuisse, orbum, palā mortē
optantem, nec aliter illum Philippus vendidisset, nisi putasset illi peccā-
tū esse viuere. **S Y L O P O M P E I V S**, putabat commodius esse, si
hoc animo issset Parthasius ad auctionē ut aliquē in hunc usum emeret:
poterit enim videri elegisse vilissimum & maxime inutilē. **F V S C O**
A R E L L I O placebat, emptum quidem illū in alios usus, sed cū de-
ficeret, & mortu vellet, in id quod vñū ex cadavere artifex poterat impen-
sum. **G A L L I O** ad neutrum se alligauit, nec dixit quo animo emis-
set. **G A L L I O N I S** color intolerabilis est, dixit enim senem ex no-
xīis Olynthitis emisse, quod si licet illi fingere, non video quare non ea
dem opera dicat, & consciū prodictionis Lastheni fuisse, & se peccātū cau-
satorisse. **H I S P O R O M A N V S** ignorantia illā excusauit. Pi-
ctor inquit intra officinā suam clausus, qui hæc tantū vulgaria iura no-
uerit, in seruum nihil non domino licere, pictori nihil nō pingere, mā
cipiū suū operi suo impendit. Nō omnia inquit narras, Olynthius fuit
ille qui perit. Quid autem ad rem pertinet, cuius natiōis seruus fuerit?
Audes, inquit, seruū dicere Olynthiū, etiam post bellū & ante decretū
alioquin quod vos illi dedistis beneficiū, nisi quod iā illos nec torquere
liceret, nec occidere? Græci nefas putauerunt, pro Parthasio dicere, om-
nes illū accusauerūt, in eosdem sensus incurrerunt. **G L I C O N** dixit,
T R I A R I V S hoc ex aliqua parte cū surriperet, inflexit. Hos aiebat
S E V E R V S C A S S I V S, qui faceret, similes sibi videri furibus,

CONTROVERSIARVM.

fol. xli.

aleniis pōculis ansas mutantibus. Multi sunt qui detracto verbo, aut mutato, aut adiecto putant se alienas sententias lucrificisse. TRIARIVS autē sic vertit. Corrupisse duo maxime Prometheus munera, ignē & hominē, sed egregie illam surcipuerūt, E V T E M O N qui dixit,

sanius quam GL YCON D A M V S corruptissime

hic est C R A T O N venustissimus homo, & prohomo & professus. ASINIVS qui bellum cum omnibus Atticis gerebat, cum donaret illi Cæsar talentum in quo, xxviii, festeria sunt Atheniensium more

hic Cæsari quod illum nūc nisi mense Decēbri laudaret: dixit

& commendaretur à Cæsare, P A S S I E N V S

Nec curaret interrogantī, quare non complecteretur tanti viri gratiam

Sæpe solebat apud Cæsarem cum imagine configere homi-

nem acidæ lingue, & qui nimis liber erat, puto quia diu non fuerat ex

captivo cocus, ex coco lectorius, ex lectorio usq; ad amicitiam Cæsa-

ris, felix usq; eo utramq; fortunam contemptis, & in qua erat, & in qua

fuerat, vt cum illi multis de causis iratus Cæsar interdictisset domo, com-

bureret historias rerum ab illo gestarum, quasi & ipsi ingenio suo inter-

diceret, disertus homo & dicax, a quo multa improbe, sed venuste dī-

cta, ne modum excedam, excuro & ad Parthasium reuertor. N I C E-

T E S dixit HISPO R O M A N V S dixit, ignes,

ferrum, tormenta pictori isti à Philippo officina est. S P A R S I sente-

tia in descriptione picturæ habet aliquid corruptu, & vbi cunq; sanguis

ne opus est, burnano vtitur, dixit enim quod fieri non potest. Illum lo-

cum omnes tentauerunt, quid si volueris bellum pingere quid si incen-

dium? Quid si particidium? A Græcis D O R O N furiose dixit,

Sed nibil est quod minus fieri possit, quam quod à METRODO

R O dictum est, TRIARIVS

dixit, Non dum dignum trato Ioue gennisti.

H A T E R I V S dixit sanius, Non dum vultus ad fabulam con-

uenit: & illud, Parthasi, vt omnia siant ad exemplum, viuat qui tor-

tus est. Si vultus audire supra quod non possit procedere insania.

L I G I N I V S N E P O S ait, Si vultus digne punire Partha-

sium, ipse se pingat. Non minus stulte AE M I L I A N V S que-

dam Græcus rhetor, quod genus studiorum amabilissimum est.

HEXARIDA satyus dixit,

LIBER SEXTVS.

OTHO PATER cū pro Parrhasio diceret, hoc colore derisus est, quia cōciderāt, inquit, per proditores Olynthi, voluit pingere tratum proditori suo Iouem, GARGVS multo stultius, quare Prometheus Parrhasius supplictū pinxit. Ego, inquit, ardēte Olynthonō odissim Ipsū pro ignī autore. LATRONIS illa celebris sententia est, quā SPARmetheus q̄ SVS quoq; subtrahit quibusdam verbis dixit in descriptione mortuorum Parrhasi emitor, sic tene: hāc sententiā atunt & DIOCLEM lo detinunt. CARISTIVM dixisse non eodem modo HISPO rideon honeste ROMANVS fecit, multo enim vehementius insinuat, quā nostri fanatici. Voluit videri volturios ad tabulam Parrhasi ad uolare, fabula eleganti, ad turpem sententiam perductus traditur

ZEVS IN ut puto pinxit puerum, vuam tenentem, & cum tanta esset similitudo vuæ, ut etiam admirationē faceret operi, quēdam ex præceptoribus dixisse, aues male existimare de tabula, nō fuisse enim aduolaturas, nisi similis esset. ZEVS IN atunt obleuisse vuā, & seruasse illud, quod melius erat in tabula, nō quod similius SYPI RIDIO & que familiariter in templum volturios subire putauit, quā passeret aut columbas. Dixit enim,

Sed nolo Romanos in villa re vinci. Restituet acē MVRRHEDIVS, qui dixit, Pingit Triptolemū qui iunctis draconibus fulcanit auras. Inter illos, qui de Prometheus corrupte aliquid dixerant, & APATVS RIVS locum sibi vindicat, dixit enim, O

C SCHOL, (Quem imitatus est) quemadmodum Iupiter torserit Promethea sic ille senem (Picturę tuę excipio) forte excindo, ut sint uerba Philippi, tantum excisa est ciuitas, ut tu posses pingere, nam nihil crudelius in toto exciso factum est (Mersit) in declamationibus est hominem mersit (In irato Ioue) Et properea adhuc magis debet torqueri, { Producitur puer } in quo suppliciū imaginem exprimeret (Istud donum) nam ille tanquam donarium suspen-derat in templo Minerue (Philippum loqui) adeo superbe & inhumane loquitur (Aedem Minerue) in qua uidet maioris in se crudelitatis monumentū, (Nisi quia) fortasse, inquit, parum tristis est quia Atheniensem dominum sortitus est, qui humaniores erant quam Macedones, & a quibus & ipsi humane excepti sunt, parum igitur erat tristis quia clementiorem apud Atheniensem sperabat seruitutem, (Quam tristem) & ex hoc potes conieclari, quā tristis futurus sit, si eo reduxeris (Templa) nō enim sustinebit tā tetrum spectaculū in templo iuueri,

CONTROVERSIARVM.

fol. cxliii.

quo admoneantur sue infelicitatis, (Hoc nec Ioue) neq; n. dicitur in tormentis ex-
tinctus Prometheus (tabula foederis) iēli cū Olynthijs, quos Athenienses in ciuitate
admisserant. (Sit sibi ipsi exemplar) sit ipse sibi pingendo ē exprimendo,
hoc est Prometheus exemplar, (Redemisti) debuisses enim ceterorum Atheniensium
imitari humanitatem. (Dona soluuntur) melius est in declamationibus, in isto
templo pro Olynthijs uota suscepimus. s. ubi tu tabulam suspendis. (Lasthenē)
Olynthiū Philippus per proditionē corruptis urbis principibus Lasthene ē Eu-
sticrate cœpit, ferunt dicere solitū nullā urbē esse tā munitā, quin si in eam asinus
auro onustus ingredi possit, expugnari queat (Ignem ē hominē) Nam Prometheus
ignem celo furatus dicitur, atq; hominē effinxisse, corruptus igitur ignem
adhibendo supplicijs, ē hominē torquendo (Quemcūq; prae eo) omnia hæc sunt
corruptissima, nec uidetur aliquis sensus elici posse. (Si nobis), s. creditis, uicit
iratum Philippū crudelius torquedo, q̄ ille torquisset. (Pingi Philippum) de Phi-
lippo sic inquit Demosthenes ἐώρων ἀντὸν τὸν ὄφελοντὸν ἐκκεκομιένον, τὴν
αλεῖν κατεσχότα, τὴν χεῖρα τὸ σκέλος πεπηρωμένον. i. uidebā ipsum osis
lo effuso, humero fracto, manu & crure luxato, nā & Iustinus in Scythia ita dis-
cit in fœmore uulneratu, ut p corpus eius equus interficeretur. (Iaculo p fractū)
deest humerū aut fœmur. (Nō seruas propositū) quia plus torques, q̄ pieltura de-
bet exprimi. (Tantū patientiū est) at tu plus pati cogis, ē hoc pingens, ut sit in
coiunctiōe contrariaū admiratio. (Si ad succurrendū) sic emmendandū ex decla-
mationibus, quāq; nec illic omnino emmēdate legitur, si ad succurrendū prosecutus
es, queror quod unū ex his emisi, deinde distinguendum, utinam Philippe. &c.
(Ista uidentē) solummodo timor & horror præsentis supplicij poterat satis tristē
præstare, etiā si nō torqueretur. (An ille) tortor (Pythia Somnia) ipso Pythio deo-
bi locus indigebat, si tamē aliquid immutare licet, aliquid lucis afferri potest, nā
adagiū est Pythia ē Delia eadē, quod de operibus ita exactis & consumatis dici-
tur, quibus nihil in uita consumatus sperandū sit, uide Erasmus in Chiliadibus.
Dicebat igitur senex, ita mibi cruciati uultū ē tristis specie expressit tuus tote-
tor o Parrasi, ut nullis tormentis admotis magis exprimi possit, nec tu iā expressio
rē debeas expectare, illud autē somnia mutandū est, uel summa, uel eadē (Piclio
& Herculis) Hercules uisa apud inferos Megæra in furorem uersus est, unde re-
gressus filios imprudēs occidit. Lucanus. li. i. aut qualē iussi Iunonis iniquæ hor-
ruit Alcides uiso iā dite Megera (Facere licuerit) distinguuit oportet ē licuit, ut
licere solā dicat facultatē, oportere etiā honestatē & decorū, (Aestimatio), for-
estimatio iniuncta est, ut q̄ qui faciūt quod nō oportet, damnentur sola mulcta

LIBER SEXTVS.

pecunaria, q̄ autē quod nō licet, n̄ puniūtur, (Ficeret decretū) de recipiēdis Olyn
tibys in ciuitatē, (In antiquos fines) si bello parta suis reddātur, (Crudelitatis) il
lā ipsam tabulā, (Et iā post bellū) quasi ne tūc qđe debuisses dicere cū uidebatur
maxime licere, nedū poſta, (Quasi ē ipsi) ne ipſe Cæſar eius ingenio frucretur,
(A. Philippo) uel trāslata uel sumpta (Nōdū dignū) nōdū ita genuisti, ut uide
retur irati Louis suppliciū, (Viuat) ut hoc cōueniret cū Prometheo q̄ tor⁹ uiuit,
Et hoc plus crudelitatis in hoc infit, q̄ mortu⁹ eſt, (Proditor) Prometheo, q̄ ignē
furatus fuerat (Nō odiſsem) ipsum Philippū, quādequidē aliqd crudelius facio.
(Sic tene) hoc uultu moriētis, Et sunt uerba respōdētis Parrhafij (Vulturios) quē
admodū aues ad uias aduolarāt, (Quod melius) puerū Et alia q̄ meliora crāt in
tabula, (Pinge Triptolemū) quasi opus eſſet etiā ad hoc aliquod exēplū querī.

¶ Controversia tricesimaquinta.

Fur concione prohibeaturr. Quidā cum diuitē proditionis posu
lasset, noctu parietē eius effodit, & scrinum, in quo erāt missae ab
hostibus epistole, sustulit, dānatus est diuines. Accusator cōcionari cū vel
let à magistratu prohibitus, agit inturiā, PORTII LATRONIS,
Id solū sustulit, quod fur reliquisset, nihil tam fur timuit, q̄ ne dñs res
suas nō agnosceret. Fac mihi inuidiā, prodidi furtū meū, ago magistra
tui istas gratias, cū ad illū furtum meū detulisse, furē sum moueri nō
tūſſit. Ruentis ciuitatis statū unus parietis ruinā reposut. O S C I. So
licitus erat, ne quod perdiderat, quereretur. Indictiū profiteor, multos
furtū cōscios habeo, at illud tuto illū ostēdi, hoc furtū nō solus habeo.
Furtū est quod timet dominus agnoscere potui nō esse pauper, habui
quod magno venderē. Teneo ecce epistolā, in qbus manifesta prodi
tiōis argumēta sunt, in quibus hostiū cōſilia. Te interrogō, si furtū est,
repono. M V S A E. Furtū vocas, quod qui perdiiderat, negabat ſuſ
furtū fecisset ex hostiibus. C L O D I I. T V R R I N I. Furtū vocas,
quod qui perdiiderat, ſuppliciū tulit, qui furtū puerat præmiū. Vixi permī
ſiſſetis loqui, si eodē tēpore fur venisset & dñs Potui Remp. magno ven
dere vel proditori. A R E L L I I. F V S C I P A T R I S. Mille na
uitum dñi Græci farto Trotam cepiſtis. Si bene furtū enertūtur urbes,
quāto melius ſeruātur. Si nō indicauero cuius sit, nemo cognoscet. VI
B I I R V F F I. Culus ego ſi potuſſem, nō parietē tantū, ſed pectus
ipſum perſoſiſſem, nondū totū cōſummaui officiū, non eſt tam angu
ſta Reſpu. ut ab uno opprimiti poſſit. G A E S T I I I. P I I. Nolite à me

CONTROVERSIARVM. Fol. cxlvi.

omnia exigere que scio, multa sunt, quedā in cōcione dīcēda, Hoc fur
tum liberos nostros docete; Rogo vos iudices per furtū meū, quoties
furtum meū protuli, tacet dñs, ego fur. Ecce altera iniuria, nō tu, inquit,
perfodisti domum. Tace, ego noui ista melius. Narrate soleo, non ne
gare que scio.

¶ Libri sexti & vltimi contiouersiarum finis.

¶ Quia quedam in precedenti contiouersia de sunt: quae sunt
in declinationibus hic declamationem subiecimus.

¶ Prima pars pro fure,

ID solum sustuli quod fuit reliquisset. Nihil magis fuit tñmuit, quā ne
dominus furtū agnoscere noller. Ruentis ciuitatis statum, vnius pa
rietis ruinas suspedit. Prositeor iudicium furi. Nunc ciuitas conscientia est.
Furtum est quod timet dominus agnoscere, quod qui perdidit, suppliciū tulit, præmisū qui surspicit. Cui magis permissses loqui, si eodem tem
pore & fur venisset, & dominus: Mille nanum duces furto Trotam ce
pistis. Si bene fortio evertuntur vrbes, quāto melius liberantur. In forū
veni, narrauit nocturnā expeditionē meam. Conuenerāt omnes tanquā
ad concionē. Cur me submoues ante actionē, cum nec proditores inau
ditū pereant. O furtum in concione narrandū, proditoris vigilansissi
mum peccatum, & in exitia nostra semper sollicitū, publica fata sopierant.
Ita enim ministros eius alligauerat somnus, ut mihi liceret eligere quod
tollem. Diruere mihi videbar hostium muros. Furtum vocas, quo n̄
hil melius tuo anno factum est. Nemo fur Rempub. cogitat. Nihil non
licet pro Rep. facere.

¶ Pars altera pro magistratu.

¶ Quale id spectaculū fuit: cōposuerat inter se fortuna Resp. furē & pro
ditorē vt vidit inutile, furtū suum pdidit, vt nobis vēdere, quod nullus
poterat. Tā callidus fur, vt etiā proditori posset imponere. Cōsiliū vide
ri vult in felicitatē furti sui. Lex quę nocturnū furem occidi tubet, quo
quo modo tubet, non de dānato tanū, sed de fure loquitur. Odit hoc
vitiū, nec immerito, nō multū abest à pditore. Sustulit quod nō elegit,
sed quod illi fatū publice felicitatis obiecit. Vno tempore & proditorē no
bis ostēdit, & furē, qui dimitē cōpilare mallet, quā dānare. Effregit do
mū manu suspensa. Eluxit illū tunc nō primū fecisse. Sustulit, nō quod
voluit, sed quod potuit, Bonio exēplo dānatus proditor, malo lauctus.

LIBER SEXTVS.

¶ Diuissio.

AN malo animo ingressus sit dominum diuitis quod ex his probari potest, q̄ parietem perjoderit, q̄ statim scrinia cōrectarit, q̄ non potuerit ipse alicū de coniectari illū esse proditorē. Faciūt pro illo, q̄ ipse detulerit ad magistratus, q̄ indiciū sit professus, deinde etiā si malo animo fecerit, an tanta utilitate p̄sari de beatē. Et an cui semel condonatū sit, omnino cōdonatū sit crīmē, ut nulla infamie nota in posterum relinquatur. Et si omnino non sit condonatum, an in illa occasio ne concione prohiberi possit, cum alios nideatur consciōs indicaturus? Status est si titius legalis, an furti nomine hic teneatur.

SCHOL. (q̄ ne dominus) nihil magis optauit, q̄ ut dominus agnoscet res sibi ablatas, hæc fere omnia à contrarijs, (Prodidi furtū) hoc ipso arguietur nō fuisse furtū, (Indiciū proficer) ego ipse ueni indicaturus alios consciōs, ut uel ob hoc ipsum cōcione prohiberi nō debeā, (Tuto illi) uel ipsi dñō uel magistrati (Te interrogo) te inquā qui me accusas, (Furtū fecisset) hac lege, si quid hostibus eripuissest furtum dices, (Vel proditori) nam ipse a me silentium magno emisset, ne proditio detergeretur, (Si bene furto) exemplū ex contrarijs (Non dum totum) hoc ad id spēclar, ut nideatur opus esse illius concione, qui indicaturus sit & alios proditores, (Ego fur) supple loquor, aut quid simile, (Tace, ego noui) quasi uel ob hoc ipsum opus sit concione mea, ut illa, quomodo gesta sint, à me narrentur, (Nec immerito) sic hoc distinguendum, nec immerito, nō multum abest à proditore (eluxit illū) apparuit, indicio fuit, (Malo inuentus) quoniam occasione furti deprehensa est proditio.

¶ Ioannes Brocarus Lectori.

Habes candide lector Senecæ declamationes, & omnes fere cōtrousslas (certe potissimas) ac deliberatiuas, cum scholis non ponitendis, & quibusdam aliis ad artis rhetoricae usum spectantibus Ioannis Petrelli Toletani in celeberrima Complutensi Academia artem rhetoricā proficentis: quas nostris typis modo in lucem emissimus facultate, & licentia dignissimi ac admodū Reue. Domini dñi Licēciati Petri de la Gasca in dieceſti Toletana Vicarii generali, Fruere Ihs, & maiora expecta elegantiōibus etiā typis, ex officina nostra Cōplutensi, anno virginel partus

M. D. X X X I X.

Mense Aprili.



obsequias amicos ueritas odiosus part

Mur mag. senior Iac.

Hrs Decanorum I.

Mur mag.

quidam sub ad. dno 282 no 9
anniversari oratione uir

rus

